


TRENT UNIVERSITY



LIBRARY
OF RELIGION



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XVII.
IOHANNIS CASSIANI OPERA

EX RECENSIONE
MICHAELIS PETSCHENIG

PARS I
PROLEGOMENA. INSTITVTIONVM LIBRI XII. CONTRA NESTORIVM
LIBRI VII. INDICES.

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE
F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS
MDCCCLXXXVIII.

IOHANNIS CASSIANI

DE INSTITVTIS COENOBIORVM

ET

DE OCTO PRINCIPALIVM VITIORVM REMEDIIS

LIBRI XII

DE INCARNATIONE DOMINI CONTRA
NESTORIVM

LIBRI VII

RECENSIT ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

MICHAEL PETSCHENIG

ACCEDVNT PROLEGOMENA ET INDICES.

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE
F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCLXXXVIII.

LR

BR 60. C 6 V. 17

PROLEGOMENA.

CAP. I. DE CASSIANI UITA ET SCRIPTIS.

Nomen uerum scriptoris, cuius opera post trecentos demum annos ex quo ab editore Romano laudabiliter sunt recensita denuo emittimus, uidetur fuisse Cassianus. ita enim non solum in libris manu scriptis appellatur ueluti in *GKL* (*cassiani massilitani p̃rs*) *NM* (*cassiano massiliensi abbate*) *pOH*, sed etiam a Gennadio¹⁾ et Cassiodorio.²⁾ contra Prosper Aquitanus in chronico refert *Ioannes monachus cognomento Cassianus Massiliae insignis et facundus scriptor habetur* et ipse Cassianus in Conl. XIII, cap. 9, 4 Nesterotem senem inducit his uerbis ipsum adloquentem *obseruate igitur in primis, et maxime tu, Iohannes* et rel. cf. Inst. V, 35. quae difficultas ita solui posse uidetur, ut statuamus nomen 'Iohannes' Cassiano aut cum baptizaretur³⁾ inditum esse aut tum demum ab eo adsumptum, cum in monasterio Bethleemitico primis uitae monasticae rudimentis inbuebatur. nam quin arbitremur nomen illud eum accepisse cum *adoptatus a beatissimae memoriae Iohanne episcopo in ministerium sacrum atque oblatu deo*⁴⁾ in diaconatus

¹⁾ de uir. inlustr. cap. LXII.

²⁾ de diuin. lect. praef.: *nec me praeterit eloquentissimum Cassianum in quinto collationum dixisse uolumine. cap. 29: Cassianum presbyterum . . . sedulo legite et libenter audite.*

³⁾ Cassiani temporibus in Gallia adulescentes baptizari solitos esse etiam e uita S. Honorati quam Hilarius Arelatensis scripsit conperimus.

⁴⁾ contra Nestor. VII, 31, 1.

honorem proueheretur,¹⁾ temporum ratio inpedit. constat enim eum ante a. 398, quo Iohannes Chrysostomus sedem Constantinopolitanam nactus est, in Aegypto commoratum esse. itaque cum de nominibus auctoris nihil certi possit definiri nisi quod alterum uerum esse et genuinum, alterum postea tamquam sanctius additum uidetur, maior primo aspectu oritur difficultas in patriam illius inquirentibus. primum enim id quod apud Gennadium legitur *natione Scythia* uix sanum est: certe libri recentiores Gennadii ut Bambergensis et Bernensis, tum Parisinus *p* Cassiani exhibent *natus Serta*. deinde Cassiani stilum scribendique facultatem paulo diligentius perpendenti et eruditionem plane Latinam consideranti prorsus negandum erit cuiquam tantam copiam sermonis Latini, in quo ne uestigium quidem linguae cuiuspiam barbarae appareat, praesto fuisse nisi ei, qui a primis pueritiae annis Latina erat lingua instructus. quod sibi contigisse Cassianus ipse testatur, cum in Conl. XIII, cap. 12 haec de se refert: *uideor adtigisse notitiam litterarum, in qua me ita uel instantia paedagogi uel continuae lectionis maceravit intentio, ut nunc mens mea poeticis illis uelut infecta carminibus illas fabularum nugas historiasque bellorum, quibus a paruulo primis studiorum inbuta est rudimentis, orationis etiam tempore meditetur, psallentique uel pro peccatorum indulgentia supplicanti aut inpudens poematum memoria suggeratur aut quasi bellantium heroum ante oculos imago uersetur*. diserte ergo profitetur et paedagogo se puerum usum esse et continua carminum lectione occupatum fabulas historiasque bellantium heroum ita in mentem recepisse, ut memoria earum nullo modo posset aboleri. neque tamen Graecum natione fuisse inde colligendum est, quod eius linguae gnarus fuit:²⁾ illam enim aut puer didicerat aut in peregrinationibus pernouerat. his digne aestimatis pro certo habemus Cassianum

¹⁾ Gennadius l. 1.: *Constantinopoli a Iohanne Magno episcopo diaconus ordinatus*.

²⁾ Conl. XVI, 1 *Ioseph . . . Graeca facundia diligenter edoctus, ut uel nobis uel his qui Aegyptiam linguam penitus ignorabant non ut ceteri per interpretem, sed per semet ipsum elegantissime disputaret*.

Romanis parentibus ortum secundum aequalium morem educatum eruditumque esse. sed iam quaerendum est, ubi parentes eius habitauerint. narrat autem in Conl. XXVIII, cap. 1 se ipsum et Germanum, dum in Aegypto morantur, *ad repetendam prouinciam atque ad reuisendos parentes cotidianis animae aestibus* esse compulsos — putabant enim illic se uitam anachoreticam non minore diligentia ac seueritate quam in Aegypto posse exercere, cum parentes neque propositum ipsorum inpedituri et omnem uictum necessarium cum gaudio essent exhibituri —: quam apta uero prouincia patria uitae monasticae fuerit his uerbis describit: *praeterea ipsorum locorum situs, in quibus erat maioribus nostris auita possessio, ipsarumque amoenitas iucunda regionum ante oculos pingebatur, quam grate et congrue solitudinis spatiis tenderetur, ita ut non solum delectare monachum possent secreta siluarum, sed etiam maxima uictus praebere conpendia.* e quo loco apparet utriusque parentes praedia a maioribus sibi relicta in regionibus siluosis et tamen frugum feracibus habuisse. eas autem regiones fuisse sub septemtrionali caeli plaga e cap. 8, 5 colligitur, ubi Abraham senex inducitur haec commonens: *diligenter expendite, utrum in illis torpidis ut fama est regionibus et uelut frigore nimiae infidelitatis obstrictis*¹⁾ *hanc ut ita dixerim nuditatem sustinere possitis.* quibus omnibus non Palaestinam, ubi antea commorati erant, nec Italiam nec Scythiam, sed Galliam significari duobus aliis locis inter se comparatis iam pro certo statui potest. nam cum Cæsianus Conl. XXVIII, cap. 18 abbati Abraham affirmasset in patria sua uitae monasticae seueritatem a fratribus uisitantibus non posse interrumpi dicens *quod sine dubio nullatenus in nostra prouincia credimus euenturum, in qua aut nullum aut certe rarissimum professionis huius uirum inuenire possibile est,* quid significauerit uerbis *nostra prouincia* in praefatione ad Institutionum libros §. 3 apertius ostendit, cum Castorem episcopum Aptensem amicum suum *in prouincia*

¹⁾ cf. praef. Conl. p. II, §. 1 *hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem prouinciam.*

III

coenobiorum experti Orientalium maximeque Aegyptiorum instituta fundari uelle refert. si quid praeterea suspicari licet (conuinci enim in hac re nihil potest), Cassianus in prouincia uetere, quae hodie Provence appellatur, natus erat. nam et ipse post reditum ex Oriente nullo alio loco quam Massiliae degebat, ubi duo monasteria, unum uirorum, alterum mulierum condidit, quae Gennadii aetate extabant,¹⁾ neque amicos ac familiares nisi in regionibus finitimis habebat. Castor enim episcopus Aptae fuit, Leontius episcopus Fori Iulii, Honoratus episcopus Arelatis,²⁾ antea primus abbas monasterii Lerinensis, Eucherius episcopus Lugduni, Iouinianus, Mineruius, alter quidam Leontius, Theodorus in monasterio Stoechadum insularum degebant. parum de Helladio liquet, quem in praef. ad Conl. part. I monachum seu abbatem, in praef. ad Conl. part. II episcopum fuisse significat. ille enim Helladius, quem nouimus circa a. 361 episcopum Antissiodori consecratum et post a. 370 mortuum esse, aetate multo prior fuit quam ut inter Cassiani amicos esse potuerit.

Postquam demonstrauius Cassianum natione Gallum fuisse, Romanis parentibus neque humilibus neque egenis ortum, disciplina Romana satis diligenter, ut tum erant tempora, inbutum, restat ut explicemus quam ratione fieri potuerit, ut siue Gennadius ipse siue qui uerba eius interpolauit ad insulsam illam opinionem de Scythica Cassiani origine sit adductus. cuius rei aliam causam non inuenio nisi quod ipse in libris suis de Institutis monasteriorum et in Conlationibus patrum persaepe loci cuiusdam Aegyptiaci mentionem facit, qui a Ptolemaeo Σκιθίς uel Σκιθική (uar. lect. Σκιθιακή) χώρα, in libris patrum ecclesiasticorum Graecorum Σκῆτις uel Σκήτις, in uitis patrum *Scythia*, *Scythis* sim., a Cassiano ipso *Scitium*, *heremus Scitii*, *heremus Scitiotica* appellatur. cum autem etiam in Cassiani codicibus et quidem antiquissimis haud raro forma *Scyth* . . .

¹⁾ l. l.: *apud Massiliam presbyter condidit duo monasteria, id est, uirorum ac mulierum, quae usque hodie exstant.*

²⁾ cf. Hilarius Arelatensis, *Uita S. Honorati episcopi Arelatensis* (Migne L, p. 1249).

occurrat, facile fieri potuit ut qui eius opera obiter tantum attigerat de Scythia eum tamquam de patrio solo loqui opinaretur.

Admodum adulescens Cassianus cum Germano amico natu maiore ¹⁾ intima familiaritate sibi deuincto ²⁾ in Orientem profectus est, eo fortasse consilio, ut perlustratis ac conspectis locis sanctis in religione confirmarentur. ³⁾ certe in monasterio Bethlehem, quod prope natale solum domini exstructum erat, aliquot annos commorati sunt. ⁴⁾ ibidem Cassianus etiam institutiones monasteriorum totius Orientis accuratius cognouit. ⁵⁾ qua uero causa adducti sint, ut in Aegyptum proficiscerentur, ipse in Conl. XI, cap. 1 dilucide narrat: *Cum in coenobio Syriae consistentes post prima fidei rudimenta succedentibus aliquatenus incrementis maiorem perfectionis desiderare gratiam coepissemus, statuimus confestim Aegyptum petere ac remotissima etiam Thebaidos heremo penetrata sanctorum plurimos, quorum gloriam fama per uniuersa diffuderat, si non aemulandi, saltim agnoscendi studio inuisere.* peregrinandi autem potestas utrique a senioribus monasterii ea condicione facta est, ut congregationibus Aegypti celeberrimis perlustratis statim redirent. ⁶⁾ igitur a portu quopiam Syriae naue profecti ad oppidum Thennesum, quod ostio Nili Tanitico adiacebat, appulerunt. ⁷⁾ ibi tum forte Archebius episcopus Panephysis, qui antea per triginta septem annos uitam anachoreticam egerat, episcopi eligendi causa aderat. ⁸⁾ ab eo statim ad oppidum Panephysin deducti sunt, in cuius confinio oppidis et uicis olim abundanti tunc temporis insulae aliquot desertae erant, quae stagnis salsis circumfusae anachoretis desideratam solitudinem praebebant. in eis tres senes, Chaeremon, Nesteros, Ioseph habitabant, quorum doctrinam Cassianus septem Conlationibus

1) Conl. XIII, 9, 4.

2) Conl. I, 1; XVI, 1.

3) Inst. III, 4, 1. Conl. XVI, 1.

4) Inst. III, 4, 1; III, 31. Conl. XI, 1, 5; XVIII, 1, 3; XX, 1, 5.

5) Inst. II, 8. III, 19. V, 24.

6) Conl. XVII, 2, 2 fin.

7) Conl. XI, 1.

8) Conl. XI, 2.

XI—XVII complexus est. quarum postrema cum dubitatio peregrinantium de promisso celeri in Palaestinam reditu sublata esset, etiam posteriores Aegypti partes uisere decreuerunt atque septem annos in Aegypto manserunt. et primum quidem Diolcon peruenerunt, qui uicus ostio Sebennytico uicinus erat, ibique cum Piamun, Iohanne, Pinufio, Theona, Abraham collocti sunt (Conl. XVIII—XXIII). relicta Diolco in solitudinem Nitricam et regiones adiacentes commigrasse uidentur, inter quas ea, cui nomen Scitium siue heremus Scitiotica erat, a Cassiano saepissime memoratur: ¹⁾ in hac Conl. I—X habitas esse fingit. alia loca eiusdem regionis erant Calamus seu Porphyrio, ²⁾ et Cellae, ³⁾ inter Nitriam ac Scitium sitae. interiorum uero Aegyptum ac Thebaidem eos intrasse neque Cassianus ipse disertis uerbis dicit neque ullo indicio confirmatur: immo de illis locis uel de moribus et institutis monachorum ibi habitantium ea tantummodo refert quae fando audierat. ⁴⁾

Iam uero quaeritur quo tempore Cassianus in Aegypto fuerit. Id autem potius indicium quibusdam colligi quam certis annorum spatiis potest definiri. itaque in Conl. XVIII, cap. 7 fin. inducitur abbas Piamun coram Cassiano et Germano haec referens: *temporibus siquidem Luci, qui Arrianae perfidiae episcopus fuit, sub Ualenti imperio, dum diaconiam nostris fratribus deferimus, his uidelicet qui de Aegypto ac Thebaida fuerant ob catholicae fidei perseuerantiam metallis Ponti atque Armeniae relegati, licet coenobiorum disciplinam in quibusdam ciuitatibus rarissimam uiderimus, anachoretarum tamen apud illos ne ipsum quidem nomen auditum fuisse conperimus.* eo igitur tempore, quo Piamun de Asia reuersus haec hospitibus suis referebat, Ualens iam mortuus erat. his uerbis optime

¹⁾ Inst. V, 40. XI, 15. Conl. I, 1; III, 1; IIII, 1; VI, 1; X, 2; XV, 3; XVII, 30; XVIII, 15. 16 fin.; XX, 12; XXIII, 4.

²⁾ Inst. X, 24; Conl. III, 5, 2; VII, 26, 2; XXIII, 4, 1.

³⁾ Conl. VI, 1, 3.

⁴⁾ Ne quis Cassiani uerba Conl. XI, 1 *statuimus confestim Aegyptum petere ac remotissima etiam Thebaidos heremo penetrata sanctorum plurimos... inuisere* male interpretetur, monendum est illo loco eum non quasi de re peracta, sed de consilio tantum loqui.

conuenit quod paulo post (cap. 14) idem Piamun in narratione quadam Athanasium episcopum Alexandrinum, qui a. 373 decessit, iam non inter uiuos esse significat dicens *ueniens ad beatae memoriae episcopum Athanasium*. neque tamen multo ante a. 385, quo Theophilus Alexandriae episcopus factus est, ea peregrinatio suscepta esse uidetur. certe tunc temporis, cum Cassianus in solitudine Scitii disciplina anachoretarum instituebatur, episcopus ille litteras suas promulgauit, quibus Paschae tempus constituit simulque Anthropomorphitarum haeresim confutauit. ¹⁾ aliquid fortasse momenti ad hanc rem accuratius expediendam afferre potest id quod de Iohanne eremita, qui prope Thebaidos oppidum Lycon (Lycopolim) degebat, in Conl. XXIII, cap. 26 narratur. ibi enim abbas Abraham, cum monachis ne potentium quidem honores deesse disseruisset, ita pergit: *quod euidentius in abbate Iohanne, qui in illa heremo quae Lyco oppido adiacet commoratur,* ²⁾ *possumus adprobare. qui perobscuris maioribus natus ita pro Christi nomine uniuerso paene humano generi admirabilis factus est, ut eum ipsi quoque rerum praesentium domini, qui mundi huius atque imperii gubernacula retinentes etiam potentibus cunctis regibusque terrori sunt, uelut dominum uenerentur et oracula eius de tam longinquis regionibus expetentes imperii sui apicem et statum salutis bellorumque prouentus illius orationibus meritisque committant.* Quid his uerbis significari uoluerit Cassianus, in Inst. l. III, cap. 23 planius exprimit dicens: *ponemus primum abbatem Iohannem, qui commoratus est iuxta Lyco quod est oppidum Thebaidos, quique propter oboedientiae uirtutem ad prophetiae gratiam sublimatus sic uniuerso orbi claruit, ut etiam regibus mundi huius merito suo redderetur inlustris. nam cum in extremis ut diximus Thebaidos partibus commaneret, non ante praesumebat Theodosius imperator ad praepotentium tyrannorum bella procedere quam oraculis illius animaretur atque responsis, quibus confidens uelut caelitus sibi delatis tropaea*

¹⁾ Conl. X, 2.

²⁾ Cf. Conl. I, 21, 1 *abbatem Iohannem, qui Lyci commoratur.*

de bellis desperatis atque hostibus reportabat. utroque loco rem tangere uidetur de qua in ipsa Aegypto certior factus est. bis autem Theodosium ad Iohannem misisse consultum de euentu belli imminentis praeter alios Augustinus de civ. dei V, 26 refert, scilicet antequam Maximo (a. 388) et Eugenio (a. 394) bellum inferret. habemus igitur iam terminos quosdam, intra quos Cassianum in Aegypto commoratum esse statuamus, annos scilicet 385—394. et hic statim adicienda ac diligenter consideranda sunt ea, quae contra Nestor. l. VII, cap. 31 de se narrat: *adoptatus enim, inquit, a beatissimae memoriae Iohanne episcopo in ministerium sacrum atque oblatus deo, etsi corpore absum, affectu illic sum.* quid sit illud *adoptatus atque oblatus deo* e Gennadio nouimus, qui Cassianum *a Iohanne Magno episcopo diaconum ordinatum* refert. quod nisi intra a. 398—403 fieri non potuisse patet. itaque ut quaeestionem institutam absoluamus, pro certo definire licet Cassianum non multo ante a. 385 in Aegyptum uenisse eamque, cum interim monasterium suum Bethleemiticum repetisset ibique ueniam diuturnae peregrinationis atque redeundi potestatem accepisset,¹⁾ ante a. 403, quo Iohannes Chrysostomus in exilium missus est, in perpetuum reliquisse. cum autem adulescens in Aegyptum uenerit, uix ante a. 360 eum natum esse ueri est simile.

Ab Aegypto Cassianus Constantinopolim profectus et sicut supra commemorauimus a Iohanne Chrysostomo diaconus ordinatus est.²⁾ deinde incertum quo anno in patriam reuertit Massiliaeque presbyter factus usque ad uitae finem in ea urbe degit et opera sua scripsit, quibus coenobiorum instituta, quae in Oriente et Aegypto cognouerat, exposuit et de monachorum uitiis et uirtutibus disseruit, ita quidem, ut Institutiones *ad exterioris hominis obseruantiam et institutionem coenobiorum competentius* aptarentur, Conlationes uero *ad disciplinam interioris ac perfectionem cordis et anachoretarum uitam atque doctrinam potius*³⁾ pertinerent. primum autem eius opus sunt

¹⁾ Conl. XVII, 30, 2.

²⁾ eo spectare uidetur quod Inst. XI, 18 de se refert: *nec episcopi euadere manus potui.*

³⁾ Inst. II, 9, 3.

libri duodecim *de institutis coenobiorum et de octo principalium uitiorum remediis*. ita enim eis inscribendum uidetur, quamquam propter discrepantiam, quae in codicum titulis conspicitur, et quia Cassianus ipse sibi non constat, certi quicquam in hac re eruere admodum difficile est. nam quod in praef. secundae partis Conlationum scribit *illa instituta coenobiorum, quae duodecim libellis . . . conscripsimus*, ansam praebet suspicandi titulum operis fuisse *de institutis coenobiorum*, ut habent editiones uulgatae. contra in praef. ad Conl. p. I legimus *in eorum uoluminum praefatione, quae de institutis coenobiorum et de octo principalium uitiorum remediis duodecim libellis domino adiuuante digesta sunt*. nullius momenti in hac quaestione ea sunt quae leguntur Inst. praef. §. 3 *institutata monasteriorum*, §. 7 *institutata ac monasteriorum regulas*, §. 8 *institutata*, I, 1 *de institutis ac regulis monasteriorum*, II, 9, 1 *institutorum ordo*, II, 9, 3 *ad institutionem coenobiorum*, Conl. XX, 1, 1 et 2, 2 *in quarto institutionum libro*. his enim omnibus tantum libros I—III intellegi uult, quibus re uera non agit nisi de monasteriorum institutis. neque magis auxilio sunt codices quorum tituli extant. inscriptum est in *GS*: *In hoc corpore continentur libri duodecim quos Cassiano auctore editos nouimus, id est de habitu monachi et de canonico nocturnarum orationum et de canonico diurnarum orationum*¹⁾ *et de institutis renuntiantium et de octo principalibus uitis*; in *L*: *Cassiani massilitani p̄rs libri de abitu monachorum et de canonico orationum atque psalmodiarum modo secundum egyptios unus institutionum*^{liber} *de origine et qualitate * ac remediis octo principalium uitiorum libri octo eiusdem de ordine monasterii liber unus*;²⁾ in *H*: *Incipit praefatio Cassiani in libris de institutione et habitu monachorum*.³⁾ ne Gennadio quidem alios nisi separatos singularum partium titulos innotuisse uerba

¹⁾ sic! *modo* omissum est.

²⁾ Id est regulae quae Augustini esse dicuntur.

³⁾ Mira est cod. Sessoriani inscriptio, de qua uid. Reifferscheid BPLI, uol. I, p. 137 et 139.

eius demonstrant dicentis: *scripsit . . . 'de habitu monachi' et 'de canonica oratione' atque 'psalmorum modo',*¹⁾ qui in *monasteriis Aegypti die noctuque tenetur, libros quattuor,*²⁾ *'institutionum' librum unum, 'de origine et qualitate ac re- mediis octo principalium uitiorum' libros octo.* in tanta diuer- sitate optimum duximus ad ipsius Cassiani uerba confugere, qui Inst. V, 1 scribit: *nam post quattuor libellos, qui super institutis monasteriorum digesti sunt, nunc adripere conluctationem aduersus octo principalia uitia . . . dis- ponimus;* quibus consentit capitis titulus *Transitus de institutis monachorum ad conluctationem octo principalium uitiorum.* itaque cum auctor ipse libros octo posteriores a quattuor pri- oribus ita discernat, ut argumentum utrorumque plane dissim- ile esse significet, pleniorum titulum, quem supra indicauimus, praefendum esse censemus. huc accedit aliud argumentum non aspernandum. in antiquissimis enim codicibus Casinensi et Augustodunensi saec. VII tantum libri V—XII continebantur: ex quo conicere licet hos libros tamquam opus peculiare, si non a Cassiano, certe statim post eum, separatim esse editos. et habent re uera suam praefationem quamquam perbreuem.

Hoc opus intra annos 419?—426 scriptum esse inde col- ligitur, quod Castorem in praef. §. 2 et V, 1 adloquitur *bea- tissime papa* (i. e. episcopo) *Castor.* ergo eum, quem mortuum in praef. Conl. p. I deflet his uerbis *derelinquens nos pontifex supra dictus migravit ad Christum,* eo tempore, quo Insti- tutiones componebantur, adhuc uiuum fuisse apparet.

Nunc ad alterum Cassiani scriptum uenimus, *Conlationes* dico. hunc autem operis titulum fuisse pro certo haberi potest, quamquam Gennadius id *collationes cum patribus Aegyptiis habitas* nominat et Cassianus ipse passim genetiuum *seniorum* addit. cf. Inst. II, 1 *cum seniorum conlationes coeperimus exponere,* 9, 1 *in conlationes seniorum reseruemus,* 18 *in*

¹⁾ *de canonico orationum modo atque psalmorum* libri recentiores. Gennadium scripsisse *de canonico orationum atque psalmorum modo* patet e titulis Inst. II. II et III.

²⁾ Inmo tres, ut recte legunt codd. recentiores.

conlationibus seniorum = V, 4, 3; similiter in praef. Conl. p. I, §. 2 *has decem conlationes summorum patrum*: cf. praef. Conl. p. II, §. 2—3. sed librorum manu scriptorum tituli praeter *D*, qui *sanctorum conlationes* exhibet, constanter inscriptionem *conlationes* praebent: cf. infra cap. III. adde quod scriptor ipse in praefat. operis contra Nestorium hos libros *collationes spirituales*, non *collationes seniorum* appellat.

Cassianum Conlationum libros iam tum scribere aut in animo habuisse aut etiam coepisse, cum Institutiones conficiebat, loci aliquot Institutionum indicant quibus legentes ad opus postea edendum relegat: II, 1 *de qualitate uero earum (orationum) uel quemadmodum orare secundum apostoli sententiam sine intermissione possimus, suis in locis, cum seniorum conlationes coeperimus exponere . . . proferemus*: cf. II, 9, 1. e quibus uerbis conicere licet eum iam tum aut totum argumentum Conl. VIII et X mente pertractasse aut etiam lineas quasdam disputationis descripsisse. similiter iudicandum est de eis quae Inst. II, 18 profert: *hoc quoque nosse debemus a uespera sabbati, quae lucescit in diem dominicum, usque in uesperam sequentem apud Aegyptios genua non curuari, sed ne totis quidem Quinquagensimae diebus, nec custodiri in eis ieiuniorum regulam. quarum rerum ratio suo loco in conlationibus seniorum . . . exponetur*: haec enim uerba Conl. XXI capita 11 et 19—20 tangunt. porro cum Inst. V, 4, 3 dicit *licet unus religionis nostrae sit finis, professiones tamen diuersae quibus ad deum tendimus, sicut in conlationibus seniorum plenius disputandum est*, Conl. XIII, XVIII, XVIII significare uidetur. postremo in praef. ad Conl. p. I, §. 2 aperte profitetur se a Castore admonitum esse, ut ei *decem conlationes summorum patrum simili sermone* conscriberet. itaque uel his indiciis euincitur eum Conlationum conficiendarum munus ante a. 426 inchoasse, sed primam partem post Castoris demum mortem edidisse. hanc autem partem non ante a. 419, quo Leontius episcopus factus est, scribi potuisse patet e praef. §. 2: *beatissime papa Leonti*. secunda uero pars composita est uel certe inchoata ante a. 426, tertia post a. 426, sed ante a. 429: id quod colligitur e praefationibus, cum in ea, quae

ferebantur, nemo nunc est qui uel mentione digna existimet, ueluti *De spirituali medicina monachi* seu *Dosis medica ad exinaniendos animi affectus*, quem libellum Tilmannus Carthusianus e Graeco a se conuersum esse finxit, et *Theologica confessio* et *De conflictu uitiorum et uirtutum*. quod autem regulam monasticam condidisse fertur, id eo pertinere uidetur, quod regula quae dicitur Augustini re uera in codicibus nonnullis, ut in Laudunensi (*L*) Institutionum, ei adscribitur.

Quando Cassianus de uita excesserit, parum conpertum habemus. non multo autem post opus de incarnatione domini absolutum, circiter a. 435, diem supremum eum obiisse Genadius indicare uidetur dicens *et in his* (scil. libris contra Nestorium) *scribendi apud Massiliam et uiuendi finem fecit Theodosio et Valentiniano regnantibus*.

E scriptis Cassiani Institutiones et Conlationes, quippe quae totam fere uitae monasticae rationem in se continerent eaque de causa summis illius ordinis uiris, Benedicto et Cassiodorio, admodum probarentur atque ab eis monachorum collegiis studiose commendarentur, a monachis omnium regionum omniumque temporum saepissime descriptae sunt. ita factum est, ut hodie maximus numerus librorum manu scriptorum in bibliothecis extet uixque monasterium inueniatur, in quo non unus saltem codex Cassiani uel olim fuerit uel etiamnum sit. contra librorum operis aduersus Nestorium tanta raritas est, ut non plus quam septem inuestigare contigerit, qui partim recentissimi sunt. ex ingenti autem librorum copia, ut par erat, tantum antiquissimos selegimus, ad quorum fidem haec opera recenserentur, et Institutionum quidem atque Conlationum eos potissimum, qui saeculum decimum superare uidebantur. quos quoniam accurate describere adgredimur, pauca de ratione, qua Cassiani opera posteritati tradita sunt, praemittenda uidentur. cum enim singulis uoluminibus seu codicibus ita, ut ab auctore ipso edita erant, etiam postea a librariis describerentur, certe usque ad nonum et decimum saeculum, quo tempore iam totum Conlationum corpus in unum codicem concludi coeptum esse Parisinus *O* demonstrat, factum est ut praeter librum quem modo memorauimus inter antiquos a nobis adhibitos extet nullus, qui plus

contineat quam unum opus, id est aut Institutiones aut unani e tribus Conlationum partibus aut, quod tamen ad seriora iam tempora referendum est, libros contra Nestorium. apparet igitur de uniuscuiusque operis fontibus criticis seorsum esse tractandum: cui muneri capita quae iam sequuntur destinata sunt.

CAP. II. DE CODICIBUS AD INSTITUTIONUM LIBROS ADHIBITIS.

C 1. Cod. Casinensis rescriptus n. 295 saeculi, ut Reifferscheidius¹⁾ putat, VII—VIII, ut uero mihi uisum est, septimi. liber 132 foliis constat, in quibus manus saec. X Hieronymi epistulas scripsit. horum non plus quam 32 sunt rescripta, id est tertium usque ad tricesimum quartum siue codicis paginae 5—68. scriptura uetus ea est quam uncialem uocant, litteris praegrandibus insignis. haec folia, ut ad usum noui libri apta essent, librarius scalpello ita abrasit ut characteres cuiusque paginae rectae melius, uersae, quae fere asperior esse solet, minus bene seruati sint. praeterea singularum paginarum uersus primus uel primus et secundus penitus oblitterati sunt. quamobrem pleraque quidem neque tamen omnia legere potui, quamuis oculorum aciem adiutus etiam instrumento uitreo summe intenderim. ut autem quam maxime appareat quid in quoque folio sit scriptum et quae partes codicis seruatae, quae deperditae sint, praesertim cum de libri antiquissimi et pretiosissimi laciniis agatur, indicem paginarum accuratum infra ponere libet.

folium	paginae	continent
I	5—6	X, 18 <i>eorum qui secum erant</i> — 20 <i>init. propensius laborantis</i>
II	7—8	XII, 27 <i>post med. stigatur deinde post hanc</i> — 28 <i>sub fin. prorsus emittere</i>
III	9—10	VII, 17 <i>med. et cum uidisset inquit</i> — 18 <i>non nostris definitionibus ad</i>

¹⁾ BPLI, uol. II. p. 354.

folium	paginae	continent
III	11—12	V, 7 post med. <i>que esus indulgeat</i> — 9 post med. <i>coherit inedia non habet</i>
V	13—14	V, 5 sub fin. <i>lis est parsimonia</i> — 7 post med. <i>refectione defrudet tantum</i>
VI	15—16	VII, 7 post med. <i>mento rabies cupiditatis</i> — 8 <i>indumento contentus non</i>
VII	17—18	XII, 19 <i>cis et tulliana facundia</i> — 21 post init. <i>sculptilibus et fac</i>
VIII	19—20	XI, 2 post init. <i>ad conflictum quanto</i> — 4 post med. <i>nitidae cenodoxiam non</i>
VIII	21—22	V, 2 sub fin. <i>animae penetrantes</i> — 4 med. <i>de ipso enim dicitur</i>
X	23—24	X, 12 sub med. <i>semet ipsos corrigere</i> — 14 sub fin. <i>operationis salutari prae</i>
XI	25—26	VI, 2 post init. <i>andum unde fons</i> — 4 init. <i>inueniri continentes quod</i>
XII	27—28	XII, 25 <i>nisi mortificationis et crucis</i> — 27 post init. <i>omnium malorum est filar</i>
XIII	29—30	XII, 23 <i>nis finem ac puritatis</i> — 25 <i>renuntiatio nihil aliud sit</i>
XIII	31—32	VI, 4 init. <i>perfacile posse fieri</i> — 6 init. <i>et cunctorum expug</i>
XV	33—34	X, 7, 2 fin. <i>uno uel in duobus sed in omnes</i> — 7, 5 <i>cellae et operi manuum</i>
XVI	35—36	V, 11 post init. <i>numquam enim robustioribus</i> — 12 sub med. <i>et inmunitatis priui</i>
XVII	37—38	X, 21, 2 <i>quisque somno otii uel acediae</i> — 21 fin. <i>ut subtrahatis uos inquit</i>
XVIII	39—40	XII, 2 init. <i>tes carnalesque complectitur</i> — 3 fin. <i>depraedatione nudabit</i>
XVIII	41—42	V, 14 fin. <i>delectetur et ita</i> — 16 sub fin. <i>uos non adpraehendat nisi hu</i>
XX	43—44	XII, 21 sub med. <i>ta est ira contra iudam</i> — 23 init. <i>quemquam perfectio</i>
XXI	45—46	XII, 27 post init. <i>gyria numquam possit in corde</i> — 27 post med. <i>iraeque stimulis acrius in</i>

XVI

folium	paginae	continent
XXII	47—48	V, 21 sub med. <i>tabili eam esca permulcet</i> — 22 sub fin. <i>inuidia beatus iob</i>
XXIII	49—50	XI, 10 init. <i>numera uirtutum praeconia</i> — fin. <i>amissum culmen ascenderet</i>
XXIII	51—52	X, 21 fin. <i>ab omni fratre ambulante</i> — 24 post med. <i>cumque opere totius</i>
XXV	53—54	XI, 14 init. <i>uitus fuisset indeptus</i> — 16 init. <i>miserabilis anima laceratur</i>
XXVI	55—56	VI, 22 init. <i>bis et eo usque</i> — VII, 1 <i>arrepto et erga deum te</i>
XXVII	57—58	V, 12 sub med. <i>legio decoratam praeparare</i> — 13 fin. <i>robustioribus adtempta</i>
XXVIII	59—60	X, 8 med. <i>sis manibus gratis panem</i> — 10 post init. <i>imitandum nos ut si</i>
XXVIII	61—62	X, 7, 8 <i>rusque de his qui operari</i> — 8 med. <i>qua fiducia otio</i>
XXX	63—64	V, 1 <i>quintus nobis</i> — 2 sub fin. <i>tenebras</i> <i>purissimis oculis</i>
XXXI	65—66	VI, 18 sub fin. <i>quisque studio uel indu-</i> <i>stria</i> — 22 init. <i>festinandum est no</i>
XXXII	67—68	XI, 16 init. <i>non solum ratione sed</i> — 18 post init. <i>occurrentem tali remedio po</i>

Iam si folia non eo ordine quo in codice posita sunt, sed secundum seriem librorum et capitum Cassiani ponimus, hanc fragmentorum speciem esse uidemus:

folia	continent
XXX, VIII	V, 1—4 med.
V, III	V, 5 sub fin. — 9 med.
XVI, XXVII	V, 11 med. — 13 fin.
XVIII	V, 14 fin. — 16 sub fin.
XXII	V, 21 med. — 22 sub fin.
XI, XIII	VI, 2 post in. — 6 init.

folia	continent
XXXI, XXVI . . .	VI, 18 sub fin. — VII, 1 med. ¹⁾
VI . . .	VII, 7 post med. — 8
III . . .	VII, 17 med. — 18
XV . . .	X, 7, 2 — 7, 5
XXVIII, XXVIII . . .	X, 7 sub fin. — 10 init.
X . . .	X, 12 sub med. — 14 sub fin.
I . . .	X, 18. — 20 init.
XVII, XXIII . . .	X, 21 sub med. — 24 med.
VIII . . .	XI, 2 post in. — 4 post med
XXIII . . .	XI, 10 init. — 10 fin.
XXV, XXXII . . .	XI, 14 in. — 18 init.
XVIII . . .	XII, 2 in. — 3 fin.
<u>VII, XX, XIII, XII, XXI, II</u> . . .	XII, 19 med. — 28 sub fin.

Habemus igitur in Casinensi fragmenta omnium librorum quibus de capitalibus uitiis disputatur (V—XII) praeter octauum et nonum, nullum uero librorum de institutis monachorum (I—III). quid ergo? statuendumne forte fortuna accidisse, ut de quattuor libris prioribus ne frustulum quidem, de octo posterioribus tam multa folia saeculo decimo superessent? ego aliter sentio atque, cum uix credi possit librorum I—III folia ad unum omnia adeo lacera fuisse, ut nullum ad usum codicis noui utile fuerit, praesertim cum primum libri quinti folium etiamnum extet, Casinensem ex eorum codicum numero fuisse existimo qui tantum libros octo de capitalibus uitiis continebant. quibus etiam Augustodunensis ad quem transimus adnumerandus est.

2. Cod. maioris seminarii Aeduensis (Augustodunensis) A
n. 24 saec. VII characteribus merouingicis grandibus scriptura semiunciali exaratus, forma octaua, foliorum 167.²⁾ supersunt

¹⁾ Capitulatio libri septimi deest. inde autem non statim colligi debet capitulationes codici omnino defuisse. potuerunt enim aut toti operi aut utrique eius parti (I—III. V—XII) praemitti, ut factum est in codice Vaticano (V) primae partis Conlationum.

²⁾ In codice ipso tantum 166 folia numerata sunt, illo, quod est inter 82 et 83, praetermisso.

praeter binionem quaterniones 22, sed non omnes integri. desunt enim folia 13, id est primi quaternionis tria (1, 2, 8), quarti duo, sexti duo, decimi quarti unum, decimi quinti quattuor, uigesimi primi unum. incipit V, 29 tit. *dormitante et semper*, desinit X, 9 *uerecundiam eis incutit magnam*. quaternionum numeris, qui a manu prima in paginarum marginibus inferioribus positi sunt, probatur codicem integrum tantum octo libros de capitulis uitiis continuisse. correctiones siue primae siue secundae manus, quae et ipsa perantiqua est, perraro occurrunt. librum uetustate insignem sed misere habitum, cuius quaterniones tegumento omnino carentes filis lineis consuti sunt, liberalitate eorum qui bibliothecae seminarii Aeduensis praesunt Graecium missum per trimenstre tempus excutere licuit.

G 3. Cod. olim Augiae maioris nunc Caroliruhensis n. LXXXVII, saec. VIII, formae maioris, fol. 104, litteris minusculis pulchre et diligenter scriptus. praefixus est hic titulus: *In hoc corpore continentur libri duodecim quos cassiano auctore editos nouimus id est de habitu monachi et de canonico nocturnarum orationum et de canonico diurnarum orationum* (sic! modo omissum) *et de institutis renuntiantium et de octo principalibus uitiis*. capitula omnium librorum desunt, sed spatium eis suscipiendis destinatum uacuum relictum est. correctus est a manu paulo tantum recentiore. — huius libri plane gemellus est

S 4. Sangallensis 183, saec. VIII, formae maioris, fol. 134, binis columnis pulcherrime exaratus. qui quoniam cum Augiensi ita consentit, ut illo omnino deterior sit, paucas eius lectiones discrepantes adnotauit, reliquis locis omnibus de eo tacuit.

H 5. Parisinus 12292, saec. VIII—X, olim sancti Germani a Pratis n. 852, forma maiore, fol. 162, fol. 1—85 haec scripta continet saec. VIII exarata: *Confessio Godescalchi monachi. Florus libellus de praedestinatione. Epistola domni Albini ad Carolum imperatorem. Seruatus Lupus de praedestinatione. Eiusdem Collectaneum de tribus quaestionibus*. sequuntur inde a fol. 86^a Cassiani Institutiones a manu recentiore scriptae, quam, cum codicem conferebam, saeculi decimi esse existimaui. ut autem omnis dubitatio tolleretur, adii Georgium Schepss

a. 1884 Parisiis commorantem: is per litteras me certiore fecit ipsum, Brandium, Omontium, Dupresium in eo consentire, ut Cassiani libros saeculo decimo ineunte scriptos esse putarent. ceterum hanc codicis partem a scriptis reliquis olim separatam fuisse inde probatur, quod fol. 93^b in margine inferiore signum quaternionis primi (I) positum est. Cassiani Institutiones uitiose et neglegenter scriptae passimque partim a prima partim a secunda manu correctae sunt.

6. Laudunensis signatus '328 bis' saec. VIII, forma octaua, fol. 146, a pluribus manibus neglegenter conscriptus itemque a pluribus passim correctus est. fol. 1^b haec leguntur: *Cassiani massilitani p̄rs | libri de habitu monachorum | et de canonico orationū atque psal|morum modo secundū egyptios unus in-*
stitutionū | ^{liber} *//////// de origine et qualita|tate //ac remediis octo prin|cipalium uitiorum libri | octo eiusdem de ordine | monasterii liber unus.* subscriptum est fol. 139^b: *Explicit de sp̄u superbiae feliciter: Incipit de ordine monasterii.* sequuntur regulae quae Augustini esse dicuntur secunda et prima hac subscriptione in fol. 145^b addita: *expl Regula Cassiani feliciter.* L

7. Cod. olim Augiae maioris nunc Caroliruhensis CLXIII, saec. VIII, forma octaua, fol. 112. incipit fol. 7^a: *uidimus itaque abbatem pinuphium (III, 30).* librum uitiose scriptum et interpolatum exceptis capitulationibus, quas integras contuli, ad eos tantum locos adhibui, quibus codices meliores dissentiunt. T

Maxime doleo fortunae iniquitate factum esse, ut duo libri antiqui huic editioni usui esse non possint. alter est Sessorianus LXVI saec. VIII, a Reifferscheidio (BPLI, uol. I, p. 137) descriptus. hunc, cum a. 1883 Romae essem, frustra quaesiui. nam neque in bibliotheca quae Uictorii Emanuelis nomine regio insignis est extitit neque Bartolinus, abbas et bibliothecarius monasterii Sessoriani, quo delatus esset cum bibliotheca monasterii in possessionem regis uenit, mihi dicere aut potuit aut uoluit. equidem eum cum aliis libris pretiosissimis eiusdem monasterii furtim abreptum nunc latere puto, deperditum nego. sed ut codicis pretium uel in doles lectores non penitus lateat, saltem paucas lectionum illarum quas Reiffer-

scheidius exscripsit hoc loco ita repetam, ut opposita meorum librorum scriptura quae in eo recte, quae mendose tradita sint statim cognoscatur.

Sessorianus	mei
praef. §. 9 <i>Explicit praefatio</i> <i>Incipit</i> (<i>incipiunt</i> m. rec.) <i>capitula</i>	= H
lib. I, cap. 11 tit. <i>sacra meritis</i> (male)	<i>sacramento</i> HL
II, tit. <i>Incipit de canonico nocturnarum orationum et psal-</i> <i>morum modo Lib. secun.</i>	= G
— 18 tit. <i>uespere</i>	<i>uespera</i> HL
— — — <i>quingagesime</i>	<i>quingagesima</i> H <i>quingagisime</i> (<i>i</i> post <i>g</i> in <i>e</i> mut.) L
— 18 fin. <i>oneret aut labore.</i>	= HL (<i>aut labore</i> om. G)
— subscript. <i>Explicit de canonico nocturnarum orationum et psal-</i> <i>morum modo Lib. II.</i>	= G
III, tit. <i>Incipit de canonico diurnarum orationum et psal-</i> <i>morum modo Lib. III.</i>	= G
— 12 tit. <i>ab om.</i>	= H
— — — <i>sicut om.</i> (male)	
— — — <i>finiunt capitula de libro tertio.</i>	omiserunt HL
— subscript. <i>Explicit de canonico diurnarum orationum et psal-</i> <i>morum modo Liber tertius</i>	= G (om. HL)
III, tit. <i>Incipit de institutis renuntiantium Liber quartus</i>	= GL
— post capitula: <i>Finiunt capitula de libro quarto.</i>	<i>expliciunt capitula</i> H (om. L)
V, 1 tit. <i>transiturus</i> (male)	<i>transitus</i> HL, <i>transitur</i> T

Sessorianus	mei
V, 1 tit. <i>monasteriorum</i> . . .	<i>monachorum</i> HLT
— 41 tit. <i>macharii</i>	= LT: <i>machari</i> H, <i>macarii</i> A
— — — <i>co*tidi*e</i>	<i>cotidie</i>
— — — <i>Incip̄ de sp̄u castri-</i> <i>margie Lib. V.</i>	= G
VI, 1 tit. <i>aduersus</i> (male) . .	= H
— 1 init. <i>traditioni</i> (male) .	<i>traditione</i> (<i>traditionem</i> HL ¹)
VII, 1 tit. <i>filargyriae</i>	= A
— 3 ¹ tit. <i>perseueret</i>	<i>perseuerans</i>
— subscript. <i>Expt̄ de sp̄u</i> <i>filargyrię id̄ de (de om. L)</i> <i>amore (amor^e L) pecuniarum</i> <i>(pecuniae L)</i>	= LT (<i>id est de amore pecu-</i> <i>niarum mera interpolatio</i> <i>est</i>)
VIII, 1 tit. <i>aduersus</i>	= HLT: <i>aduersum</i> A
— 1, 1 <i>certamen</i>	<i>certamine</i>
X, 1 tit. <i>accedię</i> (male), item reliquis locis	
XI, 19 tit. <i>ceno^{do}xia^s</i> (male)	
— — — <i>superare</i>	= HT: <i>uitare</i> L
XII, 1 <i>quod et</i> (ita uulgo) .	<i>et om.</i>

His quae e Reifferscheidii libro exscripsimus probari uidetur Sessorianum meis codicibus pretio superiorem non esse. sed ad librorum discrepantias recte aestimandas fortasse haud parui momenti fuisset.

Alter codex est Parisinus (nou. acquis. Lat.) n. 260 saec. VIII—VIII, de quo Georgius Schepss haec ad me scripsit: *Leider ist von den 102 Blättern nur ein geringer Theil benutzbar. Bei Anwendung von Gewalt könnten die jetzt fest zusammengeklebten Blätter wohl theilweise entziffert werden, aber es würden dann von dem mürben Pergament ganze Partien wegspringen und zerbröckeln. Auf keinen Fall wären Beschädigungen bei dem weitaus grössten Theil, nämlich bei den Blättern 28—102, zu vermeiden. Aber auch schon Blatt 2—8 sind in der unteren Hälfte zusammengeklebt und schwer auseinanderzulösen; die Schwierigkeit steigt bei der folgenden*

Partie bis Blatt 27. Der letzte und grösste Theil ist fast ganz unbrauchbar, er ist ein förmlicher Klumpen, eine Art Versteinerung. — quaecumque Schepss legere potuit, hic repeto.

Parisinus 260

mei

fol. 1 b *IN N̄ME D̄NI NRⁱ IĴŪ X̄PI*
INCIPIIT LIBER || INSTI-
TUTUTIONŪ || BEATIS-
SIMI IOHANNIS QUI
ET CASSIANI AD || PA-
PAM CAS||TOREM DI-
RECTŪ. LIBROS

I, 10 tit. <i>qui</i>	<i>quae</i>
— — — <i>aherum</i>	<i>aerum</i>
— — — <i>husum</i>	<i>usum</i>
II, 9 tit. <i>quod</i>	<i>quo</i>
— — — <i>collationes</i> (recte)	<i>conlatione HLr (conlationes scripsi)</i>
— — — <i>senior</i> (male)	<i>plenior</i>
— 12 tit. <i>Qur</i>	
— — — <i>ceteri</i>	
— — — <i>senaxi</i>	
— — — <i>hoc</i> (male)	<i>haec</i>
— — — <i>extimant</i> (male)	<i>extendant (-unt)</i>
— 14 tit. <i>cellulis</i>	= Hv: <i>cellis</i> L
— — — <i>horis</i> (male)	<i>opus</i>
— — — <i>pariter</i> om. (male)	
III, 19 tit. <i>quemammodum</i> ut (male)	<i>quemadmodum</i>
praef. §. 2 <i>innocentiae, iustitiae</i> <i>et castitatis</i> (recte)	= G ⁱ
— — — <i>adscire</i>	<i>adsciscere HLv, accersire G,</i> <i>quod recepi</i>
I, 2, 3 <i>circuminspectam cunctis</i>	= HL
— — — <i>refutarunt</i>	= HLv: <i>refugerunt</i> G, <i>quod</i> <i>recepi</i>
— 5 <i>анлааво</i> ////////	

Parisinus 260	mei
I, 8 <i>et uiuet</i>	= HL: <i>ut uiuat</i> Gv
II, 5, 2 <i>inedia</i>	= GHLr
— 5, 5 <i>alleluię</i>	= GH ² : <i>alleluia</i> H ¹ Lv
— 7, 3 <i>post prolongari cap. 8</i> <i>incipit</i>	= H: GSL cap. 7 <i>incipiunt</i>
II, 8 fin. <i>Hęc uero glorificatione</i> <i>trinitatis tantummodo solere</i> <i>antifona terminare</i>	
— 11, 3 <i>responsione alleluię</i>	
— — — <i>nullus . . . alleluiae</i> <i>om.</i>	
— — — <i>inscriptione ex inscri-</i> <i>ptione</i>	
— 13, 3 <i>pinguedinem</i>	
— 18 <i>usque ad</i>	= HLC: <i>usque in</i> Gr

Ex eis quae attulimus apparet Parisinum 260 codicibus meis uix meliorem esse. nam etsi nonnulla in eo recte scripta sunt, tamen non desunt menda et uitia quae in nullo meorum conspiciuntur.

Institutionum librorum manu scriptorum quos descripsimus ea est ratio, ut nullus auctoritatem praecipuam aut pretium singulare habeat, plerumque consensus duorum seu plurium lectionem ueram praestet, rarius scriptura peculiaris, quales modo in hoc modo in illo apparent, sit recipienda. itaque horum librorum crisis maximam partem in eis scripturis seligendis nititur, quas ueras esse uel uideri aut ratio ipsa aut usus scriptoris probat. hoc ita esse ut nullo negotio conprobari potest, ita immensae amplitudinis res est diligenter omnia tractare. tantus enim instat et urguet numerus locorum in codicibus uarie traditorum, ut, si eorum examinationem accuratam aggredieremur, quarta fere pars apparatus critici hic esset repetenda. quamobrem breuitati necessario consulentes summatim de codicum pretio et auctoritate tractabimus initiumque

disputationis ab illis partibus faciemus, quae in omnibus libris seruatae sunt. in eis autem lectionum uarietas apparet talis, ut *C* ubique fere cum recentioribus omnibus aut cum uno alteroue eorum stet, *A* plerumque solus scripturas peculiare exhibeat. quae discrepantia scripturarum codicis *A* tam late patet, ut, cum reliquorum uerba plerisque locis sine dubio uera sint, aliter intellegi recteque aestimari non possit, nisi statuamus in *A* recensionem arbitrariam librorum de uitiis capitalibus nobis traditam esse. quod ita esse uel paucis quae iam proponimus exemplis conprobatur.

lectio uera	A
V, 1 <i>monasteriorum</i>	<i>monachorum</i>
— — <i>siue</i>	<i>seu</i>
— — <i>tamque</i>	<i>tam</i>
— 2, 2 <i>nos ignorationis</i> CG ¹ HT	<i>ignorationis nobis</i>
— — — <i>nostrorum</i>	<i>nostrorum nos</i>
— 2, 3 <i>oculis animae</i>	<i>animae oculis</i> (= L)
— — — <i>ea</i>	<i>eas</i>
— 4, 2 <i>ex deo</i>	<i>a deo</i>
— — — <i>et</i>	om.
— 4, 3 <i>ergo</i>	<i>enim</i>
— — — <i>uniuersis</i>	om.
— — — <i>illud</i>	om.
— — — <i>potest</i>	<i>quoque</i>
— — — <i>omnia</i>	om.
— 5, 1 <i>idcirco</i>	<i>ideo</i>
— — 2 <i>saturitatis</i>	om.
— 6 <i>non</i>	<i>non enim</i> (= HT)
— — <i>iudicio dei</i>	<i>dei iudicio</i>
— — <i>animi</i>	om.
— 7 <i>fragilitas</i>	<i>fragilitas carnis</i>
— 8 <i>fragilitas carnis</i>	<i>carnis fragilitas</i>
— 9 <i>frugi</i>	om.
— 11, 1 <i>confides</i>	<i>confidas</i> (= H ²)
— — — <i>uideatur</i>	<i>uideantur</i> (= L ¹)

V, 11, 1	<i>multa uariaque monilium genera</i>	<i>multas uariasque munilium species (= L)</i>
— 12, 2	<i>luctamine</i>	<i>certamine</i>
— — —	<i>decertandi conceditur</i>	<i>conceditur decertandi (= HT)</i>
— 13	<i>enim</i>	<i>om.</i>
— 15	<i>deuiarit</i>	<i>deuiauerit (= LT)</i>
— 21, 4	<i>qua effcitur</i>	<i>quae effcitur</i>
— — 5	<i>corruptibilis</i>	<i>corporalis</i>
— — —	<i>in interiorem in-</i>	
	<i>quiens hominem</i>	<i>inquiens in interiori homine</i>
— — —	<i>uestris</i>	<i>nostris (= S²T)</i>
— 22	<i>nihil per semet ipsam habens peccati</i>	<i>nec per semet ipsam habens aliquid peccati</i>
VI, 2	<i>fons uitae mortisque</i>	<i>fons uitae (= HT)</i>
— 3	<i>salutem</i>	<i>sanitatem</i>
— —	<i>depellendum</i>	<i>debellandum (= H)</i>
— 4, 1	<i>uel carne uel mente</i>	<i>uel mente uel carne</i>
— — 2	<i>quemque</i>	<i>unumquemque (= L)</i>
— 19	<i>inquit</i>	<i>om.</i>
— 20	<i>quibus</i>	<i>senioribus enim</i>
VII, 18	<i>illius</i>	<i>om. (= T)</i>
X, 7, 3	<i>in id</i>	<i>om.</i>

perraro tantum in eis partibus, ubi Casinensis fragmenta extant, A uerum exhibet. V, 12, 1 solus praebet *iuuentatis*, quod 12, 2 etiam in C legitur. V, 22 *in illo* CAHL¹ recte: intellegendum enim *in irascendo*.

Itaque cum uiderimus A plerisque locis a CG, paucioribus ab HLT dissentire, iam apparet summam omnino tribuendam auctoritatem libris CG, reliquis, praecipue A, qui insuper lacunis scatet et locos scripturae sacrae passim secundum Uulgatam recensitos exhibet, cum quadam cautione utendum esse. neque uero res ita se habet, ut C semper et ubique sit praefendus. nam in eo quoque praeter meros errores inter scribendum commissos multa mendose scripta extant, ueluti:

uera lectio	C
V, 2, 1 <i>nos</i>	<i>nobis</i>
— 2, 3 <i>earum</i>	<i>eorum</i> (<i>eas</i> et <i>earum</i> ad substant. <i>passiones</i> §. 2 referenda sunt)
— 4, 2 <i>uase</i>	<i>uas</i> (quod ferri posset, nisi consensus reliquorum obstaret)
— — — <i>licet necdum</i>	<i>necdum licet</i>
— 7 <i>corpulentioribus</i>	<i>opulentioribus</i> (cf. Gazaetus ad h. l.)
— — <i>parsimoniae</i>	<i>parsimonii</i> (<i>parsimonia</i> Cas- sianus saepe, <i>parsimonium</i> nullo alio loco)
— 12, 1 <i>agonis mundani</i>	<i>mundani agonis</i>
— — — <i>in illis</i>	<i>nullis</i>
— — — <i>eundem</i>	om.
— 15 <i>inmensam</i>	<i>inmensae</i>
— 21, 3 <i>inmanium</i>	<i>inanium</i>
— 22 <i>contemplatione finis</i>	<i>contemplationis fine</i>
VI, 4, 1 <i>solis</i>	om.
VII, 17, 4 <i>gratiam dei quae data est mihi</i>	om.
— 17, 6 <i>inueniuntur ei</i>	<i>eis inueniuntur</i>
— 18 <i>patrum</i>	<i>patribus</i>
X, 7, 3 <i>uos</i>	om.
— — — <i>quintam</i>	om.
— — — <i>rumoribus</i>	<i>moribus</i>
— 8, 1 <i>inquietum</i>	om.

Addo locos quibus G in eadem parte operis de qua agitur uitiatus est.

uera lectio	G
V, 1 <i>eorundem</i>	<i>eorum</i> (= T ¹)
— 5, 1 <i>patrantur</i>	<i>parantur</i> (= H ¹ T ^v)
— 6 <i>refectus</i>	<i>refertus</i> (<i>refertur</i> T)
— — <i>libertate</i>	<i>liberalitate</i>

uera lectio

G

V, 9	<i>perpetuae</i>	<i>perpetuam</i>
— 12, 2	<i>frequenter</i>	<i>frequentem</i> (= L: <i>etsi frequentem . . . palmam per se ferri possit</i>)
— — —	<i>intelleximus</i>	<i>intellexerimus</i> (= HT: <i>non quidem absurde</i>)
— 22	<i>illo</i>	<i>illa</i> (= L ² T)
VI, 4, 1	<i>tribuitur</i>	<i>tribuetur</i>
X, 8, 1	<i>gratis panem</i>	<i>panem gratis</i>

Similis est codicum ratio in eis partibus, ubi A deest, C extat. ita enim uariant, ut modo G modo reliqui cum C in lectione uera consentiant. praeterea loci non desunt quibus uerum non C sed recentioribus debetur.

uera lectio

X, 12	<i>sancti spiritus</i>	<i>spiritus sancti</i> L et C (?)
— 13	<i>audimus</i> CG ¹ L	<i>audiuimus</i> G ² H
— 14	<i>huiusmodi</i> CHT	<i>eiusmodi</i> GL (e Uulgata)
— 19	<i>affectu</i> GT	<i>affectum</i> CHL
XI, 2	<i>uero</i> CHLT	<i>uero morbus</i> G (<i>morbus explicatio est</i>)
— 4	<i>deuenteris</i> CG ¹ L ¹	rell. uariant
— —	<i>dextram</i> CL	<i>dexteram</i> GHT (e Uulgata)
— 14	<i>cellula</i> GHL	<i>cella</i> CT
XII, 2	<i>exsequemur</i> GHL ²	<i>exsequimur</i> C (L ¹ T)
— 3	<i>iustitiaetsanctitate</i> CHT	<i>iustitiae sanctitate</i> GL
— 21, 2	<i>manus</i> C(?)H	<i>manibus</i> GHL (e Uulgata)
— — —	<i>reliquissent</i> CT	rell. uariant
— — —	<i>conuenit</i> CG	<i>conueniunt</i> HLT (e Uulgata)
— 24	<i>sufficiet</i> CG ¹ L ¹	<i>sufficiat</i> G ² L ² HT
— 27, 2	<i>defragantur</i> CL ² T	<i>defrangantur</i> G <i>defingantur</i> HL ¹
— — —	<i>conraduntur</i> H	rell. uariant
— 27, 5	<i>iraeque</i> CHT	<i>irae quoque</i> GL

Mendose in C haec tradita sunt: X, 13 *operi esse*, *ibid. et pro est*, 21, 3 *et pro ut*, XI, 10, 2 *tribuit pro retribuit*, 10, 3

rursus (rursum rell.), XI, 16 *uelut diaconum missam cate-
cuminis celebrare (celeb. uel. diac. cat. miss. rell.)*, XII, 27, 2
doctrinam perfectionis auribus suis (a. s. d. p. rell.), *ibid.*
huc adque illucque stupedus (huc illucque stupidus rell.), XII,
27, 6 *in om.* — non plura in G uitata sunt: X, 19 *dupluciter*
pro duplici, 21, 2 *suae om.*, 21, 3 *segnitia*, XI, 2 *morbus* inter-
polatum, XI, 4 *et ante flante om.*, XI, 16 *se facere pro facere*
se, XII, 27, 2 *integra sententia pro particula et interpolata*,
XII, 28 *spiritu om.*

Itaque ut ea, quae huc usque disputata sunt, breuibz repe-
tamus, tota ratio artis criticae in libris Institutionum recen-
sendis eo spectat, ut, quid quoque loco uerum et genuinum
habeatur, non unius libri tamquam primarii auctoritate nisi
statuamus, sed ex omnium librorum scripturis discrepantibus
cauta examinatione adhibita eruamus atque eligamus. quam-
quam autem nullus liber bonitate ceteros longe praecedit, tamen
non omnes pari sunt pretio. optimus est C, proxime accedit
G, auctoritas minor tribuenda HLT, cum cautione adhibenda
recensio codicis A a ceteris prorsus discrepantis. cum igitur
haec ratione et uia in uerbis constituendis usi simus, restat ut,
quoniam omnia tractari non possunt, selectis saltem exemplis
demonstremus quo iure quibusue de causis modo hos modo
illos codices secuti simus.

Praef. §. 2 fin. *ad communionem tanti operis accersire* ex G
recepti: *adscire* Paris. 260, *adsciscere* HLv. cf. III, 16, 1 *ad*
opus aliquod accersitus. V, 41. Conl. XIII, 15, 2. — I, 8 *retun-*
dere ad crucis signaculum G: cf. Ind. s. u. *ad* et Roensch,
It. und Vulg.² p. 390 sq. — II, 1 *hoc quo diximus cingulo*
G: cf. Ind. 'relatiui pronominis attractio'. — II, 10, 1 *obrepserit*
G, *subrepserit* HLr: cf. Ind. *obrepere* et *obreptio*. — II, 15,
1 *cellam suam progredi* H: cf. Ind. s. u. *progredi*. — II, 16
secundum apostolum HL, *secundum apostoli sententiam* G ex
interpolatione. aliis quoque locis in G interpolationes occurrunt,
sed leuissimae et quae magna ex parte glossis seu interpre-
tationibus supra lineam in archetypo scriptis ortae sunt. cf. V, 22
beatus Iob [inquit]. VII, 8 *ne umbram quidem [uirtutis] re-*
tinere. VIII, 12 *spiritu[irae] ne[qua]quam*. VIII, 19, 3 *si*

patientia prius [inter fratres] non fuerit acquisita. VIII, 20, 1 *haec e nostris actibus amputanda est [sententia].* VIII, 22 *principale cordis nostri [lumen].* X, 7, 1 *emersurum [inter monachos].* 7, 6 *uitii [id est otiositatis].* 7, 8 *sanas membrorum partes [sanguine corrupto] tabo serpente corrumpat.* — II, 16 *magis magisque* G(H): cf. Ind. s. u. *magis.* — II, 18 *usque in* G: cf. Ind. s. u. *usque.* — III, 3, 10 *ad diluculum* H: cf. Conl. XIII, 12, 10. — III, 10 *in urbe* G (*in urbe roma* HL): cf. tit. cap. 10, ubi item in L *roma* interpolatum est. — IIII, 11 *praetermittentes . . . persequar* G recte: cf. Ind. 'constructio ad sensum'. — IIII, 16, 2 *festinarit* G: cf. ibid. *temptarit.* IIII, 20. 37. 39, 2. V, 15. 17, 1. X, 2. XI, 7. — IIII, 22 *uirtus* GH, *uires* LV: cf. Ind. s. u. *uirtus.* — IIII, 23 *ponimus* GHL: cf. V, 3. — IIII, 25 *suae* G: cf. Ind. s. u. *suus.* — V, 14, 4 *necessitate* GL¹T¹: cf. Ind. s. u. *submitti.* — V, 39, 3 *sub praetextu* A: cf. Ind. s. u. *sub.* — VI, 10 *inliciens* A: cf. Ind. s. u. — X, 16 tit. *Quod non odii causa, sed dilectionis* (sic HLT: *correxionis* A) *eos qui delinquunt corripere debeamus:* cf. cap. 16 post med. *et tamen haec feri non odii uitio praecipit, sed fraternae dilectionis et eorum emendationis intuitu.* utrumque ergo recte poni potest, sed auctoritas HLT praeferenda.

Postremo dicendum est' etiam in locis scripturae sacrae codices ita uariare, ut modo hi modo illi uerum praebeant, alias hic alias ille secundum Uulgatam interpolatus sit.

Loci scripturae sacrae secundum Uulgatam interpolati in codicibus:

I, 1, 4 L	VII, 15, 1 A
— 2, 1 L	— 17, 2 A
— 9, 1 L	— — 3 A
IIII, 15, 2 L	— — — A
— 31 HL	— 30 A
— 33 GT	— — GLT
V, 18, 2 A	VIII, 9 L
VI, 15, 2 A et G	VIII, 11 A
VII, 11 A	X, 14 GL

XII, 14, 1 GHT	XII, 17, 5 GHL ²
— 17, 3 HT	— — — HL
— — — HT	— — 6 GHT
— — 4 HT	— 21, 2 GLT
— — — G	— — — HLT
— — 5 HL	

CAP. III. DE CODICIBUS PRIMAE PARTIS CONLATIONUM.

V 1. Uaticanus bibliothecae antiquae 5766 saec. VIII, formae maioris, foliorum 100, est palimpsestus ille celeberrimus fragmentorum iuris ciuiliis antiustiniani primum ab A. Maio (Romae 1823) editorum. rescripta sunt folia 17—48, 58—63, 82—100. quae cum fere omnia ob nimium medicamentorum usum, quibus textus fragmentorum euandus in lucem protraheretur, multis modis uexata praecipueque ita uitata sint, ut colorem fuscum, nonnulla prope atrum traxerint, Cassiani uerba legenti mihi haud exiguae difficultates enatae sunt. maxime autem corrupta sunt folia 82—86, quibus Conl. VIII, 31—X, 2 post init. continentur: in eis non pauca uerba penitus euauerunt. scriptura est uncialis, litterae minutae. codicem olim in monasterio Bobiensi fuisse constat, unde folia tria Augustam Taurinorum uenerunt, quibus praeter fragmenta codicis Theodosiani partes Conlationis tertiae et quartae scriptae erant: cf. Reifferscheid, BPLI II, p. 116. inde conici potest codicem integrum totam partem primam Conlationum complexum esse. hodie incipit Conl. III, 12 init. *tias animae uoluntas*. cur capitula Conlationis quintae desint, ex eis intellegitur quae post subscriptionem Conlationis leguntur: *Itē*** conlation.*¹⁾ *Quinq; id est abbatis theodori de nece sanctorum conl*²⁾ *I abbatis sereni de animae mobilitate et spiritalibus nequitiis conl* *I eiusdem de principatibus conl* *I abbatis isaac de oratione*

¹⁾ *Lib̃ conlacioñ*. Reifferscheid legerat.

²⁾ *conta* Reifferscheid.

cont II capitula de abbatis theodori conlatione. sequuntur capitulationes Conl. VI—X: singulis praemittuntur uerba *itē capitula* et rel., quae suis locis in apparatu critico inseruimus. apparet ergo librarium ut Conlationibus VI—X, ita etiam Conl. I—V indiculum et capitula praemisisse. orthographiam codicis sane miram diligenter expressimus, nisi quod *ae* pro *e*, ut *haeremus ingraessa laquaeis praeces praehaendo* et similia, quae sescenties occurrunt, notare supersedimus. minutias orthographicas manus secunda et ipsa perantiqua saepe correxit, saepe intactas reliquit. aliae correctiones eiusdem manus perraro occurrunt nec crebriores sunt quae a prima profectae sunt.

2. Parisinus bibliothecae nationalis 13384 saec. VIII, D
 forma minore, fol. 180, quondam, ut in folio praefixo indicatur, 'liber S. Petri Corbeiensis', postea 'Sti. Germani a Pratis' fuerat. fol. 1^a hic indiculus legitur: *In xp̄i nom̄ hic insunt sc̄orū conlationes X. idē abbatis moysi de monachi destinatione t̄ fine. II. eiusdem de discretione III. abbatis paphnutii de trib; abrenuntiationib; IIII. abbatis danielis de concupiscentia carñ & sp̄s V. abbat¹ S . . . pionis de natura et origine uiciorum VI. abbat¹ teodori de nece sc̄orū VII. abbat¹ sereni de animae mobilitate et sp̄italibus nequitiiis VIII. eiusdem de principalib^{ti}ibus /////////////// Isaac de oratione conlationes duae.* liber ex archetypo scriptura anglosaxonica siue merouingica exarato fluxisse uidetur, id quod compendia quaedam siue a librario siue a correctore non intellecta arguunt. persaepe enim scriptum est *p*, ubi *p* desideratur, *s*, id est *sicut*, quod librarius aliis locis non retinuit sed in *sunt* mutauit, compendium *ṡ* esse ratus, tum litterae *r* et *s* haud raro inter se commutantur. quod ad orthographiam attinet, *ae* fere per *e* scribitur, confunduntur litterae *e* et *i*, *o* et *u*, *b* et *u*, *c* et *t*. talia a manu secunda uel tertia passim correctae sunt. quae correctores, quos distinguere operae pretium non est, praeterea mutauerunt, nullius fere momenti sunt, nisi quod mala uerborum collocatio, qua librarius innumeris locis peccauit, ope codicis alicuius paulo ut uidetur recentioris in integrum restituta est uel quod sat multi loci a mauu prima propter ὁμοιοτέλευτον omissi a m. altera

sunt suppleti. postremo silentio praetereundum non est miram quandam in hoc codice rationem compendiorum in usu esse, quae tamen nisi in locis bibliorum sacrorum scribendis apparere non solet. quae compendia cum in apparatu critico, nisi ubi res ipsa postulabat, commemorare noluerim, tamen, quia prorsus singularia esse videntur, hoc loco exempla aliquot afferre haud incommodum erit.

Conl. VII, 31, 2

D

Ps. 72, 3—5 *pacem peccatorum uidens. quia non est respectus in morte eorum: nec firmitas in plaga eorum. in laboribus hominum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur.*

pāc. pecctr̄. uid̄; q' añ ÷ rpt mrt eorū et firm̄ inplg eorū. In labrb; houū ñ sunt et cū houūs ñ flaglbr̄

VIII, 17, 1

Ps. 33, 8 *in circuitu timentium eum: et eripiet eos*

in circ̄ tim̄t eum et erip̄ eos

VIII, 19

Matth. 25, 34 *benedicti patris mei, possidete paratum*

ben̄d̄ patris mei possidete par̄t̄

VIII, 29, 4

Ps. 101, 10 *cinerem sicut panem manducaui, et poculum*

cinerem sunt pañ manducaui et poc̄l̄

VIII, 34, 3

Esai. 58, 9 *exaudiet te: clamabis, et dicet*

exaud̄ te clam̄b̄ et d̄c

VIII, 34, 5

Luc. 11, 10 *qui petit accipit, et qui quaerit inuenit*

q' p̄t̄ accēp̄ et q' q̄r̄ inuē

X, 10, 2

Ps. 69, 2 *deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina*

d̄s in adiutor̄m intende d̄ne ad.adiuud̄ m̄ festina

3. Uercellensis bibliothecae capituli CLXXXVII. 44 saec. W
 VIII—X, forma octaua, fol. 220, litteris satis grandibus nitide
 exaratus, mutilus est. deest initium usque ad Conl. I, 5, 4 *ad*
eam obtinendam rectissime, id est septem folia, unum folium
 post fol. 103 (Conl. V, 14, 1—4), quaternio unus post fol. 212
 (Conl. VIII, 20, 2—34, 2), duo quaterniones in fine (Conl. X,
 4, 1 *annos in hac heremo* — 14 extr.). praeterea folium, quod
 esse debebat 213, ita transpositum est, ut nunc sit 219. ergo
 codex integer 252 folia siue quaterniones 31 et dimidium con-
 plexus erat. orthographia libri bona est. capitulationes desunt.

Communem codicum *DW* originem multae lectiones probant, DW
 quae eis solis propriae sunt. neque tamen consensus talis est,
 ut Uercellensem apographon Parisini esse recte possimus existi-
 mare. nam ut in eis quae archetypo communi debentur con-
 sentiunt, ita in reliquis omnibus plane discrepant. itaque ad
 communem tantum fontem demonstrandum locos aliquot infra
 adscribimus.

DW	codd. rel.
Conl. III, 6, 4 om.	<i>ac</i>
III, 19, 6 <i>con (com-) pe-</i> <i>tenter</i>	<i>consequenter</i>
V, 6, 5 <i>simpliciter</i>	<i>similiter</i>
— 9 <i>quosque</i>	<i>quoque</i>
— 18, 1 <i>uitium</i>	<i>uitio</i>
— 19 non distinguunt	distinguunt
— 27, 1 <i>obtinent in nobis</i>	<i>in nobis obtinent</i>
VI, 3, 1 <i>ducendum</i>	<i>dicendum</i>
— 9, 2 <i>dicens... bonum</i> desunt	extant (non tamen in X ¹)
— — — <i>in om.</i>	extat
— 10, 9 <i>dextram</i>	<i>dexteram</i>
— 10, 10 <i>gratias</i>	<i>grates</i>
— 11, 2 <i>pater non cor-</i> <i>ripit</i>	<i>non corripit pater</i>
— 11, 7 <i>omnem om.</i>	extat
VII, 5, 3 <i>dicemus</i>	<i>dicimus</i>

DW	codd. rell.
Conl. VII, 8, 3 <i>eis</i> om. . . .	extat
— 13, 3 <i>inquit</i> om. . . .	extat
— 16 non distinguunt . . .	distinguunt
— 22, 1 <i>in</i> om. . . .	extat
— 24 <i>in eis domicilium</i> <i>deinceps</i>	<i>domicilium deinceps in eis</i>
— 32, 4 <i>scorpios</i>	<i>scorpius</i>
VIII, 8, 3 <i>suum domi-</i> <i>cilium</i>	<i>domicilium suum</i>
— 23, 1 <i>dei</i>	<i>domini</i>
VIII, 6, 2 <i>lapidem</i>	<i>saxum</i>
— — — <i>illum</i>	<i>illud</i>
— 7, 1 <i>fuga quadam</i>	<i>quadam fuga</i>
— 13 <i>et pro omnibus</i>	<i>et omnibus</i>
— 15, 1 <i>in quadam</i>	<i>quadam</i>
— 34, 7 <i>cessare</i>	<i>cessasse</i>
— — 8 <i>iohannis euan-</i> <i>gelistae</i>	<i>euangelistae iohannis</i>

Cf. praeterea Uol. II, p. 20, 7. 23, 25. 26, 16. 30, 6 et 19. 32, 12. 36, 5. 42, 17. 46, 26. 55, 18. 56, 22. 57, 5 et 13. 58, 17. 62, 16. 70, 6. 102, 15. 105, 27. 130, 3 et 23. 134, 8. 135, 2. 136, 5 et 11. 144, 1 et 3. 156, 22. 164, 15. 176, 5. 184, 1. 185, 13 et 26. 192, 25. 197, 5. 199, 20. 204, 1. 213, 5 et 8. 217, 4 et 5. 218, 15. 220, 15. 222, 4. 231, 4 et 24. 232, 23. 244, 7. 246, 3. 259, 11. 268, 10. 278, 22. 283, 19.

- O 4. Parisinus bibliothecae nationalis inter eos qui nuper adquisiti sunt sign. num. 2170, saec. VIII, fol. 252, binis columnis scriptura langobardica a conpluribus manibus exaratus est, id quod et characteres ipsi indicant et notae librariorum testantur: ueluti fol. 86^a post uerba *Incipit prefatio* (scilicet ad Conl. p. II) intrusa sunt haec: *o pie lector alburani scribtoris memento*, et fol. 179^b post titulum *Incipit conlatio abbatis pinufi de penitentię fine et satisfactionis indicio* litteris minoribus: *d̄s adiuba scriptorem Iulian' pr̄br.* fol. 1^a infra legitur: *Pertinet ad sc̄m dominicum desilés (?)*. continet solus ex meis omnes

Conlationes, nisi quod duobus primis quaternionibus deperditis praefatio et Conl. I, 1—II, 9 med. desiderantur. Conlationes sequitur *vita sci hac glosissimi martialis epi aquitaniorum primi patroni lemouicensium ciuitas* (sic!). codex maximam partem neglegenter scriptus formas uocabulorum exhibet adeo uitiatas, ut in hoc quidem genere nihil possit excogitari corruptius. nam ut omittam litteras *b* et *u* constanter inter se commutari aliaque multa, quae in apparatu critico adnotauimus, haec praeterea commemoranda sunt quibus codicis proprietates accuratius cognoscatur:

a = i. <i>paralitas parracida</i>	ch = h. <i>michi nichil</i>
b = d. <i>abscribunt abdicamur</i>	ct = t. <i>adinplectio cautione</i>
b = f. <i>probanas</i>	<i>contrictio effecta expectant</i>
b = p. <i>abtare abtus babtisma</i>	<i>explectione incauctius per-</i>
<i>deincebs lebrosus nubtiarum</i>	<i>dictio predictio renunctio</i>
<i>obtimus obto princebs rabto</i>	<i>structiones tradictio uictio-</i>
<i>scribsi scribtura</i>	<i>rum</i>
bs = s. <i>substentans</i>	c omissa. <i>exelsus exepta exi-</i>
c = cc. <i>eclesia heclesia ocultus</i>	<i>dere exidium exitat instin-</i>
<i>sucensus</i>	<i>tum sitium (= Scitium)</i>
cc = c. <i>accedia auccupantes</i>	d = m. <i>quodadmodo</i>
<i>nunccupo occius oculus</i>	d = t. <i>animared aud adleta</i>
c = g. <i>calice (= caligae) ca-</i>	<i>(=athleta) dauid (= dabit)</i>
<i>talocus secregati zmaracdu</i>	<i>exhistimed pretendissed re-</i>
c = h. <i>nicil mici (passim)</i>	<i>trahid sed (= Seth) semed</i>
c = qu. <i>alico anticus condam</i>	d omissa. <i>aiutorium</i>
<i>corum corundam inicus li-</i>	ee = e. <i>poteest prodeerit pro-</i>
<i>cor obsecuenda propincus</i>	<i>deesse prodeest uee (= uae)</i>
<i>relicum</i>	e = ae oe passim
ch = c. <i>agnoscho amichitia</i>	ex = s. <i>expectat expectaculum</i>
<i>amichus archa chenobium</i>	<i>expoliare</i>
<i>cherimonia cognosche de-</i>	ex = aes. <i>extimo extuo</i>
<i>poscho eretichorum frige-</i>	<i>externus = hesternus</i>
<i>schere inimichus obscheni</i>	f = ff. <i>aflictio</i>
<i>paschebamur paschua theo-</i>	ff = f. <i>deffendo</i>
<i>retichae</i>	f = p. <i>palfebris</i>

- f = ph passim
- f = u. *perficax profectior profide referentiam*
fraglare = flagrare fraglantia = fragrantia
franglantia = fragrantia
- g = c. *agrius ipogrisin*
- g = cc. *eglesiasthes eglesia*
- g = gg. *sugestio*
- g = i. *gemini (= Iemini) magestas*
- g omissa. *exientes indient refriescens refuit = refugit*
- g adiecta. *ambigente cogitu regi*
- h omissa. *abeo abitaculum abito ac (= hac) aduc arcangelus austus bracium corobeto ec (= haec) ereditas eremus ereo inc irsutus is (= his) macina mecatur monacus oc (= hoc) odie omo onor ora orror ortor ortus ospitium ostis patriarca preendo proueitur probeuntur (= prouehuntur) pulcer trao ueemens uius (= huius) umilis*
- h perperam adscripta. *adhorsi adsumseriht apuht antehacta behelzebub calebh cohacta cohoperatur exhistimo fihthac hactitetur hactualis hamoris han hancora hebrius heglesiis heruditio hes (= es et aes) hictus hid himus his histe histuht hita hob hoccido hocto homnis honus*
- hos hostendo hotiosus huberius hubertas huniuersus hunus hure hurina hustio husus ingessiht illuht inhurere isahac nicilhominus obhorta obsistiht possiht proficeriht quohabtetur remissihore sith toth toht ueluht*
- h traiecta. *aduch erethicus hezeciel iheremias iherosolimis ihoannes tehoriae*
- hi omissa. *spidam = hispidam storia passim*
- i = ac. *primum = praemium*
- i = g. *eipto ienua ienuit ienus iermanus*
- i = y passim.
- ie = e. *concupiscentia impudians*
- ii = i. *fugiit incantatorii odii scripturiis*
- i praefixa. *istatione istatu istocadibus (= Stoechadibus)*
- i ante s omissa. *srahel ste passim*
- in omissa. *spiratione stituta iheenne = gehennae immodum = in modum*
- k. *kaptiuitatis kaput karitas*
- ll = l. *dillubium tollerantia*
- m = mm. *consumare flama inflamare quodammodo tantummodo*
- mm = m. *immaginarium summo*
- m = n. *contemptio contemptus idemtidem ostemtatione retento tantum uoluntas*

ms = mps. <i>contemsi promsi sumsi</i>	ss = rs. <i>prossus</i>
mt = mpt. <i>contemptus emtor emturus interemti pedetem- tim peremptoria presumtio promptu sumtus temto</i>	ss = st. <i>suggestio</i>
n = m. <i>menbrum</i>	s = x. <i>ansietas ausilium iusta senes</i>
n omissa. <i>couersus instantia tra- scendatur trasformat tras- gressio</i>	s omissa. <i>abterret</i>
o = u. <i>adolantur coagolasti edocati parbolus scopolos</i>	t = c. <i>artet commertium effi- catus nouitius</i>
p = b. <i>repellem</i>	t = d. <i>set passim aliut aput at atquiro dauit illut istut (stut) it quit</i>
p = pp. <i>apellatione opressa suplicatio suplicium</i>	t = dd. <i>reterentur</i>
pp = p. <i>dupplex oportuit</i>	tt = t. <i>triticum</i>
ph = f. <i>propheramus</i>	u = f. <i>preuocari prouana</i>
ph = p. <i>phenam = poenam philosi trophologia</i>	u = i. <i>possumus = possimus saepe</i>
pre = per. <i>premixtus prescru- tor prexpehit prespicax pre- spicio prespicuae prespi- cuus suprestitio</i>	ui = u. <i>guila passim</i>
p praefixa. <i>psaltim</i>	uu = u. <i>ambiguunt defiguunt</i>
p omissa. <i>sallere salmus sal- mista pseudoprofeta</i>	u adiecta. <i>ambiguimus eructuat inpinguebat potuerunt = poterunt saepe</i>
qu et q = c. <i>inquoasse quoram sequum passim</i>	u omissa. <i>arguntur langor me- tunt</i>
s = ss. <i>cessase inopibilis re- nuntiase</i>	x = s. <i>dextrictio dextrix dex- truere externus = hester- nus preluxerit senex senix sinistrix</i>
ss = s. <i>bassiliscus cassus pres- summenda</i>	x = ss. <i>edixeri</i>
	xs = x. <i>sinaxsi</i>
	y = i. <i>ayt esayas hyemabo mo- saycus sarabaytae subtray- tur syon ylaritatem</i>

5. Vaticanus bibliothecae Palatinae 560 saec. X, forma ma-
xima, fol. 110, neglegentissime scriptus, Conl. III—V, VII—X
continet. capitulationes desunt praeter eam quae ad Conlationem
decimam pertinet. in folio praefixo leguntur haec: I *Collatio* P

abbatis pafnutii de tribus abrenuntiationibus II *Collatio abbatis danielis de concupiscentia carnis ac spiritus* III *Collatio abbatis serapionis de octo principalibus uitiis* IIII *Collatio abbatis sereni de animae mobilitate et spiritalibus nequitiis* V *Item eiusdem de principalibus nequitiis* VI *Collatio abbatis isaac de oratione* VII *Item eiusdem de oratione in alio cō (in alio cō paene erasa).*

X 6. Sangallensis 574 saec. VIII—X, forma maxima, fol. 128, binis columnis exaratus est. desunt in eo Conlationis quintae caput 19 fere totum (usque ad §. 4 *usum uero*) et tituli capitulum XIII—XXV Conlationis octauae.

Cum *PX* in plerisque consentientes eam recensioem exhibeant e qua editiones uulgatae fluxerunt, insuper etiam uariis mendis scateant, eis non ut testibus integris, sed subsidii loco usus sum, scilicet quibus auxiliantibus loci nonnulli in codicibus melioribus minus bene traditi possint auctoritate quadam ad integrum statum redigi. ceterum in *X* praeter ea menda, quae librorum socordia uel etiam audacia generari solent, interpolationes audacissime factae occurrunt, quibus uerba Cassiani penitus extrusa sunt. quam foede autem manus interpolatoris grassata sit, is plenissime poterit cognoscere, qui editionem Basileensem (a. 1485. 1495) cum nostra contulerit. nam Basileensibus aut ipse codex *X* aut plane similis praesto fuit, cum Cassianum typis exprimendum curarent. sed ut etiam illi, quibus copia editionis illius non fuerit, de talibus locis possint iudicare, ex innumeris interpolationibus duas hic adseribimus cum ipsis scriptoris uerbis comparatas.

Cassiani uerba

X

Conl. II, 3: *Denique ille, qui primus iudicio dei regnum populi Israhelis emeruit, quia hunc discretionis oculum nequaquam habuit, uelut toto corpore tenebrosus etiam ipso deiectus est regno, dum lucernae huius tenebris*

Denique ille, qui primus ad regnandum populo isrl iudicio dei praelectus est, quia hunc discretionis oculum nequaquam habuit, uelut toto corpore tenebrosus effectus etiam ipso regno tradito sibi meruit spoliari, dum lucernae

Cassiani uerba

atque errore deceptus acceptabiliora deo sacrificia sua quam praecepti Samuhelis oboedientiam iudicauit atque ex illa magis parte causam offensionis incurrit, ex qua repropitiandam sibi diuinam sperauerat maiestatem. huius, inquam, discretionis ignoratio Achab regem Israhel post illum sublimissimae uictoriae triumphum, qui ei fuerat dei fauore concessus, compulit credere meliorem esse misericordiam suam quam diuini seuerissimam executionem praecepti et quemadmodum ipsi uidebatur crudelis imperii.

Conl. II, 26, 4: Talibus nos sanctus Moyses geminae institutionis epulis saginauit, non solum discretionis gratiam atque uirtutem praesenti eruditione uerborum, sed etiam abrenuntiandi rationem et destinationem finemque propositi ante acta disputatione demonstrans, ut quod ante feruore tantum spiritus ac zelo dei cluis quodammodo oculis sectabamur, luce clarius aperiret faceretque sentire quantum a puritate cordis et directionis linea fuisse-

X

huius tenebris atque errore deceptus acceptabiliora deo sacrificia sua quam erga praeceptum Samuelis oboedientiam credidit iudicanda, quae eum ex illa magis parte offensionem incurrere fecer̄ (er̄ in ras.), ex qua repropitiandam sibi diuinam sperauerat maiestatem. huius, inquam, discretionis ignoratio Achab regem isrl̄ post illius sublimissimi triumphu uictoriam, qui ei fuerat dei fauore concessus, credere persuasit meliorem esse misericordiam suam quam executionem seuerissimi praecepti et quemadmodum sibi uidebatur crudelis imperii.

Talibus nos beatus Moyses uerbis erudiens hoc nobis precipuum gemina institutione contulit, ut non solum discretionis uirtutem et gratiam, sed ipsius quoque abrenuntiationis rationem, quam penitus ignorantes feruoretantummodo spiritus n̄ri ac zelo dei arripuisse uidebamur, incipientes agnoscere deinceps intellegeremus, quantum a puritate cordis et directionis linea fuissemus in id temporis euacuati, absque ulla dumtaxat destinatione uel fine

mus id temporis euagati, quippe cum etiam omnium uisibilium in hoc saeculo artium disciplina absque destinationis ratione subsistere ac sine contemplatione certi finis adtingi omnino non possit.

tendentes et quid principaliter tenere nos oporteret quid ueritatem cauere similiter e contrario deberemus omnimodis ignorantes, illamque prae omnibus definitionem senis uerissimam conprobauimus, nullius artis seu disciplinae peritiam posse sine destinationis ratione subsistere nec sine contemplatione certi finis adtingi.

Libri manu scripti quos enumerauimus et quibus solis in textu constituendo usi sumus pretio ita inter se differunt, ut optimus sit *V*, proxime accedant *DW*, aliquanto inferior bonitate sit *O*, perpaucis tantum locis uerum exhibeant *PX*. ac primum quidem *V* eo nomine insignis est, quod haud raro solus omnium ueram lectionem seruauit. cf. III, 13, 1. 19, 1. VI, 6, 4. 11, 1. VII, 5, 7. 9. 19, 2. 21, 4. 30, 1. 31, 2. VIII, 3, 3. 4, 2. 12 init. 21, 6. 22. VIII, 35 tit. 5, 3. 18, 3. 30, 2. 32. X, 7, 2. 11, 2 et 6. 13, 2. multis aliis locis lectio in *V* tradita contra *DW* aut omnibus deterioribus libris *OPX* aut uno ex eis confirmatur. cf. III, 19, 6 et 7. V, 9. 15, 3. 27, 1. VI, 3, 1 et 3. 10, 10. 11, 7. VII, 15 tit. 8, 3. 12, 2. 13, 3. 14. 21, 4. 24. 25, 1. 28. 29. VIII, 8, 3. 10, 3. 16, 3. 21, 6. 25, 3. VIII, 3, 2. 6, 2. 7, 1. 15, 1. 17, 1. 18, 2. 22, 4. 28, 2. 29, 2. 34, 8 (bis). X, 11, 1 et 5. neque tamen codicis auctoritas tanti aestimanda est, ut ei a ceteris omnibus dissentienti statim maior fides sit habenda: immo huiusmodi locis plerisque aut aperte potest conuinci *V* esse corruptum (cf. VII, 3, 4. 4, 2. 26, 6. 30, 1. VIII, 25, 1. X, 2, 3. 8, 3 et 4) aut certe consensus reliquorum minime spernendus est. itaque his locis lectionem *V* reiciendam esse putauimus: III, 12, 5. 19, 1 (*ne*). V, 4, 2 (Uulg.). 5. 15, 1. VI, 1, 2 (*interempti*). 6, 2 (*patiens*). 15 fin. (*recuperatio*). VII, 2, 2. 3, 2 (*luctum*). 5, 1 (*alii*). 5, 9 (Uulg.). VII, 21, 3 (*illos*). 21, 4

(*in morte: DWO in mortem* = εἰς θάνατον; cf. Uict. Uitensis III, 40). 25, 2 (*cordis*). 30, 3 (*a*). 32, 4 (*tenebrarum harum*). VIII, 7, 4 (Uulg.: cf. contra Nestor. VI, 21). VIII, 29, 3 (*iudicium Uulg.*). 34, 2 (*deprimentis*). X, 8, 4. 10, 2 (*proponitur*). 11, 1 (*beatitudinem euangelicam*). persaepe etiam lacunae in *V* occurrunt, cum aut unum uel plura uerba desint aut enuntiata integra omittantur. cf. III, 15, 1. 20, 3. 21, 2. V, 10, 4. 15, 1 et 2. 16, 2 et 3. 18, 2. VI, 4, 2. VII, 4, 3. 9. 15, 4. 26, 2 et 4. 27. 28. 32, 2 (uerba in *V* omissa a Cassiano profecta esse nunc iudico). VIII, 18, 1. 25, 6. VIII, 3, 3. 9, 2. 15, 1. X, 2, 2. 3, 5. 8, 5. 10, 1. aliae lacunae propter ἑμοιοτέλευτον ortae sunt, ueluti V, 11, 5. 12, 4. 16, 2. VIII, 18, 2. VIII, 6, 5. 18, 3. X, 5, 2. 14, 1. num uero V, 12, 5 uerba *recte . . . nouatur*, quae in *V¹D¹WP* omissa sunt, recte se habeant, potest dubitari: nam *nouari a* nusquam apud Cassianum nisi illo loco legitur. praeterea, si ea uerba deleantur, uix quicquam desiderabitur. denique dicendum est ne interpolationes quidem, quamuis minutulae sint, in *V* penitus deesse. cf. VII, 8, 3 [*et*]. 9 *consortium [ut] quo*. 26, 2 *habitauit [in] locum*. VIII, 24, 1 *passus [est] sine* (ita etiam *P*). 24, 3 *nec [in] euangelium*. 25, 4 [*et*] *ero* (*et e Uulgata intrusum*).

Consensus codicum *DW*, quibus *O* nonnumquam suffragatur, his locis *V* et reliquis anteponendus esse uidetur: III, 19, 4 *adcurrent*. V, 11, 7 *omnia* (consentit *X*). 23, 2 *uidentis* (ita etiam *P*). VI, 2, 2 *perdemus*. VII, 21, 4 *in mortem*. 32, 4 *scorpios*. VIII, 12, 2 *te*. praeterea bonitas archetypi *DW* etiam ex eo apparet, quod aliquot locis alter eorum aut solus aut consentiente tantum uno alteroue ex deterioribus ueram scripturam seruauit. talia sunt V, 10, 2 *exarescet WOD²*, 10, 3 *fruticant DOX*, 14, 2 *infirmiorum D¹X*, VI, 11, 10 *numinis WO*, VII, 18 *quaeres W*, VIII, 19 *futuram W* (scilicet *mentem: futurum* rell., quod ferri nequit), X, 4, 2 *profecit D*, 10, 2 *mihi D¹*, 10, 11 *disparisiones D*, 11, 4 *satanan D*. eadem ratio etiam in Conl. I—III, 11, quae pars in *V* deest, intercedit. modo enim *D* modo *W* uerum exhibet, modo inter se consentiunt. et in *D* quidem recte scribuntur praef. §. 4 *actuque* (nam *actus* idem significat quod *uita, conuersatio*), I, 6, 3 *super iniquitate gaudere*, I, 23, 5

praeparentur, II, 13, 11 *inferum*, II, 14 *quem*, 26, 1 *adhortationem*, III, 7, 10 *martyrium exustione*, 9, 1 *laudabunt*, V, 9 tit. *accedentia*. contra lectio *W* his locis praeferranda est: I, 22, 2 *in terramque defossum*, II, 5, 5 *humanitate*, 7, 1 *suscipit*, 9 *abundeque*, 11, 8 *seu*, 26, 4 *clusis*, III, 7, 6 *sexcenta tria*, 7, 7 *qua*, 17 *adprehendit*, 20, 2 *conuenit*, 22, 4 *abba*.

Restat ut ea quae in *DW* uitiose scribuntur — et eorum sane maior est numerus quam in *V* — paulo accuratius indicemus. in *D* lacunarum (VIII, 3, 6 *tantum*, 8, 4 *ordinis*, 10, 1 *illam*, 18 fin. *suo*, 19, 2 *in*, 19, 3 *hic*, VIII, 15, 2 *flammae*, 29, 2 *dicens*, X, 10, 2 *a paucis*) et interpolationum (I, 13, 4 *uoluntate*, II, 14 *etiam [in]*, VI, 8 *sibi [mala]*, 16, 3 *semper [pro] illa*, VII, 13, 3 *[ulla] creatura*, VIII, 8, 2, VIII, 17, 3 *[bene] placitum*, 23, 1 *patiaris induci*, 34, 11 *[hunc] mundum*, 34, 12 *filio [suo]*, X, 4, 1 *solum [pro nihilo]*, 14, 2) exiguus est numerus. plurimis uero locis, ut iam diximus, uerba male transponuntur. cf. I, 13, 6 fin. II, 2, 5. 11, 5. 15, 2. 16, 1. III, 1, 2. 2, 1. 2, 2. 5, 2. 7, 11. 9, 3 (bis). 15, 1. III, 8. V, 6, 2. 13. 17. VII, 2, 1. 5, 9. 16. 18. 22, 2 fin. 32, 5. VIII, 11, 2. 13, 3. 20 fin. VIII, 3, 4 fin. 4, 2. 6, 2. X, 5, 1. 6, 2. — In *W* uero, in quo raro uocabula traiecta sunt (I, 7, 1), lacunae frequentiores occurrunt (II, 19. 26, 3. 26, 4. III, 2, 2. 4, 5. 6, 1. 6, 2. 9, 1. 15, 1. 15, 4. 16, 4 [bis]. 20, 2. 21. III, 10, 3. 19, 5. 20, 4. V, 2. 11, 7. 12, 2. 27, 1. VI, 3, 7. 15. VII, 4, 4. 23, 1. VIII, 16, 4. 19, 2. VIII, 3, 4. 6, 2. 8, 3. 15, 1. X, 1) atque interpolationes plures et audaciores apparent (I, 14, 1. II, 9. 11, 7. III, 6, 5. 20, 2. V, 16, 3. 25, 1. VI, 2, 3. 3, 5 [bis]. 9, 2. 10, 1. 10, 8. VIII, 25, 1. VIII, 2, 1—2 [quater]. 3, 1. 3, 3. 15, 1. 18, 2. 34, 6. 34, 8. 35, 1). turbatus est locus VI, 11, 4.

Quamquam ope librorum *VDW* plerisque locis uera scriptoris uerba ita possint restitui, ut extrusa uulgari scriptura nunc demum appareat quam non bonis libris usi sint priores, tamen loci non desunt quibus ad codices pretii inferioris uel ad editiones uel ad coniecturam sit confugiendum. et inter codices quidem, quos ipsi supplementi instar adhibuimus, *O* in hac Conlationum parte multo praestantior est quam *PX*,

quippe qui cum melioribus saepius consentit nec tanta interpolationum farragine repletus est. itaque ex eo haec recepimus: II, 10, 3 *iuuenioribus*, 13, 10 *uirtute*, III, 2, 1 *tanto opere*, V, 12, 3 *macarius*, VII, 27 *macarium* et *macario*, VIII, 19 tit. *obsederint*, VIII, 6 *malitiae*, VIII, 4, 1 *aspargine*, 30, 1 *magno opere*. codici *P* debentur III, 1, 1 *Sciti*, VIII, 4, 1 *accidentis*, *X*: I, 23, 4. VII, 32, 3. VIII, 6, 2 *isdem*, I, 17, 1 *reprobatio*, VIII, 23, 3 *moysaica*, VIII, 34, 9 *tua, tua*, *OPX*: VIII, 25 fin. *guttas*, *X*, 3, 2 *posset*, *OX*: III, 19 tit. *uoluntatis bonae*, 22 tit. *domini*, VII, 25, 1 *illos*, VIII, 22, 3 *poscet*, 24 fin. *incurret*, 30, 1 *obdurato*, *X*, 11, 5 *praecedemus*, *OP*: VIII, 21, 1 *posset*, editioni Romanae *X*, 10, 15 *euigilantis*.

Quaestione de codicum auctoritate absoluta paucis adhuc de locis aliquot disseramus, quo aut scriptura recepta defendatur aut coniecturae propositae ratio reddatur. I, 5, 4 *uacuos*] cf. Inst. X, 2, 1. Conl. III, 15, 3. — I, 5, 4 *ex his quae extrinsecus accedunt*: cf. Ind. s. u. *accedere* et *extrinsecus*. — I, 12 *certe (uel certe Xv)*: cf. XXII, 3, 2. — I, 17, 1 cum *X* scripsi *reprobatio* (scil. *cogitationum*) *uel electio*. agitur enim de cogitationibus in mentem recipiendis uel non recipiendis. cf. I, 18, 2 *quales uero uel amittere uel parare sibi debeat*. *X*, 13, 2 *nihil oportune recipiens uel dimittens* (sic recte *V*). XVI, 11, 1 *qui (sensus) nisi . . . diligenter excussi aut abiciantur aut recipiantur a nobis*. — II, 20 tit. *sustineretur*: cf. etiam XXIII, 7 tit. — III, 1, 1 uerba *ne . . . uexaretur* recte se habere puto et hanc esse sententiam: cum ecclesia a cella Pafnutii quinque milia passuum abesset, e cella ne ad uiciniora quidem loca umquam progrediebatur, ne scilicet, cum aetate iam esset confectus, die sabbati uel dominico ex praecedente itinerum labore ita lassitudine premeretur, ut ei ad ecclesiam ambulanti nimis dura esset profectio, utque secundum consuetudinem suam uas aquae semper posset de ecclesia domum portare. — II, 2, 1 *diutissime quaerebatur quaenam uirtus uel obseruantia monachum possit a diaboli laqueis ac deceptionibus custodire semper inlaesum*. ex codd. *possit* recepi, quia agitur de re semper et ubique necessaria. eadem de causa praesens tempus seruaui III, 7, 2: cf. VII, 3, 1, XVII, 24, 2. — II, 3, 2 *sublimissimae*

victoriae triumphum ut XVIII, 12, 2 *uiuacissimae impatientiae fomitem*. — II, 8, 2 *in quantis perniciosum sit discretionis gratiam non habere*. uulgo *in quantum*. at cf. Inst. X, 21, 1 *otiositatis uitium Salomon notat in multis dicens: qui sectatur otium, replebitur paupertate*. Conl. XXIII, 8, 5 *in hac regione quasi naturam patriae uestrae in multis impugnare conamini*. ergo *in quantis* idem est quod *in quam multis*. — II, 8, 2 *cum Moysi, patriarchis, prophetis* ut VI, 3, 1 *bonum, malum, medium*. — II, 9. *satis abundeque* etiam Inst. praef. §. 3 et Conl. XI, 5 legitur. — II, 13, 10 *opere ac uirtute*: cf. etiam XX, 7, 2 *uirtute animi atque opere proclamarit*. Inst. XII, 13 *re et opere ac uirtute spiritus*. — II, 13, 12 *qua*: cf. Ind. sub 'relatiui pronominis attractio'. — III, 8, 1 *propriae nostrae sunt*: cf. etiam III, 8 tit. *de propriis diuitiis* et 9, 2 *propriae diuitiae* (Prou. 13, 8). — III, 10, 2 *inuisibilibus* quod recepimus uerum esse cum totus tenor §§. 1—3 docet tum III, 6, 1 *secunda (abrenuntiatio) qua mores ac uitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus* et 8, 1 *festinare debemus, ut interior quoque noster homo uitiorum suorum diuitias abiciat*. — III, 11 tit. *carnis*: cf. cap. 11, 1. — III, 2 *ipsa quoque*: cf. II, 2, 3 *secedentes, priuationem quoque . . . sectantes*. III, 15, 1 *intellectum possidebat, notitiam quoque mandatorum dei*. plura exempla in indice collegimus. — III, 19, 1 *carnalibus* V recte, quia in loco scripturae sequitur pluralis numerus *estis carnales*. similiter cap. 10 loquitur Cassianus: *nonnumquam significat hominem integrum, . . . nonnumquam homines peccatores atque carnales*. — V, 11, 7 *quod non ut illa efferuens ad horam digeritur*, id est: tertium genus quod est μηρίς non ut illa priora, θυμός et ὄργη, subito efferuet citoque digeritur. de uerbo *efferuere* cf. Inst. VIII, 6 *iracundiae motus efferuens*. — VI, 1, 1 *Thecue*: cf. Amos 1, 1 ἐξ Θεκουέ, Ios. antiqu. VIII, 10, 1 Θεκωέ, Uulgata Amos 1, 1 *de Thecue*. — VII, 19, 2 *exerere impugnationes*: cf. VIII, 14, 1 *exerant principatus*. — VIII, 3, 3 *sanitatem* V recte: non enim agitur de sola saturitate, sed de cibis salubribus qui pascant ac nutriant. cf. §. 4 *ad salutarem interioris hominis cibum*. — VIII, 21, 7 *praestringendum*: cf. VIII, 1. XX, 1, 1.

Inst. II, 9, 1. III, 2. — VIII, 5, 2—4. Cassianus dum explicat locum euangelii Luc. 1, 34 quem cap. 4, 2 laudauit: *uidete ne quando grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis saecularibus*, docere nititur non solum crapulam et ebrietatem uini curasque quae uulgo saeculares putantur inter homines existere, sed aliam quoque crapulam, aliam ebrietatem, alias curas saeculares, non carnales scilicet sed spiritales. recte igitur se habet quod scripsimus §. 4 *quia omnino* et bene quae sequuntur cohaerent cum praecedentibus neque aptum est quod editio Romana exhibet (e coni. ut uidetur) *propter quae omnia* nec quod Hartelius proposuit *per quae omnia*, cum *per* uel *propter* neque ad locos scripturae praecedentes neque ad crapulam et ebrietatem et curas possit referri. sententiae omnino sufficerent quae X ex interpolatione exhibet *quae omnia docent quia*. quod autem orationis tenor compluribus sententiis interiectis interrumpitur, id ne mireris, conferas XIII, 6, 5 (ubi sententia interiecta similiter incipit: *de quibus et apostolus*), XIII, 17, 5 (*de quibus dicitur*), XX, 8, 6, XXI, 36, 2, XXIII, 3, 3, XXIII, 11, 3. 20, 3, Inst. II, 5, 1, III, 2. — VIII, 19 fin. *futuram* (scil. *mentem*) W recte. cf. initium capitis *petitio mentis purissimae aduenire iam iamque regnum sui patris exoptat*.

CAP. III. DE CODICIBUS SECUNDAE PARTIS CONLATIONUM.

1. Sessorianus LV saec. VII—VIII, forma minore, foliorum 200, foliis 89—129^a Cassiani Conlationes XI—XVII continet. in fol. 89^a praemissus est indiculus: *Haec insunt in hoc codice conlationes septem id est. abbatis chaeremonis de | perfectione eiusdem de castitate eiusdem de protectione dñi | abbatis * * ** (4—5 litterae erasae) *nestoritis de spiritali scientia eiusdem de carismatib' diuinis | abbatis ioseph de amicitia eiusdem de defniendo*. cf. Reifferscheid, BPLI I, p. 116. codex emendatissime scriptus et paucis tantum locis aut a prima manu aut

ab altera paene contemporanea correctus est. orthographiam diligenter enotaui, nisi quod *ae* pro *e* fere neglexi et de eis, quae passim occurrunt, ueluti *inmo*, *aliut*, *aliquit*, semel monere satis habui. usus sum apographo iam olim facto: nam ut mihi ipsi codicis copia fieret, cum autumno extremo anni 1883 Romae essem, non contigit. liber pretiosissimus accurate descriptus est apud Mignium, Patrolog. Lat. tom. XVIII, p. 91—92.

- II 2. Petropolitanus bibliothecae imperialis O. I, 4 saec. VII—VIII, forma octaua, fol. 120, scriptura merouingica exaratus. in parte interiore tegumenti, quod panno purpurato obductum est, haec leguntur: *Ce Manuscrit vient de la Célèbre et antique abbaye de Corbie et en dernier lieu de cette de S^t Germain de près* (sic). *il est du VII^{me} Siecle en Caracteres Merovingiens. Voyés le traité de Diplomatique tom. III, page 310 et tom. VI^e page 641. 2^{de} Colonne.* tum fol. 1^a a diuersis manibus scripta extant 1) indiculus a manu librarii ipsius praemissus: *Haec insunt in hoc codice conlationes septem | Id est abbatis chaeremonis de perfectione | eiusdem de castitatem | eiusdem de protectione dei | abbatis nesterotis de spiritali scientia | eiusdem de charismatib; diuinis | abbatis ioseph de amicitia | eiusdem definiendo* (sic). 2) possessorum notae a) *ex Libris Corbeiens abbatae Iohannis Cassiani Collationes* b) *N. 1294* (qui numerus ad catalogum bibliothecae monasterii Sangermanensis pertinuisse uidetur) c) *Ex Museo Petri Dubrowsky m. p. 1792* (haec etiam fol. 120^a leguntur). apparet ergo librum e monasterio sancti Germani furto uel rapina abductum posteaque cum multis aliis a Petro Dubrowsky emptum esse, e cuius museo in bibliothecam imperialem translatus est. apographon est codicis antiquissimi quidem ac mutili et cuius scriptura hic illic iam euanuerat,¹⁾ nequaquam tamen pretio et bonitate insignis, ut infra demonstrabitur. librum duo siue tres correctores emendare studuerunt, quorum unus librario ipsi contemporaneus, alter, qui atramento nigro utitur, recentior

¹⁾ Perierant archetypi folium unum Conl. XV, 3 et finis Conl. XVII, euanuerant uersus aliquot in Conl. XIII, cap. 11 et 12.

sed tamen saeculo decimo prior est. qui cum plerumque mendantur orthographica corrigant, grauiora uitia ex ingenio infeliciter attemptent, eos distinguere omnino inutile ratus siglo Π^2 complexus sum. ceterum quod ad orthographiam attinet Petropolitanus longe inferior est Sessoriano, neque id mirandum in libro Merouingorum tempore in Gallia scripto.

3. Sangallensis 576, saec. VIII, forma maxima, foliorum 79, binis columnis a diuersis manibus scriptus. folium primum praefationem et capitula Conlationis XI continens et folium ultimum desunt. Y

4. De O cf. p. XXXVIII. O

5. Vindobonensis Prosperi 397 saec. X, ad Conlationem XIII adhibitus, foliis 123—150 continet librum Prosperi cui inscribitur *Contra Collatorem* (i. e. Cassianum). fol. 1^a man. saec. XV: *Codex Monasterii sancti Iacobi ap̄ti p̄pe Moguñ ī mōte specioso*. fol. 123^a (rubr. litt.): *Incipit liber sc̄i prosperi pro predicatoribus gratiae dei contra librum cassiani p̄bri qui praenotatur de protectione dei*. fol. 150^a (rubr. litt.): *Explicit liber sc̄i prosperi contra librum abbatis quondam cassiani qui praenotatur de protectione dei. Siue aduersus dogma pelagii et caelestini nefandi dogmatis repertoires ac defensores et inimicos gratiae dei et dñi nr̄i ih̄u xp̄i* (fol. 150^b) *et in defensione romanorum episcoporum et sc̄i ep̄i augustini asserens ueritatem de libris eius contra supradictos hereticos dō gratias. añ.* eis quae e Cassiani Conlatione citantur in margine rubris litteris adscribi solet *Cassiani*. codex quamquam non emendate scriptus tamen ad diiudicandas librorum Cassiani lectiones in Conlatione XIII haud raro utilis fuit. ceterum iam hoc loco monitum esse uelim aut Prosperum ipsum Cassiani uerba non semper integra repetiisse aut libros eius manu scriptos, e quibus editiones uulgatae (*Pr.*) fluxerunt, satis corruptos esse, cum $\Sigma\Pi\Upsilon\Theta$ aliquot locis contra $\varphi Pr.$ consentiant. Pr.

Libri $\Sigma\Pi\Upsilon\Theta$ bonitate ita inter se differunt, ut Σ longe sit optimus, proxime accedat Π , quamuis in eo recensiois arbitariae uestigia manifesta appareant, consensus $\Sigma\Pi$ fere semper optimae fidei sit, $\Upsilon\Theta$ textum plus minus corruptum exhibeant. quae cum de $\Sigma\Pi\Upsilon$ in dissertatione cui inscribitur *Ueber die*

textkritischen Grundlagen im zweiten Theile von Cassians Conlationes, Sitzungsber. der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, 1883, tom. CIII, p. 491—519 exemplis sane multis conprobauerim, iam nihil restat nisi ut omissis eis reliqua, de quibus etiamnum dubitatio oriri possit, quam breuissime expediam. ac primum de eis locis disseram, quos in dissertatione p. 518 tetigi, cum illis iam non Σ lacunosum, sed *IIYO* interpolatos esse mihi persuasum sit. p. 319, 4 edit. meae uerba *fac me sicut unum de mercennariis tuis* recte ab Σ omissa esse sententia capitis 7 §§. 1—3 manifeste probatur. p. 369, 13 me uerba *qui enim . . . 15 uelle pro omnibus ex IIYO* recepisse nunc paenitet. prorsus enim inutilia sunt, immo tenorem sententiae male interrumpunt. propositum dei est, inquit Cassianus, ut homo in perpetuum uiuat: quamobrem uel minimam bonae uoluntatis scintillam in nobis exsuscitat ac fouet uolens omnes homines saluos fieri et rel. quod postquam conpluribus scripturae locis adlatis probare studuit, quibus omnibus expressum est nolle deum hominem perire, recte illis locis adiungit conclusionem: *ergo quicumque pereunt, contra illius pereunt uoluntatem.* porro p. 385, 26 uerba *alioquin dixisset* et rel. manifestum interpolationis signum prae se ferunt, cum in *II* ea quibus rei cardo uertitur *alioquin dixisset* desint. locum qui est p. 394, 1 iam in adnotatione satis inlustrauit. p. 396, 7 praeter Σ etiam *Y* uerba interpolata omittit, *IO* non consonant, quoniam in altero *cum*, in altero et in *v cui* legitur: plane similis est locus p. 473, 20. — p. 408, 14 *hic* ad sequens *ut* referendum est: sic omnia recte se habent. — hactenus de interpolationibus, quas *IIYO* (*IO*) communes habent. uerum in codicibus recentioribus et praecipue in *O* aliae multae occurrunt, quae in editionibus partim desunt partim leguntur. sic p. 441, 8 in *YO* intrusa extant uerba *et ut ita dicam ipsum tolerari non tolerant*, quae editor Romanus in suis libris inuenta receperat, Cuyckius in suis, qui e familia codicis *II* fluxerunt, non legerat: cf. 484, 26. in eadem Conlatione inter alia quae omitenda putamus *Y* cap. 27, p. 461, 18 post *conflagret* haec exhibet: *mobilitate uigeat uires prolata ministret (uires . . . ministret* in marg. m. 2) *sensibus angustis ira^z m. 2 inin*

teritus et inexpiabile crimen corda calefaciens pigra et in caritate frigentia (fere eadem in *O* leguntur): cf. etiam p. 468, 3. 496, 17. maxime uero *O* et in XVI. et in XVII. Conlacione interpolatus est. nam Conl. XVII, 9, p. 470, 23 post *immersit* inlata habet *nec non et iudas pertinaciam retinens suae sponsonis perpetua morte damnatur* et rel. quae apud Mignium p. 1054 A usque ad uerba *laudabiliter emendauit* sequuntur, quibus adiuncta sunt uerba *primum etenim* usque ad finem capitis (Migne p. 1055 A—B). porro in fine capitis 14, p. 474, 15 post *maturius adquiratur* sequitur longa illa interpolatio ab editoribus recepta (Migne p. 1060—1061): cf. etiam fin. cap. 30, p. 500, 1. p. 406, 21. 474, 20. 484, 25. 495, 22. uerum praeter haec, quae etiam in editionibus paulum inmutata leguntur, Conlatio XVII in *O* innumeris paene locis foedissima interpolatione deprauata est. talia autem additamenta siue a librariis siue a lectoribus ideo fere omnia adiecta esse, ut Cassiani doctrina dogmati catholico repugnans in melius emendaretur et ita monachis legentibus opus alioquin utile sine offensa esset, cum per se pateat, tum in dissertatione quam supra commemorauimus multis argumentis demonstratum est.

Longe aliter ac de manifestissima interpolatione, quae in *IIYO* grassata est, de additamentis quibusdam in Σ occurrentibus iudicandum erit. sic p. 466, 18 *reditu repromisso [huc]* id quod additum est *huc* insulsa interpretatio eius esse uidetur, qui non intellexit Cassianum de reditu in Palaestinam, non de reditu in Aegyptum loqui. p. 484, 15 *quis [enim] inquit* fortasse recte se habet *enim*, quamquam hodie in loco scripturae sacrae τὸ ἀσθενεῖ legitur. reliquis locis omnibus prae cuiusdam dittographiae genus facile perspicitur, quo siue librarius codicis Σ siue archetypi eius scriptor peccauit. nam ut a minutissimis incipiamus, quomodo aliter explicari possunt menda qualia sunt p. 336, 20 *corrupta e[st] tantummodo* pro *corruptae tantummodo*, 345, 26 *cum m memoriam*, 365, 17 *summam [eas] castimoniæ*, 377, 6 *fratribus [ut]?* ut his locis singulae litterae uel syllabae, ita aliis unum seu plura uerba male repetuntur, repetita nonnumquam mutantur. p. 349, 9 *qualis in die [talis in die] talis in lecto*. 416, 15 *faciet [a*

L

te] dominus auolare a te. 423, 9 pecuniam ergo suam erogat, ubi librarius litteras erog oculis praecipiens ergo somnolentus induxit. 423, 11 enim [in] pecuniam. 473, 13 uel remuneratur hominem [uel condemnator] uel condemnat. 497, 6 mollitos et [ut] intercedente. 498, 23 esse [non ambisse] non ambigas, ubi somnians ad similitudinem terminationis esse pro non ambigas primum intulit non ambisse et deinde errore non animaduerso, quasi solum esse scripsisset, archetypi uerba continuauit. contra p. 352, 22 a castitatis ad pace uocabuli terminationem aberrans castitate (omisso pace) scripsit.

Non maioris momenti cetera uitia sunt quae in Σ extant. commutantur inter se singulae litterae uel terminationes, ueluti o — a, u — a, i — e, u — o, um — o, mur — tur (339, 1), b — u, syllabae et uocabula ut quo — quod, dñs — dñ (334, 2. 373, 23. 402, 11. 483, 15), prae — pro (345, 20. 381, 17), per — prae (390, 3. 473, 3), per — pro (446, 9), ego — ergo (348, 19), quare — quae (313, 16. 361, 7), eum — enim (385, 9), haec — ex — et (376, 2. 431, 19), caritas — castitas (397, 12), aemulatio — emundatio (389, 23. 405, 8), isrl̄ — hr̄lm̄ (371, 8. 426, 28), inuitata — inmutata (340, 21), peruenisse statum — perueniens statum (349, 8), oblectatione — oblectatio (359, 8), tam — tamen (tam̄: 367, 9), testat — testante (370, 9), documentum — docentum (407, 23), singularis — salutaris (422, 24), deceptio — depectio (439, 20). accedit quod librarius aliquotiens ad terminationem proximi uocabuli aberrauit. cf. p. 337, 9 possessorum agrorum, 339, 20 longi obsceni, 345, 21 maturitas castitas, 368, 12 locis uel temporis, 374, 12 omnia custodia, 420, 4 ore enim peccatore, 425, 8 quos quis, 436, 19 altissime potentiae. — quod ad uerborum collocationem adtinet, haec in Σ uitiosa reperiuntur: p. 358, 8 siue trium, 381, 3 semper liberum arbitrium (liberum semper arbitrium recte ut 385, 2 suis mecum uiribus: Cassianus enim substantiuum et attributum separare amat), 382, 12 ut et (contra 433, 19 et ut), 384, 11 ego autem (ubi librarius uersionis uulgatae memor errauit: similiter 406, 2), 423, 26 saluos uult (cf. Conl. VIII, 20, 2), 425, 8 (?), 432, 8, 440, 24 (?), 444, 22 (?), 472, 4 ei erat (cf. Conl. VI, 3, 4). poteram locis quibus interrogationis signum adieci etiam ordinem in Σ tra-

ditum seruare. nam etiamnum dubito num p. 381, 12 recte receperim *inde est quod etiam Corinthiis* pro eis quae in Σ extant *inde est etiam quod* (cf. 387, 3. 460, 12) et aliis locis satis multis nulla omnino causa fuit cur ordinem ab Σ seruatum minoris ducerem quam consensum reliquorum. itaque p. 354, 21 scripsi *ad tantam uiderit transisse lenitatem*, 355, 16 *una cum patre filius operari protestatur*, 388, 14 *diu paruulum sinu gestat*, 399, 20 *iam non*, 442, 19 *regulam eius uobis*, 452, 21 *nos patientes esse*, 455, 2 *uim huius doloris per prophetam*, 477, 14 *sancti spiritus*: cf. quae ad p. 427, 22 et 435, 15 adnotaui. — saepe unum seu duo uerba librarii negligentia omissa sunt. singula uocabula desunt p. 322, 15 *et* (item 418, 16), 324, 16 *in* (item 373, 20. 348, 28 = O), 325, 7 *quae*, 328, 2 *iam*, 334, 21 *ut* (item 345, 13), 339, 15 *se* (item 486, 21), 355, 15 *sui* (item 400, 24), 363, 20 *non* (= Y), 378, 10 *est*, 382, 18 *dñs*, 387, 21 *deus* (= Y'), 404, 3 *paucis*, 412, 17 *colle*, 418, 3 *e*, 419, 26 *quempiam*, 429, 4 *ad*, 433, 15 *a*, 447, 2 *fraudulenter*, 454, 4 *frater*, 461, 11 *autem*. duo uocabula omittuntur p. 381, 20 *cordis tui*, 459, 3 *ab altero*. plura bis tantum propter ἐμοιοτέλευτον intereiderunt: p. 379, 15 *uidebitis et non*, 483, 7 *et inpende in illis*.

Sed haec omnia quae enumerauimus leuia sunt neque quicquam pretii codici praestantissimo detrahunt, si eis longam locorum seriem opponimus, quibus Sessorianus solus omnium ueram lectionem seruauit. saepe lectio codicis Σ etiam consensu libri Y uel O uel utriusque confirmatur. cum autem de Y iam in dissertatione quam dixi tractauerim, restat ut locos indicem quibus Parisinus Sessoriano suffragatur: p. 323, 9 *merebimur*, 328, 28 *euacuatur*, 329, 5 *frater fratrem*, 336, 27 *nisi*, 348, 18 *apertissimi*, 373, 7 *cor unum*, 377, 23 *tuae om.*, 384, 4 *retributionis*, 402, 21 *abba*, 405, 6 *quoniam*, 422, 15 *dices*, 429, 4 *abducere*, 445, 27 *unianimos*, 482, 16 *qua*, 484, 3 *sumus*. — φ cum Σ p. 373, 21 consentit.

Iam uero ad librum Petropolitanum transeamus, qui quantuli pretii sit inde licet metiri, quod solus omnium rarissime uerum exhibet, ut p. 414, 4 *accedit*, 415, 25 *indicta*, 482, 13 *queret*.

scatet autem mendis omnium generum peculiareque habet interpolationes, lacunas, lectiones falsas. et interpolati quidem sunt loci 339, 6 *sanctae caritatis* pro *pulchrae mulieris*, 375, 21 *enim* [*inquit*], 377, 18 *horum* [*ex his*] *homini* (*ex his* explicatio genetivi *horum* esse uidetur), 428, 3 *hominum* [*loquar*]. sane magnus est lacunarum numerus. unum uocabulum deest p. 322, 4 *nec*, 332, 6 *ac* (item 357, 13), 333, 11 *de*, 333, 20 *non*, 335, 1 *senserit*, 340, 15 *suae*, 348, 5 *suas*, 356, 28 *ita*, 359, 4 *bonum*, 359, 12 *ullo*, 377, 15 *ergo*, 379, 19 *suis*, 379, 23 *eos*, 387, 23 *id*, 388, 10 *et* (item 421, 3), 400, 26 *in* (item 409, 9), 402, 14 *namque*, 404, 21 *autem*, 431, 2 *iam*, 432, 24 *enim*, 439, 21 *uel*, 443, 3 *ut*, 450, 1 *gratia*, 451, 6 *ait*, 456, 21 *nos*, 467, 15 *dñs*, 467, 26 *sibi*, 467, 28 *cum*, 473, 15 *inuicem*, 474, 21 *licito*, 482, 22 *eum*, 491, 3 *uos*. duo uocabula desunt p. 312, 11 *ut arbitror*, 352, 13 *et cordis*, 371, 17 *ac despici*, 422, 7 *et in*, 475, 18 *ad peccandum*, 489, 20 *apud deum*. tria: p. 336, 20 *uoluntatis est aegritudo*, 359, 18 *distat et hominem* (propter ἐμοικτέλευτον), 400, 15 *atque animae passiones*. quattuor: p. 358, 9 *spatio terminarit nec tamen*, 422, 9 *sanctum canibus neque miseritis* (propter ἐμοικτ.), 466, 28 *ab indignis et increduli* (propter ὁμοικτ.). quinque: p. 428, 9 *alii fides alii gratia sanitatum*. notandum autem harum lacunarum partem haud exiguam etiam in *v* extare: quod magis etiam in lectiones peculiare cadit quas II exhibet. quamobrem locis huc pertinentibus consensum editionum *c r (v)* adscribam. p. 320, 27 *et (c)*, 322, 4 *contendit (v)*, 325, 3 *quod (v)*, 326, 6 *est (v)*, 342, 7 *edocet (v)*, 344, 8 *ergo (v)*, 345, 2 *super* (Uulgata), 346, 14 *enim*, 353, 9 *prius (c)*, 356, 4 *ignotos (c, et r in margine)*, 362, 24 *mouerit (c)*, 363, 19 *frequenter (c)*, 370, 11 *nobis (c)*, 370, 25 *uiam (v et Uulgata)*, 384, 5 *inminuit (c)*, 388, 1 *aduersum (v)*, 392, 5 *autem (v)*, 399, 27 *nisus (v)*, 405, 15 *quadrifariam (v)*, 411, 4 *tamen*, 421, 12 *in qua (v)*, 421, 19 *uiuam (c)*, 426, 7 *curationum (v)*, 426, 27 *illorum (v)*, 434, 15 *cohibere (v)*, 440, 20 *contractusque (v)*, 446, 3 *protegit (c)*, 450, 17 *cordis (v)*, 454, 6 *inridebit (c)*, 459, 5 *praeualet (c)*, 488, 22 *examinatione (v)*, 489, 24 *mulieris (c)*. rarius uocabula transposita sunt, ueluti p. 351, 4

semper esse, 384, 25 *colit iob (c)*, 391, 7 *interdum humanae (c)*, 431, 6 *copia lactis (v)*, 481, 30 *ipse sub lege non essem (v)*. apparet ergo Petropolitanum, quippe e quo multae lectiones malae et quae in nullo reliquorum codicum extant in editiones transierunt, auctoritate et bonitate cum Σ nequaquam esse comparandum.

Codicum YO, ne longus sim, hoc loco tantum illas lectiones commemorabo quas ex eis contra auctoritatem Σ II recepi. Y solus uerum exhibet p. 345, 5 *quos licet*, 357, 7 *accedentium*, 364, 4 *boum*. O p. 356, 4 *inspirati*, 439, 20 *depectio*. YO p. 338, 13 *neque ebriosi*, 401, 26 *gratiam*, 441, 13 *causas*.

Postremo da paucis locis, quos aut in dissertatione non tetigi aut postea aliis similibus conprobare et quasi noua luce illustrare contigit, disserendum est. XI, 4, 3 Σ secutus scripsi: *nullum iuniorum mihi in hanc usque aetatem cohabitare permisi, ne exemplo meo alterius districtio relaxetur (laxaretur IIYOv)*, praesens tempus aptius esse ratus, quia Archebius de re loquitur quam etiamtum se obseruasse et post obseruaturum esse intellegi uult. — XI, 8, 5: *illi (i. e. conscientiae) potissimum studere contendet, quam nec circumueniri nec falli nec subterfugere se posse cognoscit*. cf. XX, 5, 3 *uerissimus quidam examinator paenitentiae et index indulgentiae in conscientia residet nostra*. XXI, 22, 2 *residet in conscientia nostra incorruptus quidam ac uerus iudex, qui nonnumquam super statu puritatis nostrae cunctis errantibus solus ipse non fallitur*. — XII, 5, 4 *percipiet*: cf. 13, 1 *uim laetitiae percipere*. XVIII, 13, 1 *argumenta percepimus*. de uerbi *percipere* iteratione cf. Index 'locutiones mirae.' — XIII, 3, 1 *perficere*, quod ex Σ recepi, uerum esse etiam e titule capitis *nilhil boni perfici* apparet. — XIII, 10, 3 *indicat*] cf. 14, 8 *illud* (respicit locum apostoli antecedentem) *enim indicat humani arbitrii facultatem*. — XIII, 16, 9 fin.: *tibi*, quod a loco scripturae abest, non ex interpolatione in Σ additum, sed ab ipso auctore scriptum esse praeter ea argumenta, quae in dissertatione p. 499 protuli, simili quoque loco XII, 6, 3 conuincitur, ubi uerbis e psalmo 45, 10 depromptis *auferat bella usque ad fines terrae* interpretationis gratia additur *eius*. — XV, 10, 2 coniectura mea *pertransiturus ille ignis inextinguibilis et*

inquisitor meritorum omnium plane conprobatur eis quae Conl. VI, 11, 2 leguntur: *nihil in eis residere permittens quod scrutans post haec iudicii ignis poenali cruciatu expurgaturus inueniat.* — *ibid.* p. 435, 25 *ignis iste terrenus recte e HYO recepi:* cf. p. 436, 1 *ignem istum materiale,* Claudian. Mamert. ed. Engelbrecht p. 48, 18 *ignis iste terrenus.* — XVII, 21, 3 *quid si]* cf. §. 1 *quid quaeso faciendum est,* 25, 4 *quid Salomon?* — XVII, 24, 2 *ea quae audientes aedificare potuerunt incongrua taciturnitate contegere.* perfectum tempus, quod ex ΣO recepi (*potuerant HYv*), recte se habere demonstratur duobus locis similibus Conl. II, 13, 3 *etiam illos, qui ad uiam perfectionis uel suis uel aliorum potuerunt monitis incitari, subuertere . . festinat,* XXIII, 8, 2 *haec indubitata primaeuo potuerunt inferre perniciem, nisi congrua adulescentiae suae armorum genera delegisset.*

CAP. V. DE CODICIBUS TERTIAE PARTIS CONLATIONUM.

- B* 1. Codex olim Benedictoburanus, nunc Monacensis 4549, saec. VIII—VIII, forma maiore, fol. 141, binis columnis scriptus. interiit initium usque ad Conl. XVIII, 7, 2 *Sapphiram apostolica*, quod foliis 2—6 a manu saeculi XI suppletum est, et finis Conl. XXIII inde a capite 26, 4 *[ad]fectu atque uirtute*, post a manu saeculi XV additus. scriptura est aevi Carolingorum incipientis, orthographia satis bona, nisi quod saepe *e* pro *ae*, *t* pro *c* ponitur. correctus est ab altera manu, quae raro uerum inuenit, saepius uerba temere mutauit. codicem pretiosissimum summa liberalitate eorum, qui bibliothecae regiae Monacensi praesunt, bis excutere licuit.
- F* 2. Codex quondam Frisingensis 143, nunc Monacensis 6343, saec. VIII, forma quadrata, fol. 131, scriptura nitida diligenter exaratus, integer est, nisi quod librarius in Conl. XXIII, 26, 14 post uerba *senioris reguntur imperio* scribendi finem fecit, non membranae inopia coactus, sed sine dubio quia extrema


pars huius Conlationis in archetypo interciderat. manus secunda plerumque leuiores tantum errores correxit.

BF tam arte inter se cohaerent, ut unum idemque exemplar archetypum eis repraesentari certissimum sit. atque consensus innumeris locis confirmatus primo aspectu tantus ac talis est, ut *F* e *B* fluxisse possit uideri. quod ne praepropere quasi uerum et exploratum esse a quoquam contendatur, aliquot locos quibus talis opinio refutetur hic adscribo.

F	B
p. 541, 6 <i>mentis</i>	deest
„ 552, 2 <i>ad</i>	deest
„ 562, 6 <i>quoque cordis</i> . . .	<i>cordis quoque</i>
„ 565, 15 <i>noxium sanguinem</i>	<i>sanguinem noxium</i>
„ 566, 10 <i>boni odoris</i>	<i>odoris boni</i>
„ 580, 12 <i>lex retentat</i>	<i>retentat lex</i>
„ 595, 27 <i>in</i>	deest
„ 606, 18 <i>uidetur obscura</i> . .	<i>obscura uidetur</i>
„ 607, 8 <i>consequenter</i>	<i>sequenter</i>
„ 609, 12 <i>enim</i>	deest
„ 611, 18 <i>ipsa</i>	deest
„ 620, 16 <i>panem</i>	deest
„ 632, 19 <i>a sua non disces-</i> <i>sisse</i>	<i>non discessisse a sua</i>
„ 633, 27 <i>desinit post ruinam</i>	<i>post ruinam desinit</i>
„ 665, 19 <i>iniquitates atque</i> <i>peccata</i>	<i>peccata adque iniquitates</i>
„ 682, 19 <i>perferunt tegumento</i>	<i>tegumento perferunt</i>
„ 683, 22 <i>ante</i>	deest
„ 694, 13 <i>in eo esse uitiatum</i>	<i>esse uitiatum in eo</i>
„ — 15 <i>non</i>	deest
„ 699, 21 <i>senioris praeceptum</i>	<i>praeceptum senioris</i>
„ — 22 <i>propriam uolunta-</i> <i>tem</i>	<i>uoluntatem propriam</i>
„ 703, 13 <i>omnem</i>	deest

Plures quidem locos adferre poteram quibus uerba in *F* aliter collocata sunt atque in *B*. at, dicet aliquis, e uocabulorum

ordine inmutato nequaquam conprobari potest *F* non ex *B* descriptum esse. concederem, nisi *F* his et aliis locis scripturam ueram ceterorum librorum consensu confirmatam, *B* falsam exhiberet. qua re manifeste probatur librarium codicis *B*, utpote indiligentiorum, ordinem uerborum in archetypo inuentum haud raro ex arbitrio mutasse, librarium *F* uero scripturam traditam religiosius seruasse. quod autem ad uocabula adtinet in *F* seruata, omissa in *B*, illa librarium *F* neque ex suo ingenio addere potuisse neque ex altero quopiam exemplari recepisse, sed in archetypo tradita repperisse equidem contendam. accedit quod in *B* siue *B*¹ multae lectiones occurrunt dissentientes quidem a reliquorum omnium librorum scriptura, nihilominus tamen genuinae: quas qua causa ductus librarius *F* negligere maluerit quam recipere, si codicem *B* describebat, nullo modo poterit intellegi. itaque cum satis certum sit *F* non e *B* esse descriptum, nihil iam relinquitur nisi ut statuamus utrumque codicem ad idem exemplar archetypum referendum esse, ita tamen, ut *B* ex illo ipso a librario indiligentiore descriptus sit, *F* ex altero eiusdem archetypi apographo fluxerit.



O 3. De codice Parisiensi cf. p. XXXIII.

R 4. Uaticanus bibliothecae reginae Sueciae 140 saec. VIII—X fol. 3—26 Conl. XVIII et XVIII usque ad cap. 11 fin. *tranquillitatem nos mentis immobilem* continet. fol. 3^a hic indiculus legitur: *In nomine sanctae trinitatis hae sunt in hoc codice collationes septem id est abbatis piamon de tribus generibus monachorum abbatis iohannis de fine coenobitae et heremitae. Abbatis penuphii de penitentiae fine et satisfactionis indicio Abbatis theone de remissione quinquagensimae. eiusdem de nocturnis illusionibus. eiusdem de anamarteto. Abbatis habraham de mortificatione.* codex uitiose et neglegenter scriptus est neque iactura maioris eius partis multum dolenda.

5. Codex quondam Augiae maioris (Reichenau) nunc Caroli- K
 ruhensis XCII, saec. VIII, formae maioris, fol. 87, binis co-
 lumnis exaratus. folium ultimum ita transpositum est, ut nunc
 sit nonum. codex satis diligenter scriptus et ab altera manu
 paulo recentiore passim correctus in Conl. XXIII, 24, 2 uerbis
uinculis inretitos saecularium desinit. fol. 1^a extat titulus: *Hoc*
opusculo continentur conlationes .VII. quae et nouissimae a
cassiano editae diuersorum confabulatione patrum elimatae.

6. Sangallensis 575 saec. VIII, forma maiore, fol. 86, binis Z
 columnis a pluribus manibus exaratus, iam saec. XV ita mutilus
 erat ut hodie est. desunt in initio quaternio integer et
 folium unum usque ad Conl. XVIII, 13, 3 *fundata nihil*
peni, quaternio unus in Conl. XXI (cap. 4 fin. *in euangelio*
 usque ad cap. 14, 5 *pronuntiat*), folium unum in Conl. XXIII
 (cap. 17, 3 *mihi quia uir pollutus* usque ad §. 8 fin. *fra-*
gilitatis humanae), quaternio unus in Conl. XXIII—XXIII
 (inde a XXIII, 19, 2 *tatem tanto se inmundiorem* usque ad
 XXIII, 9, 3 *bouem tuum non patitur*), folium unum in
 Conl. XXIII (cap. 13, 4 *multorum necessitate* usque ad 15, 3
id est irascibile), duo fol. cap. 23, 1 *non solum nihil* usque
 ad 24, 6 *tritae sunt et ita*. liber diligenter scriptus raroque
 ab altera manu correctus est.

KZ apographa eiusdem archetypi esse miro qui inter eos β
 intercedit consensu euincitur. neque enim crediderim Z flu-
 xisse e K, qui omnino melior est: in quam rem me accuratius
 inquirere noluisse aperte profiteor, cum mihi persuasum fuerit
 id inutile et sine ullo emolumento futurum fuisse. ad familiam
 KZ etiam Parisinus N. A. L. 332 (= Cluniensis 73) saec. VIII
 pertinet. quem ideo conferre nolui, quia Georgius Schepss per
 litteras me certiore fecit in eo plane easdem interpolationes
 apparere quas libri deteriores p. 526, 15. 534, 22. 535, 29. 551, 16.
 694, 2 exhibent. ceterum ne his quidem locis quamquam inter-
 polatis cod. Parisinus lectionum integritate Caroliruhensem et
 Sangallensem aequat.

Librorum quos ad ultimam Conlationum partem recensendam
 adhibuimus duae sunt familiae ita distinctae, ut ad alteram
 pertineant BF et ex parte O(O')R, in quibus tamen alterius

recensionis haud pauca uestigia sunt, ad alteram *KZ* et *O*², id est corrector qui hanc codicis partem ad exemplar quoppiam familiae deterioris conformandam suscepit. harum familiarum diuersitas etiam in editionibus conspicitur. nam cum Cuyckio tantum libri recensionis *O*²*KZ* praesto fuerint, in editione Romana, quamquam magna ex parte cum Cuyckii recensione congruit, tamen etiam meliorum librorum scripturae multae receptae sunt. utriusque autem familiae lectiones tot locis tantopere discedunt, ut, nisi alterius textum genuinum et a Cassiano ipso profectum, alterius consulto interpolatum esse pro certo confirmetur, omnis ratio artis criticae labefactata uacillet. seligendis enim pro singulis locis scripturis hic nihil efficitur, cum interpolatoris sedulitas rem tam artificiose egerit, ut, si eius recensio sola hodie superesset aut unusquisque locus ipse per se tantum consideraretur, nihil omnino offensionis in uerbis eius tam callide compositis inueniretur. alia igitur artis criticae uia in hac parte ingredienda est, ut, utri familiae per totum opus maior fides debeatur, quam certissimis fieri potest argumentis accurate cognoscamus.

Itaque ut ab eis quae momenti grauissimi sunt incipiamus, aliquot loci longiores in *BF(O)* multo aliter atque in *KZ(O)* comparati sunt. dicit Cassianus Conl. XVIII, 1 se conuentus cuiusdam monachorum ideo mentionem fecisse, ut patientiam cuiusdam fratris, quae immobili eius claruit lenitate, breuiter perstringeret. res autem ipsa in codicibus ita diuerse narrata est, ut in altera parte stent *BF(O)R*, in altera *KZ(O)*. sufficiet tamen uerba codicum *BOK* inter se comparata ponere.

Conl. XVIII, 1, 2 p. 534, 20.

B	O	K
<i>In ingenti itaque atrio subdiuali illa monachorum multitudine per duodennarium numerum distinctis orbibus consistente cum qui-</i>	<i>Ingentibus itaque atrio subdiuali illa monachorum multitudine per duodennarium numerum distinctis ordinibus (= v) consistente</i>	<i>In ingenti itaque ... numerum (numero manu 1) distinctis orbibus consistente cum... intulisset, sub occasione istius tarditatis</i>

B

dam fratrum susceptum ferculum paulo tardius intulisset, uidens hoc praedictus abba Paulus, qui inter turbas ministrantium fratrum sollicite discurrebat, exerta manu alapa eum sub omnium percussit intuitu, ita ut inlisa e sonitus palmae etiam auersorum uel longius considenti-um auribus resultaret. sed id memorabilis patientiae iuuenis tanta animi lenitate suscepit, ut non modo nullus fuerit ex ore eius sermo prolapsus uel tenuissimum murmur tacita labiorum agitatione signatum, sed ne ipsa quidem oris modestia ac tranquillitas aut color saltem quantulumcumque mutatus.

O

cum . . . intulisset, sub occasione istius tarditatis (sub . . . tarditatis in marg. man. 2) uidens hoc praedictus abba Paulus, qui . . . discurrebat, exerta manū alapa eum . . . intuitu, ita ut inlisa sonitus palmae etiam . . . resultaret. hoc autem idcirco ab eo (ab eo in marg. man. 2) factum est, ut cunctis qui aderant iubenis patientiam patefaceret et omnes qui interfuissent tali speculo modestiae erudientur (sic!) exemplo. quam maturo autem id senior fecerit consilio, reprobant. sed hi memorabilis patientiae iubenis tanta id (id supra lin. man. 2) animi lenitate suscepit, ut . . . modestia hac tranquillitas et rel.

K

praedictus abba Paulus, qui . . . discurrebat. exerta manu palma eum . . . intuitu, ita ut sonitus etiam . . . resultaret. hoc autem idcirco ab eo factum est, ut . . . patefaceret et omnes qui interfuissent tali speculo modestiae erudirentur exemplo. quam maturo . . . fecerit consilio, res probauit. nam memorabilis patientiae iuuenis tanta id animi lenitate suscepit, ut . . . modestia atque tranquillitas et rel.

Iam, credo, dubium esse non potest, utra lectio uera sit. Cassianus nihil uult nisi insigne patientiae ac lenitatis exem-

plum proferre idque narratione simplici exponit, interpolator abbatis iracundiam nititur excusare, immo factum eius minime laudandum tamquam rem consilio et ratione actam probare. id uero a Cassiani consuetudine prorsus abhorret, qui uirorum etiam sanctissimorum errores ac uitia nusquam obtegere conatur: cf. I, 21. VII, 26. 27. X, 3. contra monachis mediæ æuæ abbatis Pauli animum in iram præcipitem magnæ offensionis fuisse patet. ne igitur homo sanctus tam grauius peccasse uideretur, intrusa et interpolata sunt ea quæ in *O* rudi adhuc opere coagmentata, in *Kv* autem composita et expolita leguntur.

Iam ceteris huiusmodi locis sufficiet ea tantum proponere, quæ in *O(O²)KZ* interpolata sunt, cum textum genuinum nostra editio exhibeat. corruptissime in *Oβ* traditus est locus XVIII, 16, 3 *sane perfectis* et rel.

O

Sane perfectissimis quibusque summo et affectu iam castimonie consummatis probationes quibus examinare se ualeant desse non possunt, quibus perfecta eorum cordis integritas incorrupto conscientie suae iudicio comprobetur. erit ergo consummato dumtaxat uiro similis etiam super hac passione probatio, scilicet ut qui se radices morbi huius penitus iam (iam supra lin. man. 2) extirpasse cognoverit, explorandae si uolet (si uolet supra lin. man. 2) gratia castitatis imaginationem aliquam inlecebrosa mente concipiat ceterum ab his qui aduic infirmi sunt hanc exami-

KZv

Sane perfectissimis quibusque et summo affectu iam (iam affectu v) castimonie consummatis probationes quibus examinare se ualeant desse non possunt, quibus perfectissima cordis integritas incorrupto conscientie iudicio comprobetur. erit ergo consummatissimo uiro similis his quæ supra dicta sunt (his . . . sunt om. r) etiam super hac passione probatio sui (sui supra lin. K: om. r), scilicet (om. r) ut qui se radices morbi huius penitus iam (iam penitus r) extirpasse cognouerit, explorandae si uolet gratia castitatis interdum etiam aliquam exploratricem sui

O

nationem nullatenus conuenit adtemtari (erit enim eis magis pernicioſa quam utilis), ut coniunctionem femineam et palpationem quodammodo teneram atque molliſſimam corde pertractent. erit enim eis noxiã quam ſalubris. quod enim experimentum huiuscemodi hominibus potest in hac ratione ſubpetere, ubi et in experimento ipſut est quod uitatur et in ipſa exploratione diſcrimen (quod enim . . . diſcrimen in marg. man. 2)? quum ergo perfecta quis uirtute fundatus ad inlecebram blandiſſimorum tactuum quos cogitando confinxerit nullum mentis adſenſum, nullam commotionem carnis in ſe deprehenderit excitatam, certiffima puritatis ſuae capiet documenta, ita ut ad hanc ſe firmitatem puritatis exercens caſtitalis atque incorruptionis bonum non ſolum mente poſſideat, ſed etiam ſi corporalem feminae adtactum cauſa cuiuſcumque ut ſolent quod experimentum huiuscemodi hominibus potest in hac ratione ſubpetere, ubi et in (uerba punctis deleta man. 2 in raſura ſcripſit: quae

KZv

imaginationem (imaginationem K¹c) poſſit admittere. ceterum ab his qui adhuc minus firmi (infirmi r) atque perfecti (atque perf. om. r) ſunt hanc examinationem nullatenus conuenit uſurpari, ut coniunctionem femineam et palpationem quodammodo teneram ac (atque v) mollem corde pertractent. erit enim eis magis noxia quam ſalubris. quod enim experimentum huiuscemodi hominibus potest in hac ratione ſubpetere, ubi et in experimento ipſum est quod uitatur et in ipſa exploratione diſcrimen? cum ergo perfectiſſima quis uirtute fundatus ad inlecebram blandientium cogitationum nullum mentis adſenſum, nullam commotionem carnis (carnis commot. c) in ſe deprehenderit excitari, certiffima puritatis ſuae capiet documenta, ita ut ad hanc ſe firmitatem puritatis exercens caſtitalis atque incorruptionis bonum non ſolum mente poſſideat, ſed etiam ſi corporalem feminae adtactum cauſa cuiuſcumque, ut ſolet, neceſſitalis adtulerit, paſſionis ſenſum penitus (pen. ſenſ. paſſ. v) ignoret. hoc abbas et rel.

sequuntur, a man. 1 sunt) *experimentum ipsuht est quod uitatur et in ipsa exploratione discrimen necessitas ulla detulerit passionis sensum penitus ignorabit excretur. hoc abbas iohannes et rel.*

Ecce iterum luce clarius apparet cur hic locus a monachis mediæ aevi sit inmutatus. nimirum nimis periculosa uisa est illa castitatis probatio a Cassiano perfecto uiro concessa, ut scilicet imaginationem aliquam inlecebrosa mente concipiat et inlecebram blandissimorum tactuum quos cogitando confinixerit experiatur.

In Conl. XXIII, cap. 17 Cassianus probat eam animæ nostræ partem, quæ infirmior sit, temptationibus diaboli facilius succumbere. in cuius rei exemplum refert Israelitas fornicatione lapsos, quia concupiscibiles animarum eorum partes corruptæ erant. dein transitu ad rationabilem animæ partem facto exemplis utitur regis Achab spiritusque illius mendacis qui per prophetas falsos loquebatur, demonstrans diabolum per rationabilem adfectum, si is letalibus insidiis apertus est, laqueos deceptionis intendere. postremo §. 5 *quod*, inquit, *etiam de domino nostro idem spiritus opinatus* (i. e. domini animam letalibus insidiis apertam esse) *cum in his eum tribus animæ temptasset adfectibus* (quos cap. 15 exposuerat), *nihil tam uersutis profecit insidiis*. sequitur narratio triplicis domini temptationis. — ita omnia apte cohererent, nisi quod exemplum temptationis per irascibilem animæ adfectum ingestæ desiderare possis. quod cum quidam sensisset, post uerba §. 5 *laqueos deceptionis intendit* (*intendat O, incurrens β*) hæc intrusit: *sic etiam Herodem (erodem O) per irascibilem animæ portionem (partem r) ad illam tantorum insontium (infantium v) necem callidissimus (callidus O) hostis inpegit, eo quod istam (histam O) propensius in eo norat (noberat O nouerat r) esse (om. r) uitiatam*

(uitiam *K*¹). et haec exhibent *Oβ* Cluniensis *v*, omissa sunt in *BF*. — Conl. XXI, 5, 6 p. 579, 13 *BF* optime legunt: *ubi enim praeceptum, ibi necessitas, consequenter et poena.* contra ea quae in *OKv* addita sunt *et ubi necessitas, ibi et difficultas, ubi difficultas, ibi et negligentia, ubi negligentia, ibi et peccatum, ubi peccatum* inepta sunt et doctrinam scholasticam sapiunt. — XXIII, 12, 6 quae addunt *Oβv quam [pietatis instinctu] potuit etiam tunc saluare sed noluit* et superflua et insulsa esse patet. — XXIII, 25, 1 cum *BF* scripsi: *persecutionibus aerumnisque uallatum manere semper immobilem et ad praesidia dei fidum atque intrepidum perdurare.* non plane inepta sunt quae in *OZv* adduntur *aduersum se saeuientibus cunctis certum de praesidio, sed uerbis certum de praesidio dei fidum* quaedam *τρυλογία* inducitur: cf. Ind. sub ‘*ad* pro ablatiuo causae uel instrumenti’. — XVIII, 16, 1 p. 526, 15 quae in *Oβv* adduntur in enuntiato *ut hanc immobilitatem uiri constantiamque pensantes, quanto minoribus [quam ille est adpetitus] inimici inpugnamur insidiis* superflua sunt, cum ad *minoribus* nihil aliud possit suppleri nisi *quam ille* uel *quam ille est adpetitus*. cf. Inst. XII, 33, 1.

Saepeissime in libris deterioribus unum seu conpluria uerba et enuntiatorum partes plauē mutata sunt. cf. p. 534, 6. 535, 29. 538, 16 sq. 539, 21. 540, 25. 542, 27. 546, 8. 9. 14. 548, 2. 549, 1. 6. 550, 18. 554, 11. 556, 2. 25. 557, 15. 558, 9. 10. 563, 22. 564, 23—24. 565, 17. 568, 9. 569, 17. 575, 23. 577, 22. 578, 14. 583, 2. 23—24. 590, 25. 592, 10. 596, 9. 597, 19. 599, 8. 600, 25. 601, 24. 604, 13—14. 606, 14. 607, 5. 616, 1. 3. 15. 623, 23. 624, 8. 625, 23. 632, 8. 639, 26. 642, 11. 20. 649. 651, 16. 699, 7. 704, 19—20. 706, 23. 708, 22. 709, 2—3. atque hos aliosque locos quam plurimos plerumque temere et sine ulla ratione meraque interpolandi uariandique libidine esse corruptos exemplis aliquot selectis demonstrabimus: omnia enim tractare ut longum, ita uon necessarium est. pro *pontifex*, quod alias passim usurpat Cassiauus, intrusum est *sacerdos* p. 521, 24. 522, 4. 523, 3. 601, 6. — *donaria* uox rarior quidem sed in seriore Latinitate usitata p. 563, 21 in *O* seruata est, ubi *BF* *denariis, βv muneribus* legunt: at

p. 574, 15 *BF* soli *donaria*, *Oβv* *munera* exhibent. — p. 657, 28 uocabulum rarius *pontificium* ab *O²βv* temere mutatum est in *privilegium*. — p. 535, 2 in loco de quo supra disseruimus *BFO alapa*, *βv palma* legunt: eadem discrepantia est p. 629, 16. — saepe pluralis numerus, quem meliores seruauerunt, in singulari mutatus occurrit in deterioribus: p. 550, 16 *inritationum BFO_r*, *inritationis βc*. 560, 8 *culparum BFO*, *culpae βv*. 595, 16 *iudicia* scripsi: *indicia BF*, *iudicium Oβv*. 622, 4 *inpugnationum BFO_r*, *inpugnationis βc*. 628, 22 *deceptionum BFO*, *deceptionis βv*. 675, 1 *animas BF*, *anime O*, *animam Kv*. 681, 17 *laqueos BFO*, *laqueum Kv*. 694, 2 *laqueos BF*, *laqueum Oβv*. 687, 13 *exemplis BF*, *exempli O*, *exemplo βv*. — *etenim* pro *enim* positum p. 530, 25 (*β*). 543, 12 (*RKv*). 568, 17 (*β*). — pronomen possessiuum omissum p. 523, 13 *nostram (β)*. 556, 7 *sui (Oβv)*. 563, 13 *tua (βc)*. 568, 4 *sui (βv)*. 640, 22 *suae (βc)*. 676, 15 *suam (K)*. 694, 24 *nostrae (Oβv)*. 697, 10 *suis (Oβv)*. — *etiam* omissum 559, 21 (*β*). 608, 7 (*βr*). 627, 2 (*βr*). 649, 11 (*βv*). — *etiam* falso *additum* 518, 2 (*ORKv*). 547, 16 (*O²βv*). 548, 1 (*βv: enim O*). 550, 15 (*O²βv*). 566, 1 (*O²βv*). 628, 2 (*Oβv*). — *propelli* pro *conpelli* 623, 10 (*β*): cf. 620, 11. — *corpus* pro *caro* et *inuicem*: 640, 21 (*βv*). 649, 22 (*βv*). 655, 12 (*βv*). 679, 2 (*Kv*). — *expergitus* pro *expergefactus* 601, 1. 612, 18. 616, 18. — *sive* pro *seu* 548, 3 (*βv*). 560, 18 (*βv*). 566, 6 (*βv*). 607, 9 (*βv*). — *tum* pro *tunc* 606, 3. 675, 3. 684, 6. — *ipse ille* pro *ille ipse* 535, 27 (*Rβv*). 611, 12 (*βv*). 646, 14 (*βv*). — 622, 14 *indagem* falsum, cum Cassianus tantum forma *indago* — *inis* utatur. — *summus* pro *sublimis* 645, 12 (*βv*). — *precari* pro *deprecari* 659, 24 (*Oβ*). — *in* cum ablat. pro *in* cum accus. saepe utitur Cassianus: recte ergo se habent p. 507, 27 *secedentes in cellulis (FR)*, 523, 13 *retrusi in caueis (BFOR)*, 663, 21 *in quo (quod Oβc) reuoluti*.

Reliquos locos interpolatos in libris deterioribus ordine persequemur praeter eos, qui aut per se manifesti sunt aut in apparatu critico inlustrantur. — p. 503, 17 *per congregationes perdurant*: cf. Inst. III, 1 *per monasteria custodiri*. — p. 505, 6 *suscepti]* cf. p. 507, 12. — p. 506, 6 cum *FR* et

archetypo codicis *O* titulum *de inuidiae malo* omisi et capita editionum 16 et 17 cum *FR* in unum contraxi: cf. p. 528, 23. in longitudine capitis 16 nihil est quod offendas, cum talia haud raro occurrant: cf. XVII, 25, XXIII, 26. de inuidiae malo autem Cassianus etiam toto capite, quod uulgo sextum decimum est, agit, neque ulla causa est cur statuamus eum post *solitudo* p. 528, 23 nouum incepisse. — p. 510, 7 uerba *sed cum apostolorum excessu* (*post apostolorum excessum ORKv*) *tepscere coepisset credentium multitudo* non aliter intellegenda et explicanda sunt atque Caesaris B. G. VII, 20, 1 *quod eius discessu Romani tanta opportunitate et celeritate uenissent*. — p. 516, 2 *uiuos*, quod post *tepor* addunt *RKv*, et propter antecedens *uiuosque* displicet et superfluum est: nam *ad inferna demergit* idem est quod p. 515, 23 *in praeceps conlabuntur*. — p. 518, 7 *in cella sedens*] cf. p. 516, 22 *solitarie sedere*, Conl. VII, 23, 3 p. 203, 1 *sedete in cellulis uestris*. — p. 519, 2 *ab aliis* quod exhibent *ORKv*, quamquam Cassianus hic illic praepos. *a* — *ab* gerundiuo addit, tamen hoc loco propter sequens *ab alio* (*aliis Kv*) falsum est. — p. 528, 6 *satan* (*βv*) repugnat Cassiani usui, qui formas longiores *Satanas* — *Satanae* — *Satanan* praefert. — p. 528, 16 *maculam . . . lacrimis post deleuit* (*diluit βc*): cf. XX, 8, 9 *nisi ea (scelera) bonitas domini deleuerit*, Inst. III, 3, 3 *humani generis peccata deleuit*. — p. 532, 3 *suscepimus*] cf. praef. §. 3 *praecepta seniorum atque instituta suscipiant*. XVIII, 2, 2 *non ut has regulas atque instituta susciperent*. — p. 536, 23 *humilitate*] cf. Ind. s. u. — p. 536, 8 *summitate* utpote uox rarior praefereunda ei quae in *O²Rβv* extat *sublimitate*, item uers. 16 *commoratione*. — p. 542, 27 *quantum humana inbecillitas ualet, sic unire cum Christo*. e uerbis *ualet sic* in *RKv* factum est *sinit*: male, cum uerba *quantum humana inbecillitas ualet* contra Nestor. V, 4, 5 recurrant. — p. 596, 10 *ad iniquae trutiniae libremus examen*: cf. I, 21, 2 *ad examen publicum trutinantes*. — p. 601, 8 *exciti*] cf. XII, 16, 2. — p. 603, 15 *an*] cf. Ind. — p. 605, 22 *qui totum anni spatium aequali ieiunio concludebant*: cf. Ind. s. u. *concludere*. — p. 612, 11 *tenuerunt*] cf. p. 622, 19. — p. 612, 19 *sordidi liquoris*] cf. XII, 4, 4 *longis obsceni liquoris indutiis*. 7, 6 *obsce-*

num liquorem. — p. 613, 20 *ueritatis ipsius amatorem*] cf. p. 600, 7 *ueritatem desideratis agnoscere.* — p. 633, 16. quamquam Cassiani libri etiam Conl. III, 12, 5 *conlidetur* exhibent, tamen hic *conturbabitur* ex *BFO* recipere non dubitauim. nam cum in uersione Septuaginta *καταραχθήσεται* legatur, facile fieri potuit, ut inde altera lectio *καταταραχθήσεται* = *conturbabitur* oreretur. — p. 647, 26 *dissolui optat hoc corpore:* cf. I, 14, 9 *ut etiam optet ab hac carne discedere.* — p. 649, 11 *ita igitur etiam sancti atque ut ita dicamus uidentes, quibus summum perfectionis est studium, etiam illa* et rel. ne offendas in particula *etiam* bis deinceps posita, cf. p. 639, 25 *ut etiam peruigili cura oportunitatem committendi sceleris aucupantes etiam timeant ne libidinum satietate tardius potiantur.*

Sed libri familiae β et ex parte *RO* non solum interpolationibus, sed etiam lacunis abundant. cf. p. 503, 4. 507, 6. 515, 7. 19. 520, 5. 522, 6. 524, 17. 526, 28. 527, 19. 536, 1. 537, 5. 12. 544, 1. 555, 7. 559, 6. 560, 19. 569, 3. 572, 27. 574, 8. 578, 22. 581, 1. 582, 2. 588; 23. 596, 11. 599, 25. 620, 20. 640, 4. 646, 1. 652, 1. 655, 18. 658, 15. 659, 8. 665, 16. 687, 3. 688, 24. minor est numerus locorum quibus in eisdem codicibus uocabula transposita sunt. cf. p. 514, 11. 28. 515, 1. 517, 16. 518, 25. 521, 29. 523, 13. 525, 18. 536, 21. 561, 15. 644, 4. 646, 1.

Quae cum ita sint, auctoritatem librorum *BF*, quibus *O* tot locis adstipulatur quot repugnat, ubicumque potui secutus sum, neque aliam uiam in hac Conlationum parte recensenda ingredi licere, quo scrupulosius saepiusque uerba scriptoris relegi atque retractauim, eo magis mihi persuasi. sed cum consensui librorum *BF* saepissime uera et genuina lectio debeatur, tamen *B*, ut antiquior, ita etiam longe melior est (nisi quod in eo saepius uocabula male transposita sunt), idque exemplis demonstrare haud superfluum erit. itaque p. 515, 13 quod exhibet *B profusoriae uoluntati* uerum esse adiectiuum ipsum docet. ut enim ab *inrisor inrisorius*, sic a *profusor profusorius* recte deriuatur. — p. 519, 4 *tolerarit*, quod etiam in editione Romana extat (*toleraret F*), constanti usu Cassiani, praecipue in libris Institutionum, confirmatur: cf. p. 520, 2. — 527, 19 *non*, quod a *B²* inlatum est, et totius sententiae tenore et loco simili Conl. I, 13, 2 conprobatur.

— p. 530, 21] cf. Ind. s. u. *a—ab.* — p. 534, 8 cum *B¹ idem temporis* quam cum reliquis *id temporis* scribere malui, cum *idem aetatis* Tacitus dixerit. — p. 560, 4 *agnosco*] cf. p. 564, 12. — p. 604, 15 *abominatio enim (enim est rell.) peccatori religio* secundum Septuaginta βδέλυγμα δὲ ἀμαρτωλῶ θεοσέβεια. etiam alias saepe copula a Cassiano omittitur. — p. 650, 4 *in media persecutione atque conflictu* secundum *B* recepi, quia *persecutio* ueteres etiam de actione iudiciaria dicebant. — p. 627, 18 *uasibus*] cf. Ind. sub ‘declinatio’. — p. 647, 18 *optabam*] cf. p. 664, 20 et contra Nestor. III, 1, 1. — p. 651, 15 *nec dolemus nos uanae gloriae suggestione pulsari* recte *B.* cum *nos* in reliquis codicibus intercidisset, ut sententia staret, *pulsari* in *pulsati* commutatum est, ut *Ὁβν* legunt. — p. 681, 21 *de quibus (armis) aetas robustior innumeras hostium prostrauit cateruas.* cum uocabulis *aetas robustior* Saul significetur, falsam esse reliquorum librorum lectionem *prostrauisset* manifeste patet. praeterea cf. p. 522, 19. 562, 25. 575, 5. 608, 4. 616, 9. 10. 626, 20. 629, 16. 640, 7. 645, 28. 651, 11. 660, 20. 683, 6.

Sed tantum abest, ut codex ille e quo *BF* fluxerunt sine grauibus mendis fuerit, ut saepe dubium esse non possit quin librorum deteriorum scriptura praeferenda sit. interpolationibus quidem *BF* fere uacant: quae enim eo pertinere uidentur, aliter explicari possunt maximamque partem non sunt nisi uocularum repetitiones per errorem describentium ortae. sic p. 509, 16 *sequenda [est] propter praecedens uitanda est*, 550, 26 *itaque [de] remediis*, 555, 12 *de indumentorum eius atque officii [eius] uilitate*, 563, 13 *carnis [et] afflictione* (etiam *O*), 579, 12 *et [ad] salubritatem pro et salubritate*, 581, 8 *[non] longe*, 588, 14 *ut puta [ut]*, 652, 6 *[uel] inuiti uel* (consentit *O*). quam facile autem talia inreperere potuerint, ipse, cum codicem *B* iterum excuterem, clarius perspexi. p. 669, 7 *B* exhibet *quia [pro] his*. librarius enim, cum uersum praecedentem uerbo *pnuntiet* inchoasset, ad alterum perueniens *p* male repetiuit: *pnuntiet*
p his . eodem modo p. 669, 12 *carnis sui* explicatur. extat enim in *B* in fine duorum uersuum: *sp̄s sui*
carnis sui.

— tribus locis notae marginales et glossae in textum receptae sunt: p. 642, 11 *De theoria*, 702, 3 *laceris cruribus* [*cruciatibus*], 705, 7 *adepti* [*nancti*]. uno tantum loco in archetypo librorum *BFO* uocabula male transposita erant: p. 642, 21 *ad praesens non solum*. contra magnus est lacunarum numerus: p. 510, 3 *quae uendebant* *F*, 512, 23 *etiam* *F*, 525, 22 *ac* *BF*, 526, 1 *ut* *BF*, 529, 20 *sunt* *B¹F*, 531, 26 *ad* *BF*, 543, 8 *et* *BFO*, 545, 10 *uel deesse* *BF* (propter ὁμοιοτέλευτον), 567, 14 *uel* *BFO¹*, 569, 1 *aut per cogitationem aut per sermonem* (uidetur unus uersus propter ὁμοιοτ. excidisse) *BF*, 576, 20 *ita legimus . . . uinum* (propter ὁμοιοτ.) *B¹F*, 581, 2 *uel* *BF*, 583, 11 *eos* *BF*, 584, 26 *siue displiceat* (propter ὁμοιοτ.) *BF*, 586, 11 *et* *BF*, 592, 19 *solum* *BF*, 597, 18 *ne* *B¹F*, 601, 2 *sensus* *BF*, 603, 17 *illa* *BF*, 605, 9 *prohibentur . . . quae* (propter ὁμοιοτ.) *BF*, 607, 20 *et primitias* (propter ὁμοιοτ.) *BF*, 612, 16 *nobis . . . defectis* (excidit unus uersus) *BF*, 620, 14 *haec* *BF*, 623, 17 *et* *BF*, 634, 25 *confidenter adiungens* *BF*, 639, 24 *omnes* *BF*, 641, 15 *in* *BF*, 646, 3 *umquam* *BF*, 647, 4 *et* *BFO¹*, 647, 21 *solum* *BF*, 674, 14 *cui . . . soluitur* *BF*, 681, 25 *quibus . . . sed illis* (propter ὁμοιοτ.) *BF*, 684, 25 *ita* *BF*, 689, 16 *conuersione* *BF*, 692, 20 *uel ex . . . labore* (propter ὁμοιοτ.) *BF*. — leuiores menda familiae *BF* et quae partim characteribus archetypi non intellectis, partim incuria librariorum orta erant, haec fere sunt: p. 516, 18 *uerbi pro breui* (ortum fort. ex *urebi*), 529, 3 *mortiferi* (pro *mortiferis*) *basilisci uenenis*, 538, 23 *ad* pro *et* (ita etiam *O*), 540, 3 *iti* (*III B*) *idemque* pro *itidemque*, 540, 23 *suspendit* pro *distendit* (ortum e praecedente *suspensum*), 544, 12 *ut* pro *et* (consentit *O*), 550, 4 *facilius in temptatione* pro *facili sustentatione*, 557, 8 *curiosis* pro *copiosis* (ortum ex *cupiosis*), 574, 10 *prohibetur* pro *prouehitur* (ortum ex *probehitur*), 577, 16 *detinemur* (*detinemē*) pro *detineri*, 581, 15 *sanctitate* pro *castitate* (mero errore propter praecedens *sanctimonia*), 585, 14 *probatum* pro *prolatum*, 585, 17 *etiam* pro *iam* (post *sed*), 592, 23 *praecepit auctoritas* pro *praecepti auctoritate*, 597, 7 *uertamur* pro *uergamur*, 600, 7 *uirtutum* pro *ueritatem*, 600, 19 *sabbati* pro *sabbata*, 606, 21 *qui* pro *qua* (licet etiam *qui ferri* queat), 623, 17 *congregati* pro *concreti*,

638, 18 *discernenda* pro *discenda* (ita etiam *O*), 640, 9 *peccatori* pro *peccatorib*, 654, 20 *cordis* pro *carnis* (= *O*). — p. 622, 12 *solam* pro *secundam* in *BFO* e compendio *scđam* ortum esse similibus erroribus in *O* occurrentibus probatur, qui liber p. 535, 28 *solum* pro *scđum*, p. 685, 9 *scđalis* pro *sodalis* exhibet.

Quibus disputatis cum facile intellegatur in pretio familiae *BF* recte aestimando ponderandoque cautione quadam opus esse, quotquot locis lectiones horum codicum ferri non poterant, eam sanandi rationem ingressus sum, ut aut librum *O* ab eodem archetypo deriuatum sequerer aut coniectura probabili uterer aut, si haec remedia non sufficiebant, ad libros deteriores confugerem, qui quamuis correcti atque interpolationibus cuiusque generis referti sint, tamen aliquot locis integra scriptoris uerba soli seruauerunt. itaque reiecta codicum *BF* auctoritate hos locos constitui: p. 506, 9 lectio *ulteriores* loco simili XI, 2, 1 confirmatur. — 507, 17. quamquam *quisquis* saepe a Cassiano usurpatur, tamen *quisque*, in quo *ORK* consentiunt, praefendum duxi: cf. p. 708, 1. — 509, 27 *etiam ut* in *F* interpolatum est (*prout* = $\kappa\alpha\theta\acute{\epsilon}\tau\iota$): idem statuendum de particula *autem* p. 510, 1. — 515, 25 cum *RK* scripsi *in hac quam semel adriperunt professione*. quod *BF* exhibent *qua diximus adriperunt* nihili est. — 529, 10 *fomitum curationis*, ut legunt *BFOR*, explicari nequit: uitium ortum e compendio *fom̄tum*. — 529, 17 e *Z^{2v}* recepi *cum illud mortiferum uirus quod nolunt prodere lateat in medullis*. in archetypo omnium librorum *non uult* extabat, quare editores *non uult prodire* temptauerunt. non recte: praecedit enim uers. 14 *erubescens ipsam prodere ueritatem*. — 537, 17 melius est quod *ORβv* praebent *in huiusmodi raptum frequenter excessum* quam *huiusmodi raptum frequenter excessu*, cum Cassianus aliquotiens dicat *rapi in excessum*, nusquam *rapi excessu*: cf. Ind. s. u. *excessus*. — mirum est mendum 541, 21 *fideliter uel posse uel plenius disputare* pro *uel fidelius posse u. p. d.*, item 545, 10, ubi primum *uel deesse* propter praecedens *inesse*, deinde *motuum* omissum est, postremo *manere prorsus* (etiam in *O*) interpolatum. Hartelius quidem proposuit *has sibi inesse uirtutes exploratrix internorum conscientia manereue prorsus depre-*

hendet. sed mihi et *uel deesse et motuum* necessarium esse uidetur, ut sententia recte stare possit. quod si conceditur, *manere prorsus* intellegi nequit. — 545, 18 *nec uulnerum suorum pericla celauerint aut medellam paenitentiae procacitate respuerint* β recte. nam et forma rarior *periculum* anteponenda est et *paenitentiae* recte se habet: cf. 529, 10 *nec medellam paenitentiae nec fomentum ullius curationis admisit.* — 567, 8 *feriunt*] cf. 652, 2. 685, 20. — 579, 14 sqq. leue est uitium *uerba pro uero*, sed id quod sequitur *illius* pro *potius* non uideo quomodo possit explicari. — 618, 21 *polluat* cum *Z* scribi necesse est, nisi ἀνακολουθίαν ideo statuere malis, quod uerbum a coniunctione *ut* longius remotum est. — 634, 19 cum *K^{1v}* scribendum esse patet *de nauigii sui oneribus mortalitatis oppressi naturali infirmitate desperans*, i. e. de infirmitate corporis, quod nauigio comparatur, quia oneribus mortalitatis nimis deprimitur. — 646, 25 *cum se tantis actualibus ditari fructibus cerneret et e contrario theoriae bonum corde pensaret ac uelut in una lance tantorum laborum profectum, in altera delectationem diuinae contemplationis adpenderet. cum laborum profectus opponatur delectationi contemplationis diuinae*, etiam *theoriae bonum* contrarium habeat necesse est. scripsi igitur cum β *actualibus*, quoniam et aliis locis plurimis theoretica conuersatio ab actuali discernitur. *ac talibus*, quod *BF^{Ov}* exhibent, ab hoc loco alienum est. — 647, 4 in β recte legitur *desiderium unitatis et inseparabilis Christi societatis.* — 662, 12 *ad id* (seil. ad gaudium beatitudinis, quod interruptum erat) β recte. *ex his* nihili est neque ad *aeternis suppliciis* referri potest, quia lex membrum nostris inserta aeternis suppliciis non addicit neque nocentes nos sed tantum infelices reddit. — 684, 14 quae *BF* exhibent *sed ne illos quidem illic similiter ea quae sunt ad uictum necessaria prouisuros* nullo modo ferri queunt. non enim referebat parentes, sed Cassianum et Germanum ipsos cum labore uictum sibi in sua prouincia subministrare, ut in Aegypto facere coacti erant. — 687, 7 *Z* solus *qui ante quidquid* seruauit.

Codicis *O* qualis sit in hac Conlationum parte condicio quodue pretium, iam supra exposuimus. qui cum quasi in medio utrius-

que librorum familiae positus sit, haud raro arbitri uice fungitur. itaque p. 548, 17 unice uerum est *pro uilibus*. in *BF* e *probilibus* factum est *probabilibus*: quod autem in β extat *pro leuibus* arbitrio interpolatoris debetur. — 599, 8 in *O* et *profestis* et *tuebamur* recte se habet. in *BF* cum etiam e sequente uersu inrepsisset, *p* in *pfestis* per negligentiam omissum est. — 623, 17 particulam *et*, quae post *est* in reliquis libris exciderat, seruauit *O*. familiae β interpolator cum defectum sensisset, *qui* intrusit. similes loci sunt 648, 7 *quis ita solitudinis secreta sectatus est* (et) *uniuersorum mortalium consortia declinauit* (et om. *BF*: *uniuersorumque* β ex interpolatione), 631, 9 *cum omnes* (nos) *non similitudinem, sed ueritatem peccati in carne gestemus*, 639, 27 *potiantur*, (et) *de ignominia* (ubi in β ac interpolatum est). — 705, 7 in archetypo scriptum fuit *adepti*, quod *O* integrum seruauit. in eo autem codice e quo *BF* fluxerunt extitit ^{nancti} *adepti*, unde *nancti* in *Z* ortum est. — praeterea cf. p. 512, 15, 520, 11, 546, 10, 563, 21, 566, 19, 596, 14, 625, 7, 646, 2, 665, 18, 678, 14, 684, 25, 688, 1, 692, 20.

Postremo dicendum est tribus locis me errasse in scriptura quam recipere debui. p. 531, 7 in *BF* recte legi *inuidiae autem quasi a regulo serpente effusum uirus uitam ipsam religionis ac fidei, priusquam in corpore sentiatur* (scil. uirus), *excludit* probatur loco simili p. 213, 5 *ob illud mortiferum uirus quod priusquam sentiatur interimit*. — p. 654, 3 *quia* recipere debui. nam p. 663, 23 *quam* non ad locum scripturae pertinere uidetur. — p. 705, 16 cum omnibus codd. praeter *O* scribendum erat *siue societas copulae*, cum *copula* frequenter de matrimonio dicatur: cf. tamen Inst. II, 12, 3 *quem societas operationis uel discipulatus et disciplinae inbutio copulauit*.

CAP. VI. DE CODICIBUS LIBRORUM CONTRA NESTORIUM.

1. Cod. bibl. armamentarii Parisiensis n. 483 (antea *N* 448) saec. X—XI, formae maioris, fol. 116, fol. 1—61 Cassiani

libros contra Nestorium continet. fol. 1^a indiculus legitur: *In hoc codice continentur | Cassiani libri septem | contra Nestorium* etc. praeterea in codice extant: Athanasius ad Epictetum. Hilarius de essentia patris et filii. Fides catholica exposita ab episcopis Gallicanis. Epistola Germinii aduersus Arianos. Decretum synodi Orientalium. cf. Ulysse Robert, Inventaire sommaire des Manuscrits des Bibliothèques de France dont les catalogues n'ont pas été imprimés, uol. I, p. 74. — liber a manu recentiore correctus est. notas marginales, quae hic illic occurrunt a prima manu scriptae, in apparatu critico repetiui.

M 2. Cod. Musei Britannici (Additional Mss.) n. 16414 saec. XI (rectius duodecimi, ut Goldbacher censet), fol. 193^b—226^a libros aduersus Nestorium exhibet. fol. 193^b haec leguntur: *In noe s. et indiuidue trinitatis — incipit prologus — VII. librorū de incarnatione dei ac dñi nr̄i ihu xpi editorum a beatissimo cassiano massiliensi abbate uiro disertissimo. rogatu leonis tunc urbis rome archi diaconi. postea uero eiusdem sedis pape. contra nestorium ereticum constantinopolitanum episcopum.* foliis duobus deperditis hae partes operis desunt: VI, 16, 3 *conceptus ac per hoc quartus est hic . . .* VI, 23, 2 *sed dum utique a tempore,* VII, 26, 2 *blasphemiae qua ais . . .* VII, 31, 1 *etsi nunc praesentia non.* — contulit A. Goldbacher Londinii a. 1883.

p 3. Parisinus bibl. nationalis n. 14860 saec. XIII, forma octaua, fol. 247, fol. 1^a—68^a opus contra Nestorium continet binis columnis scriptum. eiusdem familiae est cuius *N*, non tamen ex eo descriptus: quod e lectionibus discrepantibus et e lacunis codicis *N* quas infra significaui apparet.

N

p

praef. 2	<i>episcopalitactus imperitiae</i>	<i>episcopali tractus imperio</i>
I, 2, 4	<i>similitudine</i>	<i>dissimilitudine</i>
— 3, 3	<i>hominē . . . ualeant . . .</i>	<i>homines . . . ualeant</i>
— 5, 1	<i>et correctorum</i>	<i>ut correctio eius</i>
— 5, 4	<i>caro factum sit</i>	<i>factum sit caro</i>
II, 3, 10	<i>om.</i>	<i>et illic</i>

N	P
III, 2, 1 <i>excludit</i>	<i>excluserit</i>
— 3, 4 fin. om.	<i>non</i>
— 4, 3 fin. <i>iussione</i>	<i>missione</i>
— 8, 1 om.	<i>autem</i>
— 10, 2 om.	<i>qui</i>
— 12, 4 om.	<i>quem confiterentur</i>
— — — om.	<i>christus</i>
— 12, 5 om.	<i>tantum</i>
III, 1, 1 om.	<i>ipsa</i>
— 1, 3 om.	<i>matre</i>
— 7, 2 om.	<i>ne</i>
— 9, 7 om.	<i>iste autem tu es deus noster</i>
V, 1, 1 om.	<i>in spem</i>
— 4, 1 <i>christus</i>	<i>christi</i> (solus recte)
— 4, 4 om.	<i>se</i>
— 8, 2 om.	<i>semper</i>
— 9, 3 <i>nega tu</i>	<i>negato</i> (recte)
— 10, 5 om.	<i>et</i>
— 11, 1 <i>alterioribus</i>	<i>ulterioribus</i>
— 12, 3 <i>descendit de caelo</i> (Uulgata)	<i>de celo descendit</i> (recte)
— 13, 1 om.	<i>dominus</i>
— 13, 2 <i>mundo</i>	<i>in mundo</i> (recte)
— 15, 2 om.	<i>sed omnes affectu pari</i>
VI, 4, 1 <i>propter</i>	<i>per</i> (recte)
— 7, 3 <i>atque</i>	<i>ad que</i> (recte)
— 8, 1 <i>inquit</i>	<i>qui</i> (recte)
— 9, 1 om.	<i>et</i>
— 17, 1 om.	<i>deum</i>
— 22, 1 om.	<i>deus</i>
VII, 10, 2 om.	<i>remedia uel membrorum</i>

4. Cod. bibl. Coloniensium Augustinianorum, quo a Cuyckius in recensendis libris contra Nestorium usus erat. more eorum temporum Cuyckius tantum lectiones selectas in

calce editionis suae adnotauit: e quibus apparet codicem, qui nunc deperditus esse uidetur, familiae *Np* fuisse.

Codicem Matritensem bibl. nationalis sign. Q 106, saec. XII, qui tantum quattuor priores libros et ne hos quidem integros continet, non adhibui. ¹⁾ sine dubio autem ad familiam codicis *M* pertinet, quo fortasse recentior est.

Praeterea Florentiae duos libros manu scriptos extare qui opus contra Nestorium continent e Bandinii catalogo noui. alter est Laurentianus XXVI, 13 saec. XV, alter bibl. Leopoldinae Mediceae Fesulanae 48 saec. XV. ex his Laurentianus, si quicquam ex initio praefationis a Bandinio exscripto conicere licet, pessimus est, alter certe recentissimus: quamobrem neutrum me inspexisse facile excusabitur. idem ualet de Parisino 2143 saec. XIII cui inscriptum est: *Cassiani Bethleemitici* (sic!) *presbyteri de incarnatione uerbi* (sic!) *libri nouem* (sic!). aliorum autem librorum manu scriptorum huius operis nec uola nec uestigium usquam apparuit.

Libri quibus usi sumus in duas familias diuiduntur. alterius solus est *M*, alterius reliqui. nam ut ab indiciis quae grauioris momenti sunt incipiamus, non paucas lacunas et maiores et minores, quae in *Npa* apparent, explet *M*, e contrario codicis *M* lacunas reliqui non habent. plerumque autem tales defectus familiae *Npa* ἑμοιοτελεσιτω ortos esse adiecto siglo ἑμοιοτ. indicabimus. itaque in *M* recte adduntur: I, 3, 4 *disiunctam* *<quam scit sibi utique peruersitate coniunctam>* ἑμοιοτ. — III, 3, 2 *hoc dicit: non nouimus iam Christum secundum carnem* *<et hic: non nouimus iam Christum secundum carnem, hoc ait>*. — III, 8, 1 *<qui salui fiunt>*. — III, 16, 8 *filiis sui nomen* *<etiam dilecti et complaciti sibi filii nomen>* ἑμοιοτ. — III, 13, 4 *quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris* *<uelis nolis, negare non poteris, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris>* ἑμοιοτ. — V, 4, 1 *et iterum* *<in interiorum>* ἑμοιοτ. — V, 10, 5 *si autem separat atque disrumpit, ille utique soluit* *<qui separat atque disrumpit>* ἑμοιοτ. ²⁾ — VI, 2, 1

¹⁾ Cf. Bibl. patrum Latinorum Hispaniensis p. 436.

²⁾ Sed totus locus propter stolidam sententiam spurius esse uidetur.

hordiacii (< *fuertint, et hi, quantum ad ingenium nostrum pertinet, hordiacii*) ὁμοιοτ. — haud raro in familia *Npa* unum uocabulum omissum est. I, 2, 6 [*eius*]. II, 2, 6 [*et*]. II, 5, 3 [*contradictionem*]. III, 9, 1 [*ergo*]. III, 10, 1 [*inquam*]. III, 10, 2 [*quam*]. III, 1, 1 [*suae*]. V, 2, 1 [*euidenter*]. extant etiam loci ubi *N* solus lacunosus est: quorum plerique supra, ubi de diuersitate codicum *N* et *p* tractabamus, indicati sunt.

tulationes ut in codicibus singulis libris praemissae sunt et codicum inscriptiones ac subscriptiones additae. sed editori Basileensi pessimae notae exemplaria praesto fuerunt, e quibus ingens ille numerus mendorum etiam in editiones quae secutae sunt transiit, cum editores ne melioribus quidem libris manu scriptis, si quos forte ad manus habebant, ita usi sint, ut auctoritate editionum antiquarum posthabita scriptorem ad codicum fidem recenserent. ceterum saeculum integrum transiit, antequam Cassiani opera maiore codicum numero adhibito emendarentur. nam a. 1578 demum Antuerpiae ex officina Christophori Plantini architypographi regii noua recensio prodiit, cuius est titulus: *D. Ioannis Cassiani Eremitae, Monasticarum Institutionum libri IIII. De Capitalibus vitiis libri VIII. Collationes SS. Patrum XXIIII. De Verbi Incarnatione libri VII. Nunc demum post varias editiones ad complurium Ms. fidem à non paucis mendarum milibus incredibili labore expurgati: id quod ex subiectis ad calcem castigationibus faciliè cognosci poterit: Additis etiam ad quaedam loca Censorijs notationibus, & obscurarum vocum ac sententiarum elucidatione, vnà cum duobus Indicibus locupletissimis. Accesserunt quoque Regulae SS. Patrum ex antiquissimo Affliginiensis monasterij Ms. codice desumptae. Opera & studio Henrici Cuyckij Sacrae Theologiae Licentiati.* — quibus uero causis Cuyckius, tum professor Louaniensis, postea episcopus Ruremondanus, adductus sit ut nouam editionem curaret, ipse in epistula dedicatoria refert, quam *Louanij ex nostro Albarum Dominarum monasterio Calendis Martiis Anni M.D.LXXVIII.* dedit ad Hermannum Comitem a Rennenborch, ecclesiae S. Saluatoris apud Ultraiectinos praepositum et archidiaconum et cathedralis Leodiensis ecclesiae canonicum. postquam enim exposuit patrum priscorum opera praestantissima passim foedata multisque mendis esse respersa atque ob eam rem ex uetustissimis optimisque exemplaribus ms. quam accuratissime debere restitui, p. 5 ita pergit: *Ea igitur res me quoque permouit, mihique persuasit, operae pretium remque omnibus diuinarum litterarum cultoribus, & cum primis monasticae perfectionis amatoribus neutiquam ingrata me facturum;*

si in repurgando illustrandoque Ioanne Cassiano aliquid operae collocarem. Quod ut facerem illustrissimi atque amplissimi Cardinalis D. Antonij Carafae auctoritas, quae maximi apud me momenti est, effecit. Is enim datis ad me ex vrbe litteris, id sibi gratum & Christianae Reip. non in cōmodum fore scripsit; & quid in eius auctoris recognitione fieri potissimum vellet exposuit. — at utinam consilium tam laudabile melius exsequi potuisset! infeliciter enim accidit, ut siue temporis angustiis siue pecuniae inopia siue alia re quam ignoramus impeditus aliis codicibus non uteretur nisi eis, qui tunc temporis in Nederlandiae monasteriis extabant. nam ut in castigatoriis notis ipse indicat, ad Institutionum libros recensendos adhibuit quinque: *vetustum Codicem Affliginiensis Abbatiae in Brabantia, exemplar Canonorum Regularium in Corsendonck, itidem in Brabantia, Bethleemitici monasterij Canonorum Regularium prope Louanium exemplar, librum Canonorum Regularium in Busco Domini Isaac prope Niuellam, Plantinianum Codicem.* ad Conlationes uero castigandas duodecim praesto fuerunt: *Gemblacensis Abbatiae in Brabantia codex, cod. Abbatiae D. Trudonis apud Hasbanios, exemplar Abbatiae Villariensis prope Niuellam, exemplar Abbatiae D. Iacobi apud Leodienses, cod. Canonorum Regularium Viridis Vallis in silua Sunia apud Brabantos, Canonorum Regularium Bethleemitarum prope Louanium liber, Rubeae Vallis Canonorum Regularium exemplar in silua Sunia prope Bruxellam, exemplar Canonorum Regularium monasterii Corsendonckensis in Quempinia, Martinianus codex Canonorum Regularium in Academia Louaniensi, cod. Canonorum Regularium in Busco Domini Isaac iuxta Niuellam, cod. Parcensis Abbatiae prope Louanium, Christophori Plantini exemplar.* e quibus nouem prioribus ut emendatioribus, cum et inter se et cum Dionysii Carthusiani paraphrastica translatione (sic!)¹⁾ magnum habent

1) Institutiones et Conlationes a Dionysio Carthusiano paraphrasticae reditae impressae sunt Coloniae 1540. cuius uiri opera qualis fuerit, inde conicere licet, quod ne Gazaeus quidem, haudquaquam sani iudicii homo, auctoritatem eius magni fecit.

consensum, plus auctoritatis attribuit quam tribus posterioribus. concedendum quidem est eum librorum suorum fide nisum non paucos locos in editionibus prioribus male habitos emendasse, sed statim adiungendum totidem locis lectionem ueram ex iisdem libris foedissime esse interpolatam. quamquam Cuyckii exemplaria non in omnibus partibus pari pretio fuerunt. cum enim omnia sine dubio apographa fuerint antiquorum codicum Francogallicorum, factum est ut Institutionum libri et Conlationum partes secunda et tertia in hac editione longissime a uero discedant, prima autem Conlationum pars emendatior sit quam in editionibus reliquis quas noui. nam codices Franco-gallici antiquissimi *D* et *O*, quos nos ad primam partem Conlationum adhibuimus, satis boni sunt: in secunda uero et tertia parte *O* nequaquam eiusdem est pretii. item Institutionum codices Parisinus et Laudunensis inferiores sunt codice Augiae maioris. melius Cuyckio res in libris contra Nestorium emendandis cessit. nanctus est enim codicem Coloniensium Augustinianorum, qui familiae melioris fuit, eiusque ope multos locos foedissime corruptos sanare contigit.

Ceterum ne Carafa quidem Cuyckii ingenio aut cura nimis delectatus esse uidetur. instigauit enim Petrum Ciacconium presbyterum Toletanum, uirum doctissimum et artis criticae peritissimum, ut et ipse Cassiani scriptis castigandis manum admoueret. sed Ciacconius opus quod susceperat perfectum non uidit, cum a. 1581 diem supremum obierit. prodiit autem noua editio Romae ex aedibus Dominici Basae typographi a. 1588 sub titulo: *Ioannis Cassiani Eremitae, de institutis renuntiantium Libri XII. Collationes Sanctorum Patrum XXIII. Adiectae sunt quarundam obscurarum dictionum interpretationes ordine alphabeti dispositae: & obseruationes in loca ambigua & minus tuta. Praeterea Indices duo testimoniorum sacrae Scripturae, quae à Cassiano vel explicantur, vel aliter quàm vulgata editio habet citantur: ac postremò rerum memorabilium Index copiosissimus. Accessit Regula S. Pachomij, quae à S. Hieronymo in Latinum sermonem conuersa est: Omnia multò quàm antehac, auxilio vetustissimorum codicum, emendatiora, & ad suam integritatem restituta.* idem typographus iam a. 1580

Cassiani Institutiones et Conlationes a Ciacconio recensitas impresserat eodem cardinali adhortante, ut patet e dedicatione ad Gregorium XIII., in qua inter alia *non parum, inquit, debent religiosi et Deo deuoti viri amplissimo Cardinali Antonio Carafae, cuius maxime opera hoc quidquid est laboris & susceptum & perfectum fuit.* huic quidem editioni Ciacconium laborem suum praestitisse, sed eam demum, quae a. 1588 emissa est, ex illius recensione plane absoluta et ad finem perducta fluxisse e Basae praefatione cognoscitur. quam, quia de utraque editione rationem reddit, hic integram repetere maxime consentaneum uidetur.

Typographus Lectori.

Haec Ioannis Cassiani opera emendata, aucta & illustrata superioribus annis ex officina mea prodierunt: quibus edendis quanta, & quàm accurata sit adhibita diligentia, liber ipse testis est locupletissimus. Verum cum vix iam vllus editionis illius codex superesset, multique religiosi & Deo deuoti viri auctoris huius desiderio valde tenerentur, non potui non & pio eorum studio satisfacere & commoditati consulere. Quòd ut melius praestarem, Amplissimus Cardinalis Antonius Carafa, qui tum rebus aliis praeclare gestis, tum antiquorum Patrum monumentis restitutis disciplinam ecclesiasticam amplificare studet, codicis iam editi & Petri Ciacconij manuscriptis marginibus aucti liberalissime copiam fecit, ne eius nunc auctoritas deficiat, cuius opera iste susceptus est labor. Petrus enim Ciacconius vir spectata religione clarus, omnium bonarum artium cognitione insignis, in Sanctorum Patrum Latinorum & Graecorum assiduo studio versatus, Amplissimi Cardinalis cohortationibus Cassianum ab innumeris mendis expurgatum in pristinum splendorem restituit. Addidit etiam notationes suas, quibus tam singularē doctrinam, qua & mens instruitur & inflammatur affectus, sine vllis salebris inoffenso pede transcurreres. Sed, vt erat modestissimus & humanae laudis contemptor, numquam in his lucubrationibus, nec in aliis permultis, quibus egregiam operam praestitit, dum in humanis ageret, nomen suum inscribi voluit: id quod illi, qui de

contemnenda gloria libellos scripserunt, minime umquam recusarunt. Huius igitur codicis beneficio adiutus Cassianum rursus in lucem emitto, & quidem locupletiozem: nam multa Petri Ciacconij manu denuo adiuncta reperi, quae librum ipsum illustriorem reddunt, ut ex utriusque editionis collatione facile comperies. Quare laboribus istis, quibus non mediocriter ad vitae rationem secundum Deum instituendam animus informatur, utere, fruiere, ac bene nobis in Christo precare. Vale.

Sequitur altera epistula *Ad Lectorem*, quae iam non typographi, sed ipsius Ciacconii est. in ea de subsidiis criticis haec refert: *Vaticana octo nobis (exemplaria) antiquissima exhibuit, & ex his quaedam emendatissime scripta, ex quorum collatione innumerabilia loca sunt in hac editione restituta: sed ea adnotare non fuit consilium, in immensum enim volumen excresceret. satis sit hoc loco monuisse, lectionem vetustorum codicum tanta à nobis fuisse religione conseruatam, ut neque eorum varietatem, si quando inciderat, neglexerimus.* qui fuerint illi octo libri bibl. Uaticanae, hodie non liquet. reuera enim nunc in Uaticana alii libri antiquissimi non extant praeter *V*, quem iam Ciacconii aetate Romae fuisse uix credam: certe eum a Ciacconio inspectum esse meo iure nego. *P* autem tunc temporis Heidelbergae fuit, Reginensis *R*, qui tamen breue tantum fragmentum continet, nescio ubi. itaque pro certo habeo Ciacconii libros manu scriptos antiquissimos reuera recentiores fuisse, quod etiam textu eius confirmatur. quamquam enim, si Conlationum partem primam excipias, uerba Cassiani multo emendatius restituit quam Cuyckius, tamen ad eam integritatem, quam nos libris longe melioribus consecuti sumus, ne adspirare quidem potuit. nam cum codicibus ad diuersas familias pertinentibus uteretur, non ubique sinceros ab interpolatis secernere ei contigit. ita factum est, ut in prima Conlationum parte saepe locos interpolatos e codicibus eiusdem familiae cuius sunt *PX* reciperet, in parte tertia autem, ubi familiarum diuersitas latius patet, non semper lectionem ueram eligeret. omnino autem editori Romano summa laus tribuenda est, cum pro condicione subsidiorum criticorum quibus utebatur ne in-

geniosissimus quidem homo scriptoris uerba melius potuerit restituere aut uerum sagacius diuinare. ceterum etiam ex eis, quae Cassiani operibus adiecit, hominis doctrina singularis elucet. nam multa uocabula rariora et Graeca et Latina bene explicauit, auctoris propositiones Pelagii errorem redolentes docte refutauit, locos quos Cassianus secundum translationem LXX profert primus diligenter collegit. quamquam quod librorum suorum lectionibus e Uulgata interpolatis deceptus sibi persuaserat Cassianum scripturae sacrae testimonia pleraque ex uulgata editione adferre, in eo uehementer errauit. dolendum etiam quod libros contra Nestorium ab editione sua secludit. quod cur fecerit, in epistula ad lectorem his uerbis indicat: *Scriptis quidem Cassianus hortatu Leonis I. Pont. Max. luculentos libros de incarnatione Domini contra Nestorium: sed eos, quòd nullum extaret in Vaticana bibliotheca manuscriptum exemplar ad cuius fidem emendari possent, & ab instituto nostro, quo hominem uere religiosum informare studuimus, multum distarent, omisimus.*

Haec sunt quae de duabus editionibus praestantissimis et quibus solis nomen recensionum debetur disputanda uidebantur. ceterum ea quae in utraque addita sunt, ut Cassianus Semi-pelagianismi errorum conuinceretur simulque refutaretur, consulto omisi, utpote quae magis ad theologorum disciplinam quam ad editoris et hominis critici munus pertineant. sufficet dixisse Cuyckium de triginta, Ciacconium de duodetriginta propositionibus Cassiani siue haereticis siue suspectis disputauisse. ne autem lectores talia quoque desiderantes penitus lateat quae uerba scriptoris hominibus catholicis offensionem fuerint, locos ipsos et capitula de quibus agitur hic adscribo: Inst. III, 2. 9. 10. V, 34. 37. 39. 40. VI, 18. XII, 4. 5. 14. Conl. I, 17. 19. 20. III, 11. 12. 19. IIII, 7. VII, 4. 7. 8. 13. 30. 32. VIII, 7. 10. 17. 21. VIII, 19. 24. 34. X, 2. XIII, 7—16. XVII, 8. 15. 17. 19—24. 30. XX, 8. XXI, 4. 5. 9. 10. 29. 30. XXIII, 2. 4. 5. 12.

Sequitur iam ea editio, quae saepe repetita usque ad nostram aetatem nouissima extitit: quae tamen, quantum ad scriptoris uerba attinet, non noua recensio fuit, sed Cuyckii et Ciacconii exemplaria inter se commixta et confusa expressit.

prodiit Duaci a. 1616 e typographia Baltazaris Belleri duobus tomis sub titulo: *Ioannis Cassiani presbyteri, quem alii eremitam, alii abbatem nuncupant, Opera omnia. Novissime recognita, repurgata et notis amplissimis illustrata. Quibus accessere alia eiusdem argumenti opuscula, quorum Elenchum sequens pagina exhibebit. Studio et opera D. Alardi Gazaei (Gazet), coenobitae Vedastini ord. Benedicti (de l'Abbaye de St.-Vaast de l'ordre de St.-Benoît à Arras). — tomo primo insunt: De institutis coenobiorum libri XII cum commentariis et notationibus. Regula S. Pachomii scholiis et notis illustrata. Flores Cassiani siue illustriores sententiae ex ipsius operibus collectae. De incarnatione libri VII. — tomo altero: Collationes XXIV commentariis et notis illustratae. Dionysii Carthusiani doctrina catholica Collationi XIII substituta (= Conl. XIII, cap. XIX apud Mignium). Prosperi liber contra Collatorem. Cuyckii notae censoriae. Statuta duarum congregationum siue Capitulorum generalium ord. S. Benedicti. Ciacconii observationes in Cassianum. Indices quattuor 1) Locorum sacrae scripturae secundum uulgatam editionem. 2) Locorum secundum uersionem LXX interpretum. 3) Rerum et uocum quarundam in textu Cassiani occurrentium. 4) In commentaria et notationes. — quo consilio Gazaeus editionem parauerit, ipse in praefatione exponit: de textu, inquit, auctoris repurgando aut reformando non magnopere laborandum existimaui, cum satis emendatum et enucleatum nobis reliquerint Cuyckius et Ciacconius, uiri doctissimi et accuratissimi. contuli tamen cum aliquot exemplaribus tum excusis tum mss., et subinde quaedam loca ab illis praetermissa aut minus expensa correxi aut excussi, et adhibita etiam Dionysii Carthusiani paraphrasi lucem ascui: quem tamen paraphrastem (salua tanti uiri auctoritate) nonnumquam ab auctoris mente ac sententia aberrasse submonui. — non igitur in animo fuit Gazaeo nouis subsidiis adgestis textum scriptoris emendare. et reuera totus a prioribus pendet quos laudat, ita tamen ut in uniuersum Cuyckii textum reddat. qua in re prauum hominis iudicium fuisse deprehendimus, quod etiam epistula illa subditicia S. Castoris ad Dominum Cassianum abbatem Massi-*

liensem (Migne XLIX, p. 53), quam *ex uetusto Codice Elnonensis monasterii S. Amandi* in lucem protraxit, satis euidenter ostendit. contra in eo, quod adnotationes fere perpetuas adiecit, quibus uoces, dictiones, sententias obscuriores elucidauit, quaestiones theologicas ad monasticum institutum spectantes examinauit, antiquos ritus et instituta ueterum monachorum et in officiis diuinis peragendis et in aliis exercitationibus curiose obseruauit, in usum Benedictinorum plerasque ac praecipuas difficultates ex Cassiano explicauit, sententias Cassiani insigniores similibus sententiis sanctorum patrum illustrauit, labor eius admodum utilis fuit.

Restat ut de editionis nostrae ratione atque consilio pauca dicamus. cum libros manu scriptos circumspicerem, propter ingentem copiam eorum, qui siue Institutiones siue Conlationum partes singulas continent, subsidia critica certis terminis definienda esse cognoui, ne opus, ut editoris Romani uerbis utar, in immensum excresceret. sufficere dixisse in sola bibliotheca nationali quae Parisiis est Institutionum et Conlationum libros manu scriptos circiter quinquaginta extare. atque ut proferam quod sentio: persuasum mihi est ne paucis quidem codicibus saec. VIII—X siue X quos intactos reliqui quam diligentissime excussis fore ut ad uerba emendanda multum proficiatur. nam ut plerisque scriptoribus ecclesiasticis, qui aeuo medio monachorum manibus multum terebantur, ita etiam Cassiano contigit, ut quo recentiore saeculo describeretur eo magis interpolaretur. itaque haec opera secundum antiquissimorum codicum fidem recensenda esse existimaui, quos exceptis Sessoriano Σ , qui iam conlatus erat, et Britannico M omnes ipse excussi. textum ita institui, ut codicum speciem quam diligentissime conseruarem. itaque capitum titulos, qui in nullo librorum quos uidi ipsis capitibus superpositi sunt,¹⁾ locis suis reliqui, capita aut secundum optimorum librorum fidem aut, ubi his destitutus eram, secundum capitulationes ipsas distinxi, librorum contra Nestorium, qui in codicibus continui sine capitum distinctione scripti sunt, partitionem ita ut a Cuyckio primum

¹⁾ In solo R tituli capitum et praemissi et ante singula capita repetiti sunt.

instituta est retinui, paragraphorum numeros lectorum commoditati consulens omnibus scriptis ipse addidi. quod ad orthographiam attinet, a formis uulgo receptis raro et iis tantum locis recessi, ubi per codicum consensum uel per lectionis uetustatem licebat. nam in hac re librorum auctoritati non nimium tribuendum esse ipsorum discrepantiae quam latissime patentes satis demonstrant. id unum autem me adsequi non potuisse fateor, ut in consonanti *s* post *x* aut retinenda aut omittenda rationem certam obseruarem. consonantium adsimulationem, ubi per unum seu plures codices licebat, reieci. in ipsis uerbis scriptoris restituendis solos libros respexi, scripturae uulgatae fere mentione non facta nisi eis locis, ubi ea cum uno alteroue codicum consentit aut ubi de lectione tradita recedendum erat. qui igitur nosse uolet quantum nos hac editione profecerimus, eum textum nostrum cum ipsa Gazaei (siue Cuyckii) aut Ciacconii editione conferre oportebit. ne uero lector certis quibusdam indiciiis, quibus scripturarum discrepantiam recte aestimare possit, usquam destituatur, praeter illa quae supra iam disputata sunt etiam in indice uerborum et locutionum eos locos respexi, ubi de uera lectione aliqua dubitatio oriri poterat. cf. *accedere* et *extrinsecus*. *adcommodare* et *commodare*. *alapa*. *alioquin*. *arbitra*. *compellere*. *dein*. *delere* et *diluere*. *effluens*. *equidem*. *excessus*. *excire*. *exerere*. *exigere*. *extendere*. *facultas*. *fruticare*. *in futurum*. *humilitas*. *in* cum abl. pro accus. *initium conuersionis*. *liquor*. *magne opus* et rel: itaque priusquam de scriptura recepta praepropere iudicetur, index uelim consulatur, quo inspecto apparebit plurimis locis me non temere neque sine ratione, sed usu scriptoris diligenter examinato critici munus egisse. utcumque autem uiri docti de labore meo quem Cassiani libris per sex annos indefessus praestiteram iudicabunt, id pro certo scio neque subsidia critica meis meliora nunc temporis posse comparari neque diuersam codicum aestimationem aliamue rationem in ipsa crisi factitanda adhibitam ulli his operibus emolumento fore.

In fine praefationis primum mihi grates agenda sunt uiris doctis, qui libros manu scriptos in meum usum inuestigarunt descripserunt excerpterunt: tum praepositis bibliothecarum, qui

exemplaria ex parte pretiosissima summa liberalitate mihi sup-
peditauerunt, in primis Petro Canettio Uercellensi, cuius
aedibus hiemis tempore hospitaliter receptus per conplures dies
regionis circumpadanae frigus acre defendi: postremo duumiris
optimis Guilelmo Hartelio et Carolo Schenklio, quorum
ingenium curamque meę etiam in hoc opere expertum esse eo
quo par est animo testor.

Scribebam Graecii mense Quinctili a. 1887.

M. Petschenig.

GENNADIUS IN CATALOGO CAP. LXII.

H = Herdingii editio.
Bamb. = cod. Bambergensis 677 saec. XI. } apud Herdingium
Bern. = cod. Bernensis saec. XI. }
p = cod. Parisinus 14860 saec. XIII.

Cassianus natione Scythia Constantinopoli a Iohanne Magno
 episcopo diaconus ordinatus apud Massiliam presbyter condidit
 duo monasteria, id est uirorum ac mulierum, quae usque hodie
 exstant. scripsit experientia magistrante librato sermone et ut
 5 apertius dicam sensu uerba inueniens et actione linguam mouens
 res omnium monachorum professioni necessarias, id est: 'de
 habitu monachi' et 'de canonico orationum modo atque psal-
 morum', qui in monasteriis Aegypti die noctuque tenetur, libros
 tres, 'institutionum' librum unum, 'de origine et qualitate ac
 10 remediis octo principalium uitiorum' libros VIII, singulos sci-
 licet de singulis uitiiis libros expediens; digessit etiam 'colla-
 tiones cum patribus Aegyptiis habitas', hoc est 'de destinatione
 monachi ac fine', 'de discretione', 'de tribus ad seruiendum deo
 uocationibus', 'de pugna carnis aduersus spiritum et spiritus
 15 aduersus carnem', 'de natura omnium uitiorum', 'de nece sanc-
 torum', 'de mobilitate animae', 'de principatibus', 'de qualitate

1 natus sarta *Bamb. Bern. p* 3 ac] et *p* 6 necessarias professioni *p*
 7 de canonico orationum modo atque psalmodum *Bamb. Bern. p*: cf. *Inst.*
ll. II et III tituli 'de canonica oratione' atque 'psalmodum modo' *H*
 9 tres] quattuor *H*: uerus numerus extat in *p* 10 scilicet] quidem *p*
 11 expendens *p* 12 Aegyptiis] egypti *p* 13 fine *p*: fide *H* 14 ad-
 uersus spiritum *p*: aduersum spiritum *H* cf. *Concl. IIII passim* 16 prin-
 cipatibus *ego*: principalibus *H* de octo principalibus uitiiis *p*

orationis', 'de iugitate orationis', 'de perfectis', 'de castitate',
 'de protectione dei', 'de scientia spiritali', 'de diuinis charis-
 matibus', 'de amicitia', 'de definiendo uel non definiendo', 'de
 tribus antiquis generibus monachorum et quarto nuper exorto',
 'de fine coenobitae et heremitae', 'de satisfactione paenitentiae',
 'de remissione Quinquagesimae', 'de nocturnis illusionibus', 'de
 eo quod dicit apostolus: non enim quod uolo facio bonum,
 sed quod nolo malum hoc ago', 'de mortificatione'; et ad
 extremum rogatus a Leone archidiacono, postea urbis Romae
 episcopo, scripsit aduersum Nestorium 'de incarnatione Domini'
 libros VII et in his scribendi apud Massiliam et uiuendi finem
 fecit Theodosio et Ualentiniano regnantibus.

1 de iugitate orationis *om. p* 5 de fine cenobitae (cenobite *p*) et ere-
 mitae (heremite *p*) *Bern. p: om. H* 7 dixit *p* 10 aduersus nestorem *p*

IOHANNIS CASSIANI

DE INSTITUTIS COENOBIORUM

ET

DE OCTO PRINCIPALIUUM UITIORUM REMEDIIS

LIBRI XII.

C = Casinensis rescriptus 295 saec. VII.

A = Augustodunensis 24 saec. VII.

G = Caroliruhensis, olim Augiensis LXXXVII saec. VIII.

H = Parisinus 12292 saec. X ineuntis.

L = Laudunensis 328 bis saec. VIII.

S = Sangallensis 183 saec. VIII

T = Caroliruhensis, olim Augiensis CLXIII saec. VIII } lectiones selectae.

c = editio Cuyckii a. 1578.

r = editio Romana a. 1588.

v = *cr*.

Uulg. uel *Uulgata* = scriptura sacra secundum editionem uulgatam.

singulis asteriscis singulae litterae erasae significantur.

punctis adpositis abbreviantur lectiones, quae tantum propter discrepantiam orthographicam sunt receptae.

PRAEFATIO.

Ueteris instrumenti narrat historia sapientissimum Salomonem post acceptam diuinitus sapientiam prudentiamque multam nimis et latitudinem cordis quasi harenam maris innumerabilem, ita ut domini testimonio nullus ei similis retro
 5 actis temporibus exstitisse neque post eum surrecturus esse dicatur, illud magnificum domino templum exstruere cupientem alienigenae regis Tyri auxilium poposcisse. qui misso ad se Hiram filio mulieris uiduae, quidquid diuina sapientia suggerente praeclarum in templo domini uel in sacris uasibus
 10 moliebatur, ministerio eius ac dispositione perfecit. si ergo 2 ille uniuersis regnis terrae sublimior principatus et Israhelitici generis nobilior excellentiorque progenies illaque sapientia diuinitus inspirata, quae cunctorum Orientalium et Aegyptiorum disciplinas et instituta superabat, nequaquam pauperis atque
 15 alienigenae uiri consilium dedignatur, recte etiam tu his eruditus exemplis, beatissime papa Castor, uerum ac rationabile deo templum non lapidibus insensibilibus, sed sanctorum uiro- rum congregatione, nec temporale et corruptibile, sed aeternum

2] III Reg. 4, 29. 4] cf. l. c. 3, 13. 8] cf. l. c. 7, 13—14.

Praefatio sequentis operis *G* Incipit praefatio cassiani in libris de institutione et habitu monachorum *H*, *uterque litt. maiusc. nihil inscriptum in L*

1 salamonem *H*¹ 3 arenam *H* 5 exstitisse *G*²*HL* 6 instruere *H*
 extruere *L* 8 hyra *L*² quidquid *G*¹: quicquid *G*²*H* quicquid est *L*
 9 uasibus *G*: uassib^us (bus *del. m. 2*) *H* uasis *Lv* 10 dispositio *H*¹*L*¹
 11 uniuerse terrae (*om. regnis*) *L* 13 origentilium *L*¹ 15 auxilium *H*

atque inexpugnabile aedificare disponens, uasa etiam pretiosissima domino cupiens consecrare non muto auri metallo argenteue conflata, quae post rex Babylonius capta concubinarum suarum ac principum deputet uoluptati, sed animabus sanctis, quae innocentiae, iustitiae et castitatis integritate fulgentes regem
 5 Christum in semet ipsis circumferant commorantem, egenum me omnique ex parte pauperrimum ad communionem tanti
 3 operis dignaris accersire. in prouincia siquidem coenobiorum experti Orientalium maximeque Aegyptiorum uolens instituta fundari, cum sis ipse cunctis uirtutibus scientiaque perfectus
 10 et uniuersis ita refertus diuitiis spiritalibus, ut perfectionem quaerentibus satis abundeque non modo tuus sermo, sed etiam sola uita sufficiat ad exemplum, me quoque elinguem et pauperem sermone atque scientia, ut aliquid ad explementum tui desiderii de inopia sensus mei conferam, poscis praecipisque
 15 ut instituta monasteriorum, quae per Aegyptum ac Palaestinam custodiri conspeximus, ita ut ibi nobis a patribus tradita sunt quamuis inperito digeram stilo, non leporem sermonis inquirens, in quo ipse adprime es eruditus, sed sanctorum simplicem uitam
 20 simplici sermone fratribus in nouello monasterio tuo cupiens
 4 explanari. cui rei quantum me pius ardor desiderii tui prouocat oboedire, tantum multiplices aestuum moles uolentem obtemperare deterrent. primum quia nec uitae meae ita aequiperant merita, ut confidam me res tam arduas, tam obscuras, tam sanctas digne posse animo ac mente complecti. secundo
 25 quod ea, quae a pueritia nostra inter eosdem constituti atque

3] cf. Dan. 5, 2.

1 adque *H*¹ ac inpugnabile *G* uassa *H*¹ etia *L* 2 multo *v*
 3 babilonius *H* 4 uoluntati *HL*¹ 5 iustitiae casti & caritatis *H* iustitiae castitatis *L* iustitia et castitatis *G*²*S* 6 circumferunt *H* 7 communionem *H* commonionem *L*¹ 8 digerneris *H*¹ accersire *G*: adsciscere *HLv* prouintia *G* siquidem *GH*: siquidem hac *L* 9 experti *GH*:
 uel ^a experte *S* ex parte *ex* experta *L* prouincialium orientalium *H* orientalium *L*¹ institutione *H* 10 fundare *L* 11 ita uniuersis *H* diuitis *H*¹*L*¹ ut] et *G*¹ 14 supplementum *H* 15 desiderii *H* 16 palaestinam *codd.* 18 degeram *H*¹ 19 eruditus es *H* 21 cuius *G* desiderii *L* 24 res *om.* *G*¹ 25 possim *H*¹ secundum *G*: cf. I, 11, 2. II, 10, 2

ipsorum incitati cotidianis adhortationibus et exemplis uel agere
 temptauimus uel didicimus uel uisu percepimus, minime iam
 possumus ad integrum retinere, tot annorum circulis ab eorum
 consortio et imitatione conuersationis abstracti, praesertim cum
 5 harum rerum ratio nequaquam possit otiosa meditatione doc-
 trinaque uerborum uel tradi uel intellegi uel memoria contineri.
 totum namque in sola experientia usuque consistit, et quemad- 5
 modum tradi nisi ab experto non queunt, ita ne percipi quidem
 uel intellegi nisi ab eo, qui ea pari studio ac sudore adpre-
 10 hendere elaborauerit, possunt: quae tamen si conlatione iugi
 spiritualium uirorum frequenter discussa non fuerint et polita,
 cito rursum mentis incuria dilabuntur. tertio quia id ipsum,
 quod utcumque non pro merito rei, sed pro praesentis temporis
 statu possumus reminisci, inperitior sermo congrue non ualet
 15 explicare. huc accedit, quod super hac re uiri et uita uobiles et
 sermone scientiaque praeclari multa iam opuscula desudarunt,
 sanctum Basilium et Hieronymum dico aliosque nonnullos.
 quorum anterior sciscitantibus fratribus super diuersis institutis
 uel quaestionibus non solum facundo, uerum etiam diuinarum
 20 scripturarum testimoniis copioso sermone respondit, alius uero
 non solum suo elucubratos ingenio edidit libros, uerum etiam
 Graeca lingua digestos in Latinum uertit eloquium. post quorum 6
 tam exuberantia eloquentiae flumina possem non inmerito prae-
 sumptionis notari, si aliquid stillicidii huius inferre temptassem,
 25 nisi me haec fiducia tuae sanctitatis animaret et sponsio, quod
 uel tibi hae nugae forent acceptae qualescumque sunt, uel eas
 congregationi fratrum in nouello tantum monasterio commo-
 rantium deputares: qui, si quid a nobis minus forsitan caute

1 et om. *H*¹ adhortationibus cotidianis atque *L* 2 temptauimus *H*¹*L*
 didicimus *H*¹*L*¹ percipimus *H*¹ 3 ad integrum iam possumus *H*
 retinere *H*¹ 4 conuersationes *L*¹ 6 contineri *H*¹ 8 nec *HL*^{2v} 11 et
 expolita *H* 12 delabuntur *H*¹ 14 possumus *G*¹ 15 nobilis *L*¹ 17 bas-
 siliium *H*¹*L* hieronimum *codd.* 19 facondo *L*¹ 20 testimoniis *L*¹ 21 elu-
 cubratus *H*¹ elocubratus *L*¹ 22 greca *codd.* degestos *H*¹*L*¹ 23 possum
*H*¹*L* 24 imferre *L* temptarem *H* 25 haec *GL*¹: ad haec *L*² et '4 ms.'
apud Cuyckium nisi ad haec me *H* nisi me et (om. haec) *r* et eras. in *L*
 quid *G*¹ 26 hee *L* sunt] essent *H* 27 fratruum *H*¹ 28 caute forsi-
 tan *H* (*saepe uocabula in H traiecta sunt, quod plerumque non notabo*)

prolatum fuerit, et pie relegant et cum uenia indulgentiore
sustentent, fidem potius mei sermonis quam uenustatem eloquii
7 requirentes. quapropter, beatissime papa, unicum religionis et
humilitatis exemplar, tuis precibus animatus secundum uires
ingenii mei opus quod iniungis adgrediar et ea, quae omni- 5
modis intacta relicta sunt ab anterioribus nostris, utpote qui
audita potius quam experta describere temptauerunt, uelut rudi
monasterio et in ueritate sitientibus intimabo. nec plane mira-
bilibium dei signorumque narrationem studebo contexere. quae
quamuis multa per seniores nostros et incredibilia non solum 10
audierimus, uerum etiam sub obtutibus nostris perspexerimus
inpleta, tamen his omnibus praetermissis, quae legentibus praeter
admirationem nihil amplius ad instructionem perfectae uitae con-
ferunt, instituta eorum tantummodo ac monasteriorum regulas
maximeque principalium uitiorum, quae octo ab eis designantur, 15
origines et causas curationesque secundum traditiones eorum,
quantum domino adiuuante potuero, fideliter explicare contendam.
8 propositum siquidem mihi est non de mirabilibus dei, sed de
correctione morum nostrorum et consummatione uitae perfectae
secundum ea, quae a senioribus nostris accepimus, pauca dis- 20
serere. in eo quoque tuis praeceptis satisfacere studebo, ut, si
quid forte non secundum typum maiorum antiquissima consti-
tutione fundatum, sed pro arbitrio uniuscuiusque instituentis
monasterium uel deminutum uel additum in istis regionibus
conprobauero, secundum eam quam uidimus monasteriorum 25
regulam per Aegyptum uel Palaestinam antiquitus fundatorum
fidei sermone uel adiciam uel recidam, nequaquam credens
rationabilius quippiam uel perfectius nouellam constitutionem
in occiduis Galliarum partibus repperire potuisse quam illa
sunt instituta, in quibus ab exordio praedicationis apostolicae 30

1 praelatum *H*¹ piaese legant *H* indulgentiori *HL*² 2 sermonis
mei *H* eloqui* *H* 3 unacum *G*¹ relegionis *H* 6 releta *G*¹ ut-
pote *H*¹ 7 quam experta *om. L*¹ temptauerunt *H*¹ 11 conspexerimus *H*
16 origenes *G*¹ origenis *L*¹ 19 correptione *HL* 20 accipimus *H*¹
deserere *G*¹*H*¹ 23 instruentis *H* 24 deminutum *L*: diminutum *GH*
25 conprobato *L*¹ 26 palaestinam *codd.* 27 recedam *H*¹ credens *L*:
enim credis *G* enim credens *H*

a sanctis ac spiritalibus patribus fundata monasteria ad nos usque perdurant. illam sane moderationem opusculo huic inter- 9
serere praesumam, ut ea, quae secundum Aegyptiorum regulam seu pro asperitate aërum seu pro difficultate ac diuersitate morum
5 impossibilia in his regionibus uel dura uel ardua conprobauero, institutis monasteriorum, quae per Palaestinam uel Mesopotamiam habentur, aliquatenus temperem, quia, si rationabilis possibilium mensura seruetur, eadem obseruantiae perfectio est etiam in impari facultate.

LIBER PRIMUS.

DE HABITU MONACHORUM.

CAPITULA.

- I. De cingulo monachi.
 II. De ueste monachi.
 15 III. De cucullis Aegyptiorum.
 IIII. De colobiis Aegyptiorum.
 V. De rebracchiatoriis eorum.
 VI. De mafortibus eorum.
 VII. De melote et pelle caprina.
 20 VIII. De baculo Aegyptiorum.
 VIII. De calciamentis eorum.
 X. De temperamento obseruantiae, quae secundum aërum qualitatem uel usum prouinciae sit tenenda.
 XI. De cingulo spiritali et sacramento ipsius.

1 ac *GH*: et *L* 2 modorationem *L* 5 conprobato *L*¹ 6 institutionibus *H* palaestinam *codd.* 7 aliquatinus *L* 9 facultate. Finit praefatio. Incipiunt capitula sequentis libri *G* Explicit praefatio. Incipiunt capitula *H* Incipiunt cap^l libri primi *L* 15 cocullis *H* 16 colaphis *L*¹ 17 rebracchiatoriis *L* rebrachiatoris *H* 18 mafontibus *H* 20 aegyptiorum *om. H* 21 calciamentas *L*¹ 22 aerem *H* 23 prouintiae *H* 24 ipsius *om. H* Incipit liber primus de habitu monachi praefati auctoris *G* Incipit liber primus de habitu monachorum *H* Incipit liber primus de monachorum habitu in . . . a^o regula (? *litteris maximam partem adtritis et deteris*) *L* *librum primum Cassianum inscripsisse 'de*

I. De institutis ac regulis monasteriorum dicturi unde competentius donante deo quam ex ipso habitu monachorum sumemus exordium? quorum interiorum cultum consequenter tunc poterimus exponere, cum exteriorum ornatum sub oculorum depinxerimus obtutibus. itaque monachum ut militem Christi in procinctu semper belli positum accinctis lumbis iugiter oportet
 2 incidere. hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui in ueteri
 5 testamento professionis huius fundare primordia, Heliam scilicet et Helisaeum, diuinarum scripturarum auctoritate monstratur: ac deinceps principes auctoresque testamenti noui, Iohannem uidelicet, Petrum et Paulum ceterosque eiusdem
 10 ordinis uiros taliter incessisse cognoscimus. quorum prior, qui in ueteri testamento uirginitatis iam flores et castimoniam continentiaeque praefigurabat exempla, cum fuisset a domino missus ad increpandos nuntios Ochoziae sacrilegi regis Israhel, eo quod aegritudine praepeditus super statu salutis suae Beelzebub deum Accaron consulere destinasset, et idecirco eis occurrens idem propheta descensum de lecto ei in quo conciderat
 15 denegasset, decumbenti regi exposita uestitus qualitate con-
 3 pertus est. reuersos enim ad se nuntios ac referentes sibi
 20 prophetae sententiam sciscitatus est, cuius esset figurae et habitus uir, qui occurrisset eis et locutus fuisset huiuscemodi uerba: uir, inquit, pilosus, et zona pellicia accinctis renibus. ex quo habitu confestim rex contemplatus hominem dei ait: Helias Thesbites est, zonae uidelicet indicio et
 25 hirsuti incultique corporis specie uirum dei indubitanter agnoscens, eo quod istud ei inter tot Israhelitici populi milia commo-

23] III Reg. 1, 8. 25] 1. c.

habitu monachorum etiam ex capitis primi §. 1 consequitur. ceterum cf. indiculum cod. L praemissum et subscriptionem libri primi in codd. H et Sessoriano (Reifferscheid, BPLI tom. I, p. 137)

1 competentius L 2 dño H habito H¹ monachorum habitu L
 sumimus G² 9 heliseum codd. 12 intercessisse G¹ 14 exemplum H
 15 ochozie G achoziae H¹ ifrā G 16 belzebub H 17 destinasset H
 ei L 18 profeta G discensum H¹ ei H²: eius GH¹v om. L 19 ex-
 posita H¹L¹ 20 reuersus L¹ refferentes L 22 cuiusque modi H
 23 pilosus L¹ accinctis GH: accinctis L accinctus v et Uulgata
 25 helias L thesbites H¹ 27 commorante L¹

ranti cultus proprii uelut quoddam inpressum speciale signum
 perpetuo cohaereret. de Iohanne quoque, qui ueteris nouique 4
 testamenti, uelut quidam sacratissimus limes, finis initiumque
 processit, ita euangelista narrante cognoscimus: ipse autem
 5 Iohannes habebat uestimentum de pilis camelorum et
 zonam pelliciam circa lumbos suos. Petro etiam in custo-
 diam carceris ab Herode detruso et ad necem die postera pro-
 ducendo angelo adsistente praecipitur: praecingere et cal-
 10 ciam te gallicis tuis. quod ut faceret nequaquam monuisset
 quietis paulisper defecta membra solita cinguli obstructione
 laxasse. Paulum quoque ascendentem Hierosolymam et protinus 5
 a Iudaeis in uincla mittendum Agabus propheta repperiens
 Caesareae sublato eius cingulo ligans suas manus et pedes,
 15 ut gestu corporis sui passionis eius praefiguraret iniurias, ait:
 haec dicit spiritus sanctus: uirum cuius est zona
 haec sic alligabunt Iudaei in Hierusalem et tradent
 in manus gentium. quod utique a propheta proferri minime
 potuisset et dici uirum cuius est zona haec, nisi Paulus
 20 eam lumbis suis indesinenter solitus fuisset aptare.

II. Uestis quoque sit monachi, quae corpus contegat tantum
 ac repellat uerecundiam nuditatis et frigoris retundat iniuriam,
 non quae seminaria uanitatis aut elationis enutriat, ita eodem
 apostolo praedicante: habentes autem alimenta et operi-
 25 menta, his contenti simus: opera, inquit, non
 uestimenta, ut in quibusdam Latinis exemplaribus non pro-
 prie continetur, id est quae corpus operiant tantum, non quae
 amictus gloria blandiantur, ita uilia, ut nulla coloris uel habi-

4] Matth. 3, 4. 8] Act. 12, 8. 16] Act. 21, 11. 24] I Tim. 6, 8.

1 propitii *H*¹ proprii *L*¹ uelud *H*¹ (*passim*) 5 iohannis *H*¹ pellis
 camellorum *L*¹ 7 et *om.* *H* nicem *L*¹ 9 gallicis (τὰ σαυδάλια) tuis
*H*¹: caligis tuis *GH*² caligas tuas *Lv et Uulg.* 10 eum (*ante angelus*)
om. L ab *G*¹ 11 soluta *L* 12 laxasse *om. L*¹ ascendens in *L*¹
 hierosolimam *GL*² hierusomam *H* hierosolimam *L*¹ 13 iudeis *codd.*
 uincla *Gr*: uincla *HLc* 14 caesare *H*¹ caesarię *H*² manus suas *H*
 17 sic *GL*: ita *H* 18 profeta *G* 20 abtare *H*¹ 21 non distinguit *H*, sed
 in marg. extat *K i. e.* capitulum 22 retundat *om. H* 23 ita] item *H*
 25 hiis *L*¹ sumus *L et Uulg.*

tus nouitate inter ceteros huius propositi uiros habeantur insignia, ita studiosis accurationibus aliena, ut nullis rursum sint adfectatis per incuriam sordibus decolora: postremo sic ab huius mundi separentur ornatu, ut cultui seruorum dei in
 2 omnibus communia perseuerent. quidquid enim inter famulos 5
 dei praesumitur ab uno uel paucis nec catholice per omne corpus fraternitatis tenetur, aut superfluum aut elatum est et ob id noxium iudicandum magisque uanitatis specimen quam uirtutis ostentans. et idcirco haec quae nec a ueteribus sanctis, qui huius professionis fundamenta iecerunt, neque a patribus 10
 nostri temporis, qui eorum per successiones instituta nunc usque custodiunt. tradita uidemus exempla, ut superflua et inutilia nos
 3 quoque resecare conueniet. quamobrem ciliciam uestem uelut 15
 circumspectam cunctis atque notabilem et quae ex hoc ipso non solum nulla spiritui possit emolumenta conferre, sed etiam elationis concipere uanitatem, quaeque ad necessarii operis exercitium, in quo monachum semper impigrum expeditumque oportet incedere, inhabilis atque inepta sit, omnimodis refugerunt. quòdsi quosdam hoc amictu circumdatos audiuimus probabiles existisse, non ex eo nobis est monasteriorum regula sancienda uel 20
 antiqua sanctorum patrum sunt proturbanda decreta, quod pauci praesumentes aliarum uirtutum priuilegio ne in his quidem, quae non secundum catholicam regulam ab eis usurpata sunt, reprehendi debere creduntur. generali namque omnium constitutioni paucorum non debet praeponi nec praeiudicare sententia. illis enim debemus institutis ac regulis indubitatam fidem 25
 4 et indiscussam oboedientiam per omnia commodare, non quas paucorum uoluntas intulit, sed quas uetustas tantorum temporum et innumeritas sanctorum patrum concordi definitione in posterum propagauit. nec hoc sane praeiudicare nobis debet 30

1 ceteros] ceros *L* 3 adfectadis *H*¹ decolora *GL*¹: decolorata *HL*^{2v}
 5 commonea *H*¹ quicquid *G*²*L* 6 catholicae *H*¹*L* 7 et obnoxium *G*
 10 iacuerunt *H*¹ 11 successioneis *H*¹ 12 uidemus *L*: uidimus *GH*
 13 conuenit *H*² cilicinam *G*²*H*²*L*^{2v} 14 circuminspectam *H* cuneis *G*
 16 necessari *L* 18 refugerunt *G*: refutarunt *HLv* 19 audimus *G*^{1r} extetisse *L*¹ extitisse *HL*² 20 monasteriorum est *Gv* 22 praesumentes pauci *L* aliorum *G* ne *om. L* hiis *L*¹ 25 debes *G*¹ 28 uolumptas *L*¹
 29 innumerossitas *H*¹ patrum *H*¹ 30 nos (*s in ras. trium litt.*) *L*

ad cotidianaе conuersationis exemplum, quod uel Ioram sacri-
 legus rex Israhel cateruis hostium circumsaeptus scissa ueste
 cilicium habuisse perhibetur intrinsecus uel quod Nineuitae
 ad mitigandam dei sententiam, quae in eos inlata fuerat per
 5 prophetam, cilicii asperitate uelati sunt, cum et ille ita intrin-
 secus latenter indutus eo fuisse monstretur, ut nisi scisso de-
 super indumento a nemine prorsus potuisset intellegi, et isti
 eo tempore operimentum cilicii sustentarint, quo cunctis super
 imminente urbis euersione lugentibus eodemque amictu circum-
 10 datis nullus posset a quoquam ostentationis notari, quia, nisi
 insolens sit diuersitas, non offendit aequalitas.

III. Sunt praeterea quaedam in ipso Aegyptiorum habitu non
 tantum ad curam corporis, quantum ad morum formulam con-
 gruentia, quo simplicitatis et innocentiae obseruantia etiam in
 15 ipsa uestitus qualitate teneatur. cucullis namque perparuis usque
 ad ceruicis umerorumque demissis confinia, qui capita tantum
 contegant, indesinenter diebus utuntur ac noctibus, scilicet ut
 innocentiam et simplicitatem paruulorum iugiter custodire etiam
 imitatione ipsius uelaminis commoneantur. qui reuersi ad in-
 20 fantiam Christo cunctis horis cum affectu ac uirtute decantant:
 domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt
 oculi mei. neque ambulauit in magnis: neque in mira-
 bilibus super me. si non humiliter sentiebam: sed
 exaltaui animam meam: sicut ablactatum super ma-
 25 trem suam.

1] cf. III Reg. 6, 30. 3] cf. Ion. 3, 5. 21] Ps. 130, 1—2.

1 conuersationes *L*¹ 2 ifr¹ *G* circumseptus *codd.* 3 cylicium *L*¹
 nineuitae *L*¹*G*²: niniuitae *G*¹*HL*² 4 lata *Lc* 5 ciliei *H* cylicii *L*¹
 6 monstratur *L* 8 sustentarint *G*: sustentarent *L* ostentarent *Hv*
 que^o *L* 9 imminente *H* imminente *L* 10 possit *H*¹*L* 12 III *GL*
K in marg. H habitu aegyptiorum *L* 13 formolam *H*¹ 16 ceruices
*G*¹*L*² umerumque *G*¹ humerorumque *G*²*HL* dimissis *GHL* (*sed in*
L prima i in ras.) quae *G*²*S*: cf. *cap.* 10 17 contegant *H* 18 par-
 uulorum *L*¹ 19 infantiam *L* 20 xp̄o *H*²: christi *GH*¹*Lv* cf. *II, 3, 2*
 horis atque momentis *H* ac] et in *H* 24 ablactatum (τὸ ἀπογεγαλα-
 κτισμένον). *L*¹: quod ablactatum est *GHL*² matrem suam (ἐπὶ τὴν μητέρα
 αὐτοῦ) *G*¹*HL*: matre sua *G*²*Sv* et *Uulg.*

III. Colobiis quoque lineis induti, quae uix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, ut amputatos habere eos actus et opera mundi huius suggerat abscessio manicarum et ab omni conuersatione terrena mortificatos eos uelaminis linei doceat indumentum audiantque per hoc apostolum cotidie sibi dicentem: mortificate membra uestra quae sunt super terram, illud quoque ipso habitu protestante: mortui enim estis, et uita uestra abscondita est cum Christo in deo, et: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, mihi que hic mundus crucifixus est et ego mundo. 10

V. Gestant etiam resticulas duplices laneo plexas subtemine, quas Graeci ἀναλάβους uocant, nos uero subcinctoria seu redimicula uel proprie rebracchiatoria possumus appellare. quae descendunt per summa ceruicis et e lateribus colli diuisa utrarumque alarum sinus ambiunt atque hinc inde succingunt, ut constringentia latitudinem uestimenti ad corpus contrahant atque coniungant, et ita constrictis bracchiis in pigri ad omne opus explicitique reddantur, illud apostoli praeceptum studentes omni uirtute complere: quia non solum mihi sed etiam his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. neque gratis panem ab aliquo manducauimus, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem uestrum grauaremus, et: si quis non uult operari, nec manducet. 15 20

6] Col. 3, 5. 8] 1. c. 3. 9] Gal. 2, 20. 10] Gal. 6, 14. 20] Act. 20, 34. 21] II Thess. 3, 8. 24] 1. c. 10.

1 III *GL non distinguit H, sed K additum in marg.* colobiis *H*¹ 3 abscissio *G*: abscissio *HLx* 4 terrenam *G*¹ 6 membra *L* 7 illud] illo *H* 10 uiuet *H*¹ mihi que hic *GL*: mihi *H* 12 V *GL* *K in marg.* *H* subtemine *GSH*²: subtegmine *H*¹*Lv* 13 greci *GH* graece *L* ΑΝΑΛΑΒΟΥΣ *GS*: ΑΝΧΑΛΒΟΥΣ *H* ΑΝΑΒΩΛΟΥΣ *L* uocent *H*: *om. v* subcinctoria *H*¹: succinctoria *GH*²*L* 14 rebracchiatoria *G*¹: rebrach. *rell.* possumus *H*¹ 15 e lateribus *H* et 'omnia ms. apud Cuyckium: a lateribus *L* lateribus *G* 16 adque *H* 18 bracchiis *L*: brachiis *rell.* 19 explicitique *G*: explicatque *L* expeditique *Hv* (*cf. p. 10, 17*) 20 hiis *L*¹ 21 sunt] erant *H* 23 et die *GL*: ac die *Hv* 24 grauaremus *H*¹ grauaremus *L*¹ nec] non *L*

VI. Post haec angusto palliolo tam amictus humilitatem quam uilitatem pretii compendiumque sectantes colla pariter atque umeros tegunt, quae mafortes tam nostro quam ipsorum nuncupantur eloquio, et ita planeticarum atque byrriorum pretia simul ambitionemque declinant.

VII. Ultimū est habitus eorum pellis caprina, quae melotis uel pera appellatur, et baculus, quae gestant ad imitationem eorum qui professionis huius praefigurauere lineas iam in ueteri testamento. de quibus apostolus circumierunt, inquit, in melotis et pellibus caprinis egentes, angustiati, adflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in cauernis terrae. qui tamen habitus pellis caprinae significat mortificata omni petulantia carnalium passionum debere eos in summa uirtutum grauitate consistere nec quicquam petulcum uel calidum iuentutis ac mobilitatis antiquae in eorum corpore residere.

VIII. Nam et baculum gestasse eosdem uiros etiam Helisaeus, qui unus ex ipsis est, docet, cum dicit ad Giezi puerum suum, mittens eum ad suscitandum filium mulieris: tolle baculum meum et currens uade, pone eum super faciem pueri, et uiuet. quem utique non dedisset ei propheta gestandum, nisi eum manu sua solitus esset iugiter circumferre. cuius gestatio spiritaliter monet numquam debere eos inter tot oblatrantes uitiorum canes et inuisibiles spiritalium nequitiarum bestias inermes incedere (de quibus beatus Dauid liberari postulans dicit: ne tradas, domine, bestiis animam confitentem tibi), sed inruentes eas retundere ad

9] Hebr. 11, 37—38. 19] III Reg. 4, 29. 26] Ps. 73, 19 (LXX).

1 VI *GL* *K in marg.* *H* 2 *preci*ⁱ *L* humeros *GHL*² humeres *L*¹ 4 planeticarum *GH*¹ byrriorum *GH*²*L*: birrorum *H*¹ 6 VII *GL* *K in marg.* *H* ultimus *L*²*v* melotis *GH*: melotes *L*^v 7 quem *H* 8 linias *H*¹ iam *om.* *Gc* 9 circuerunt *G*²*L* inquit *GH*¹ 10 et] *rasura in G* 12 et in montibus *L* 13 mortificata *post eos habet L* 15 callidum *G*¹*H* 17 VIII *GL*: *K in marg.* *H* helyseus *G* heliseus *HL* 18 *iezi *G* *g*ⁱiezi *H* gyezi *L* 21 et uiuet *HL*: ut uiuat *G*^v 26 se liberare postulans *L* 27 confitentem *L*¹ ad crucis signaculum *G*: crucis signaculo *HL*^v

crucis signaculum ac longius propulsare, atque aduersum se saeuientes iugi memoria dominicae passionis et imitatione illius mortificationis extinguere.

VIII. Calciamenta uero uelut interdicta euangelico praecepto recusantes, cum infirmitas corporis uel matutinus hiemis rigor seu meridiani aestus feruor exegerit, tantummodo gallicis suos muniunt pedes, hoc interpretantes usu earum uel dominica permissione signari, ut, si in hoc mundo constituti cura et sollicitudine carnis huius omnimodis exuti esse non possumus nec ab ea penitus praeualemus absolui, saltem occupatione leui et implicatione tenui necessitatem corporis explicemus, neue animae nostrae pedes, qui expediti ad spiritalem cursum et praedicandam euangelii pacem semper esse debent parati (quibus post odorem unguentorum Christi currimus et de quibus Dauid cucurri, inquit, in siti, et Hieremias: ego autem non laboraui te sequens), morticinis saeculi huius curis patiamur inuolui, de his scilicet cogitantes, quae non ad supplendam necessitatem naturae, sed ad superfluum noxiamque pertinent uoluptatem. quod ita inplebimus, si secundum apostolum carnis curam non fecerimus in desideriiis. quibus tamen gallicis quamquam licito utantur utpote domini mandato concessis, nequaquam tamen pedibus eas inhaerere permittunt, cum accedunt ad celebranda seu percipienda sacrosancta mysteria, illud aestimantes etiam secundum litteram custodiri debere quod dicitur ad Moysen uel ad Hiesum filium Naue: solue corrigiam calciamenti tui: locus enim, in quo stas, terra sancta est.

4] cf. Matth. 10, 10. 14] Cant. 1, 3. 15] Ps. 61, 5. Hierem. 17, 16 (LXX). 19] Rom. 13, 14. 21] cf. Marc. 6, 9. 25] Exod. 3, 5. Ios. 5, 16.

1 propellare ^eH 2 imitatione L¹ 4 VIII GL: K in marg. H euangelico interdicta L 5 recussantes H¹ infirmitas L¹ 6 meridiani H exigerit H¹L¹ caligis H²L² 8 permissione L 10 saltem H²L² leui om. H 11 inplectatione H¹ ne uel GL¹ 12 praedicandum euangeli L¹ 13 semper esse debent GHc: semper debent esse Lr debent semper esse S de quibus H 15 inquit GH¹L¹ 16 te pastorem sequens L et Uulgata seculi G 17 hiis L¹ 18 uoluntatem H uoluntatem L¹ 20 caligis H²L² 21 utantur ut puta H 24 custodire L 25 moisen H iesum G²L corrigiam H: cf. Rönsh, Ital. u. Uulg.² p. 463

X. Haec dicta sint, ne quid praetermississe de Aegyptiorum habitu uideamur. ceterum a nobis tenenda sunt illa tantummodo, quae uel locorum situs uel prouinciae usus admittit. nam neque gallicis nos neque colobiis seu una tunica esse contentos
 5 hiemis permittit asperitas, et paruissimi cuculli uelamen uel melotae gestatio derisum potius quam aedificationem ullam uidentibus comparabit. quapropter illa tantum, quae superius commemorauimus quaeque sunt et humilitati professionis nostrae et qualitati aërum congruentia, a nobis quoque adfectanda cen-
 10 semus, ut omnis summa nostri uestitus non in nouitate habitus, qui possit offendiculum hominibus saeculi huius inferre, sed honesta in uilitate consistat.

XI. His itaque uestimentis Christi miles indutus nouerit prius ob id se cinguli constrictione munitum, ut ad cunctos
 15 usus et opera monasterii non solum mente promptus, sed etiam ipso habitu semper expeditus incedat. tanto namque feruentior circa spiritalem profectum ac diuinarum rerum scientiam cordis puritate probabitur, quanto fuerit erga oboedientiae studium operisque deuotior. secundo cognoscat etiam in ipso habitu 2
 20 cinguli inesse non paruum quod a se expeditur sacramentum. accinctio enim lumborum et ambitus pellis emortuae significat eum mortificationem circumferre membrorum, in quibus libidinis atque luxuriae seminaria continentur, euangelicum illud mandatum quod dicitur sint lumbi uestri praecincti
 25 apostolica interpretatione ingeri sibi semper intellegens: mor-

24] Luc. 12, 35. 25] Col. 3, 5.

1 X G non distinguunt HL, sed in marg. H habet K sunt H praetermississe L egyptiorum HL 2 post uideamur man. rec. in L initium capitis X indicauit 3 nel post quae om. H prouintiae GL
 4 caligis H² caligis nos neque in marg. L² colobis H¹ tōnica H
 5 coculi H 6 melotae scripsi: melote GS melotis HL risum L
 7 commorauimus H 10 om. G^{nia} 11 seculi G inferre L 13 XI G, et L man. rec. in marg. X SL¹ K in marg. H 15 et opera GL: operaque H prumptus G¹H¹ 16 tantum G 19 dintior H cognuscat G¹ cognosceat H 21 accinctio L 23 adque L¹ luxuriae G¹H¹ praeceptum illud euangelicum L 24 quod GH¹: quo H²v quod dicitur om. L 25 ingeri . . . 16, 1 super om. H

tificate scilicet membra uestra quae sunt super terram,
 fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscen-
 3 tiam malam. ideoque illos tantummodo legimus in scripturis
 sanctis cingulo fuisse praecinctos, in quibus seminaria coitus
 inueniuntur extincta, quique illud beati Dauid eloquium opere 5
 ac uirtute decantant: quia factus sum sicut uter in pruina,
 eo quod erasa medullitus carne uitiorum emortuam exterioris
 hominis cutem spiritus uirtute distendant. et idcirco in pruina
 significanter adiecit, quod scilicet nequaquam fuerint sola cordis
 mortificatione contenti, uerum etiam exterioris hominis motus 10
 et ipsius naturae incentiua continentiae pruina extrinsecus acce-
 dente habuerint congelata, nullum iam dumtaxat secundum
 apostolum regnum peccati in suo mortali corpore sustinentes
 nec gestantes carnem spiritui repugnantem.

LIBER SECUNDUS.

15

DE CANONICO NOCTURNARUM ORATIONUM ET PSALMORUM MODO.

CAPITULA.

- I. De canonico nocturnarum orationum et psalmorum modo.
 II. De diuersitate numeri, qui ad decantandos psalmos per 20
 uniuersas prouincias sit statutus.
 III. De uniformis regulae per totam Aegyptum custodia et
 de electione eorum, qui fratribus praeponuntur.
 IIII. Quod per Aegyptum et Thebaidem duodenarius psal-
 morum numerus obseruetur. 25

6] Ps. 118, 83. 13] cf. Rom. 6, 12. 14] cf. Gal. 5, 17.

1 membra *L*¹ 2 libidinem et *H* 4 praecinctos *L* 6 uter *om.* *L*¹
 proina *L*¹ 8 cotem *L*¹ destendant *G*¹ distendant *H*¹ et ideo *L*
 10 motus *om.* *L*¹ 11 accidente *H*¹ 12 congilata *H*¹ 14 repugnantem.
 Explicet de habitu monachi liber primus. Incipiunt capitula subsequentis
 libri secundi *G* De habitu monachorum liber primus explicet *H*: *om.* *L*
 Incipiunt capitula de libri secundi *L*: *om.* *H* 21 prouintias *L* statutis *H*¹
 statutas *L*¹ 22 regula *H* 24 tebaidam *H* 25 obseruatur *H*

V. De duodenario psalmodiarum numero angeli traditione suscepto.

VI. De duodecim orationum consuetudine.

VII. De disciplina orandi.

VIII. De subsequente oratione post psalmum.

5 VIII. De orationis statu, super quo in conlationes seniorum plenior reseruetur instructio.

X. Cum quanto silentio et breuitate orationes apud Aegyptios colligantur.

XI. Qua disciplina apud Aegyptios psalmi dicantur.

10 XII. Cur uno psallente ceteri in synaxi sedeant, uel quali post haec studio per cellas suas usque ad lucem uigilias extendant.

XIII. Quare post missam nocturnam dormire non oporteat.

15 XIII. Quemadmodum in cellis suis opus manuum et orationes pariter exercent.

XV. Qua lege modestiae post orationum missam unusquisque ad suam cellam redeat, et cui increpationi subdatur is qui aliter fecerit.

20 XVI. Quod nulli liceat orare cum illo qui fuerit ab oratione suspensus.

XVII. Quod is, qui ad orationem exsuscitat fratres, hora solita eos debeat commonere.

XVIII. Quod a uespera sabbati usque ad uesperam diei dominici genua non flectantur nec totis diebus Quinquagesimae.

25 I. Duplici igitur hoc quo diximus cingulo Christi miles accinctus interim, qui modus canonicarum orationum psalmo-

5 conlationes *scripsi*: conlatione *HLv* 6 plenius *H* 7 aegyptios colliguntur *H* 10 synaxi *HL* 11 procellas *H* uigilias usque ad lucem extendunt *H* 14 cellulis *Hv* orationis *H* 17 redeant *H* subdatur increpationi *Hv* is qui aliter] qualiter *H* 19 nulli] non *H* 21 frater exsuscitat *H* fratres exsuscitat *v* 23 die *L* 24 quinquagesima *H* quinquagesime (i post g in e mut.) *L* Explicunt capituli libri .II. *H*: om. *GL* Incipit liber secundus (lib. sec. om. *G*) de canonico nocturnarum orationum et psalmodiarum modo (modo liber secundus *G*) *GHL* 25 quo *G*: quod *rell.* miles christi *H* 26 accinctus *L*

rumque sit in partibus Orientis a sanctis patribus antiquitus statutus, agnoscat. de qualitate uero earum uel quemadmodum orare secundum apostoli sententiam sine intermissione possimus, suis in locis, cum seniorum conlationes coeperimus exponere, quantum dominus donauerit, proferemus. 5

II. Multos namque per alias conperimus regiones pro captu mentis suae, habentes quidem ut ait apostolus zelum dei, sed non secundum scientiam, super hac re diuersos typos ac regulas sibimet constituisse. quidam enim uicenos seu tricenos psalmos et hos ipsos antiphonarum protelatos melodiis 10 et adiunctione quarundam modulationum debere dici singulis noctibus censuerunt, alii etiam hunc modum excedere temptauerunt, nonnulli decem et octo. atque in hunc modum diuersis in locis diuersum canonem cognouimus institutum totque propemodum typos ac regulas uidimus usurpatas, quot etiam 15 2 monasteria cellasque conspeximus. sunt quibus in ipsis quoque diurnis orationum officiis, id est tertia, sexta nonaque id uisum est, ut secundum horarum modum, in quibus haec deo redduntur obsequia, psalmorem etiam et orationum putarent numerum coaequandum: nonnullis placuit senarium numerum 20 singulis diei conuentibus deputari. quapropter necessarium reor antiquissimam patrum proferre in medium constitutionem, quae nunc usque per totam Aegyptum a dei famulis custoditur, quo nouelli monasterii in Christo rudis infantia antiquissimorum potius patrum uetustissimis institutionibus inbuatur. 25

III. Itaque per uniuersam Aegyptum et Thebaidem, ubi monasteria non pro uniuscuiusque renuntiantis instituuntur

3] I Thess. 5, 17. 4] Conl. VIII et X. 7] Rom. 10, 2.

1 origentis *L*¹ 2 agnuscat *L*¹ 3 secundum apostolum *H* 4 conlationis *G*¹ collationes *HL* 5 dederit *v* proferimus *G*¹ 8 typos *ex* tipus *H* 9 seu *GH*: uel *L* 10 antifonarum *H*²*L* antefonorum *H*¹, et fort. uerum est antiphonarum: cf. cap. 8 et III, 8, 4 protelatos *G*¹ protelatus *L*¹ modolis *H* 11 quarundam *L*¹ modulationum *L* 12 etiam *GH*: autem *L* 13 decem *H*¹*L*¹ et om. *G*¹*S*¹: cf. V, 40, 1 aq; *G*¹ adque *L* 14 cognouimus *GH*: agnouimus *L*^v 15 quod *L*¹ 16 cellulasque *H* sunt alii *H* 17 officiis *L*¹ 18 domino *v*. 20 nonnullis *L* senarium numerum post deputari *L* 23 aegyptum *H* 24 rudisque *H* infantia *L* 26 aegyptum *H* thebaidam *H* 27 renuntiantes *G*¹

arbitrio, sed per successiones ac traditiones maiorum usque in hodiernum diem uel permanent uel mansura fundantur, legitimum orationum modum in uespertinis conuentibus seu nocturnis uigiliis uidimus retentari. non enim quisquam conuenticulo fratrum, sed ne sibi quidem ipsi praeesse conceditur, priusquam non solum uniuersis facultatibus suis reddatur externus, sed ne sui quidem ipsius esse se dominum uel potestatem habere cognoscat. ita namque renuntiantem huic mundo quibuslibet facultatibus ac diuitiis praeditum necesse est coenobii commorationem expetere, ut in nullo sibi ex his quae reliquit aut intulit monasterio blandiatur, sic oboedire cunctis, ut redeundum sibi secundum sententiam domini ad infantiam pristinam nouerit, nihil sibi consideratione aevi uel annorum numerositate praesumens, quam in saeculo inaniter consumptam se reputat perdidisse, sed pro rudimentorum merito et tirocinii nouitate, quam se gerere in Christi militia recognoscit, subdere se etiam iunioribus non moretur. operis quoque ac sudoris adsuetudinem ita subire conpellitur, ut propriis manibus iuxta apostoli praecceptum cotidianum uictum uel suis usibus uel aduenientum necessitatibus parans et fastus uitae praeteritae possit et delicias obliuisci et humilitatem cordis contritione laboris acquirere. ideoque nullus congregationi fratrum praefuturus eligitur, priusquam idem, qui praeficiendus est, quid obtemperaturis oporteat imperari, oboediendo didicerit, et quid iunioribus tradere debeat, institutis seniorum fuerit adsecutus. bene enim regere uel regi sapientis esse pronuntiant summumque donum

12] cf. Matth. 18, 3 18] cf. I Thess. 4, 11.

2 odiernum *G¹H* mensura *L¹* 5 conciditur *H¹* 6 non *om.* *L¹*
 7 dominium *G¹* 9 diuitis *H¹* coenubii *H¹* coenobi *L¹* 10 relinquit *H¹*
 11 cunctis fratribus *H* 12 infantiam *L* pristinam *om.* *L* 13 aevi
GH: priuilegiⁱ saecularis *L* 14 quam praeterito tempore (in saeculo
add. m. 2) inaniter consumptam perdidit *L* 15 et *GL*: ac *H* tiro-
 cinii *G*: teronici *H¹* tyrocinii *H²L* (*sed in L y in ras.*) 18 iuxta *GL*:
 secundum *H* 19 aduenientium *HL^{2v}* 20 praeteritae *GH*: saecularis *L*
 dilicias *H¹L¹* 22 *post* acquirere *in H cap. 4 incipit* fratrum *H¹* ele-
 gitur *H¹L¹* 23 idem *GH*: is *L* 24 inperari *H* dederit *H¹* 26 sa-
 pientes *G¹L¹*

et gratiam sancti spiritus esse definiunt. nam neque salutaria
 praecepta quempiam posse obtemperantibus praestituere nisi
 eum, qui prius uniuersis uirtutum disciplinis fuerit instructus,
 nec oboedire quemquam seniori posse nisi eum, qui consum-
 5 matus timore dei et humilitatis fuerit uirtute perfectus. ideo-
 que diuersitates typorum ac regularum per ceteras prouincias
 cernimus usurpatas, quod plerumque seniorum institutionis ex-
 pertes monasteriis praeesse audemus et abbates nos ante quam
 discipulos professi quod libitum fuerit statuimus, promptiores
 10 nostrorum inuentorum exigere custodiam quam examinatum
 maiorum seruare doctrinam. sed dum orationum modum, qui
 potissimum debeat custodiri, uolumus explicare, institutis patrum
 audius prouocati narrationem, quam suis reseruabamus locis,
 praepropero excessu praeuenimus. nunc itaque ad propositum
 reuertamur. 15

III. Igitur per uniuersam ut diximus Aegyptum et Thebaidem
 duodenarius psalmodiarum numerus tam in uespertinis quam in
 nocturnis sollempnitatibus custoditur, ita dumtaxat ut post hunc
 duae lectiones, ueteris scilicet ac noui testamenti singulae,
 20 subsequantur. qui modus antiquitus constitutus ideirco per tot
 saecula penes cuncta illarum prouinciarum monasteria inteme-
 ratus nunc usque perdurat, quia non humana adinventionem
 statutus a senioribus adfirmatur, sed caelitus angeli magisterio
 patribus fuisse delatus.

V. Nam cum in primordiis fidei pauci quidem sed proba-
 25 tissimi monachorum nomine censerentur, qui sicut a beatae
 memoriae euangelista Marco, qui primus Alexandriae urbi pon-
 tifex praefuit, normam susceperunt uiuendi, non solum illa magni-
 fica retinebant, quae primitus ecclesiam uel credentium turbas
 in actibus apostolorum legimus celebrasse (multitudinis sci- 30

30] Act. 4, 32.

1 spiritus sancti *HL* definiunt *L*¹ 2 praestruere *H* 7 a seniorum
 institutione *H* seniorum constitutione *L* et partes *L*¹ 8 audeamus
*HL*¹ 9 promptiores *H*¹ 12 custodire *L*¹ patrum *H*¹ 14 praepro-
 pero] pro operis *H* 16 V *H* 17 in *post* tam *om.* *G* 18 sollempn. *L*
 21 prouinciarum *GL* 24 dilatus *L* 25 VI *H* 27 primos *L*¹ ale-
 xandriae *G*¹*L*¹: alexandrinae *G*²*HL*²*Sv* 28 suscipere *G*¹*H*¹*L*¹

licet credentium erat cor et anima una, nec quisquam
 eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed
 erant illis omnia communia. quotquot enim possessores
 agrorum aut domorum erant, uendentes adferebant pre-
 5 tia eorum quae uendebant et ponebant ante pedes apo-
 stolorum: diuidebatur autem singulis prout cuique opus
 erat), uerum etiam his multo sublimiora cumulauerant. etenim 2
 secedentes in secretiora suburbiorum loca agebant uitam tanto
 abstinentiae rigore districtam, ut etiam his, qui erant reli-
 10 gionis externi, stupori esset tam ardua conuersationis eorum
 professio. eo enim feruore diuinarum scripturarum lectionibus
 orationique et operi manuum diebus ac noctibus incubabant,
 ut ne escarum quidem adpetitus uel memoria, nisi alio tertioe
 die corporis interpellaret inedia, cibumque ac potum non tam
 15 desideratum quam necessarium sumerent et ne hunc quidem
 ante solis occasum, ut tempus lucis cum spiritalium medita-
 tionum studiis, curam uero corporis cum nocte sociarent aliaque
 his multo sublimiora perficerent. de quibus etiam is, qui minus 3
 indigenarum relatione cognouit, ecclesiastica historia poterit edo-
 20 ceri. ea igitur tempestate, cum ecclesiae illius primitiuae per-
 fectio penes successores suos adhuc recenti memoria inuiolata
 duraret feruensque paucorum fides necdum in multitudinem
 dispersa tepuisset, uenerabiles patres peruigili cura posteris
 consulentes, quinam modus cotidiano cultui per uniuersum
 25 fraternitatis corpus decerni deberet, tractaturi conueniunt, ut
 hereditatem pietatis ac pacis etiam successoribus suis absolutam
 ab omni dissensionis lite transmitterent, uerentes scilicet ne
 qua in cotidianis sollempnitatibus inter uiros eiusdem culturae

3] l. c. 34 sq.

3 illis] eis *H* communia quodquod *L*¹ 6 diuidebantur *L* uni-
 cuique *HL* 7 hiis *L*¹ 8 suburbanorum *H* 9 hiis *L*¹ relegionis
*H*¹*L*¹ 10 stupor* (e *eras.*) *H* 12 incūbebant *L* 13 ut *om. G* nec
HLv 14 corporis sui *H* inediam *c* 18 hiis *L*¹ maiora *H* is *om. H*
 19 indagenarum *L* 20 ea tempestate igitur tempore *L*¹ 22 multitu-
 dine *H* 25 fraternitates *L*¹ doceri *GS* discerni *H* 27 transmiserint *H*
 28 sollempn. *L*

consortes dissonantia uel uarietas exorta quandoque in posterum erroris uel aemulationis seu schismatis noxii germen emitteret. cumque pro suo unusquisque feruore infirmitatis inmemor alienae id statui debere censeret, quod contemplatione fidei ac roboris sui facillimum iudicabat, parum discutiens quid generaliter plenitudini fratrum possibile esset, in qua necesse est infirmorum quoque partem maximam repperiri, diuersoque modo enormem psalmodiarum numerum instituere pro animi sui uirtute certarent, et alii quinquagenos, alii sexagenos psalmos, nonnulli uero ne hoc quidem numero contenti excedi eum debere censerent essetque inter eos pro religionis regula pia contentionis sancta diuersitas, ita ut tempus sollempnitatis uespertinae sacratissimae succederet quaestioni, cotidianos orationum ritus uolentibus celebrare unus in medium psalmos domino cantaturus exurgit. cumque sedentibus cunctis, ut est moris nunc usque in Aegypti partibus, et in psallentis uerba omni cordis intentione defixis undecim psalmos orationum interiectione distinctos contiguis uersibus parili pronuntiatione cantasset, duodecimum sub alleluiae responsione consummans ab uniuersorum oculis repente subtractus quaestioni pariter et caerimoniis finem inposuit.

VI. Exhinc uenerabilis patrum senatus, intellegens angeli magisterio congregationibus fratrum generalem canonem non sine dispensatione domini constitutum, decreuit hunc numerum tam in uespertinis quam in nocturnis conuenticulis custodiri. quibus lectiones geminas adiungentes, id est unam ueteris et aliam noui testamenti, tanquam a se eas traditas et uelut extraordinarias uolentibus tantum ac diuinarum scripturarum memoriam possidere adsidua meditatione studentibus addiderunt. in

1 desonantia *H*¹ 2 scismatis *G*²*H* noxi *L*¹ 3 infirmitatis *L*¹
 4 deberet *L*¹ roboris *L*¹ 5 paruum *H*¹ plenitudine *L*¹ 6 fratrum
 um *H*¹ infirmorum *L* 7 repperiri *G*: reperiri *H* repperire *L* in-
 ornem *H*¹ 10 excide *L*¹ 11 reregionis *G*¹*H*¹*L*¹ 12 sollempn. *L*
 14 medio *H* psalmus *H*¹*L*¹ exurgit *G* 16 omnis *L*¹ 18 paruli *L*¹
 alleluiae *GH*² et *Parisin.* 260: alleluia *H*¹*L*^o 20 caeremoniis *H*²*L*
 21 non distinguunt *GSL*: numerum om. *H* exhinc *GHc*: exin *Lr* pa-
 truum *H*¹ 22 ministerio *L* fratrum *H*¹ (*sic saepe*) 23 dispensa-
 tionem *L*¹ 25 gemitas *L*¹ et om. *L* 26 et om. *H* 28 possedere *L*¹
 addiderant *G*

die uero sabbati uel dominico utrasque de nouo recitant testa-
mento, id est unam de apostolo uel actibus apostolorum et
aliam de euangeliis. quod etiam totis Quinquagensimae diebus
faciunt hi, quibus lectia curae est seu memoria scripturarum.

5 VII. Has igitur praedictas orationes hoc modo incipiunt at-
que consummant, ut finito psalmo non statim ad incuruationem
genuum conruant, quemadmodum facimus in hac regione non-
nulli, qui ne dum bene finito psalmo in orationem procumbere
festinamus, ad celeritatem missae quantocius properantes. cuius
10 dum uolumus excedere modum, qui antiquitus a maioribus
statutus est, subputantes residuorum psalmorum numerum ad
finem tendere perurguemur, de refectione potius lassii corporis
cogitantes quam orationis utilitatem et commoda requirentes.
apud illos ergo non ita est, sed antequam flectant genua, 2
15 paulisper orant et stantes in supplicatione maiorem temporis
partem expendunt. itaque post haec puncto breuissimo proci-
dentes humi, uelut adorantes tantum diuinam elementiam,
summa uelocitate consurgunt ac rursus erecti expansis mani-
bus eodem modo, quo prius stantes orauerant, suis precibus
20 inmorantur. humi namque diutius procumbentem non solum
cogitationibus aiunt uerum etiam somno grauius inpugnari.
quod etiam nos uerum esse utinam non experimentis et coti- 3
diana consuetudine nosceremus, qui saepenumero hanc eandem
incuruationem membrorum non tam orationis quam refectionis
25 obtentu in terram prostrati optamus diutius prolongari. cum
autem is, qui orationem collecturus est, e terra surrexerit,
omnes pariter eriguntur, ita ut nullus nec antequam inclinetur
ille genu flectere nec cum e terra surrexerit remorari praesumat,

1 uero *om.* L¹ denuo L¹ 2 actu H 3 euangelis L¹ quinquagen-
sima GSH: quinquagisimae (i post g in e mut.) L 4 hii G¹H¹L¹
5 VII H: VI GL 7 currant L 9 celebritatem G¹ quantotius *codd.*
10 excidere H¹ 12 perurguemur L: perurgemur GSH² perurgimur H¹
16 proicientes H^{se} 19 orauerunt HL 20 procumbentes G² 21 uerum
GH: sed L 22 nos *om.* L 23 quia L 24 incurbationem H¹ men-
brorum L refectionis L¹ 25 terra H obtamus H post prolongari
in GSL cap. VII, in H et cod. Parisin. 260 cap. VIII incipit 28 ge-
nu^a H aetera^r H

ne non tam secutus fuisse illius conclusionem, qui precem colligit, quam suam celebrasse credatur.

VIII. Illud etiam quod in hac prouincia uidimus, ut uno cantante in clausula psalmi omnes adstantes concinant cum clamore 'gloria patri et filio et spiritui sancto', nusquam per omnem Orientem audiuius, sed cum omnium silentio ab eo, qui cantat, finito psalmo orationem succedere, hac uero glorificatione trinitatis tantummodo solere antiphona terminari. 5

VIII. Et quia nos ad orationum canonicarum modum consequenter institutorum ordo prouexit, quarum plenior tractatum licet in conlationes seniorum reseruemus ibidem plenius digesturi, cum de earum qualitate seu iugitate uerbis eorum disserere coeperimus, necessarium tamen reor pro oportunitate loci ac narrationis ipsius, quoniam ita obtulit sese occasio, etiam in praesenti pauca praestringere, ut formantes interim exterioris hominis motus et uelut quaedam nunc orationis fundamenta iacentes minore post haec labore, cum coeperimus de statu interioris hominis disputare, orationum quoque eius fastigia construamus: illud ante omnia prouidentes, ut, si nos ab illa narratione, quam cupimus oportune deo uolente digerere, praeueniens uitae nostrae finis excluderet, uel initia uobis rei praesertim tam necessariae hoc opere relinquamus, quibus pro ardore desiderii totum tardum est, ut, dum nobis huius commemoracionis tribuuntur indutiae, saltim quasdam tantisper orationum lineas praesignemus, quibus hi uel maxime, qui in coenobiis commorantur, ualeant aliquatenus informari: simul etiam prospicientes his, qui forsitan huic tantummodo occursuri libro ad illum peruenire non poterunt, ut instructione 25

11] cf. Conl. VIII, 1.

1 fuisset *L*¹ 2 colliget *H*¹ 3 VIII *H* prouincia *L* uidimus *L*²
 4 clausura *H* clausola *L*¹ concinant *H*¹ 7 ac *G*²*S*² haec *Paris. 260*
 uero *om. GS* glorificationem *GS* 8 antifona *GS et Paris. 260 cf. III, 8, 4:*
 antefonam *H*¹ antifonam *H*²*L* terminare *Paris. 260* 9 *X H*
 10 quorum *G* 11 conlatione *GSL* collatione *H* degesturi *G*¹*H*¹ 12 de
*om. L*¹ qualitatem seu iugitatem *L*¹ deserere *H*¹ 14 se obtulit *H*
 15 perstringere *Hv* 17 minori *HL*² 20 coepimus *L*² deregere *H*
 24 saltem *L*² 25 hii *H*¹*L*¹ 26 coenubiis *H* coebis *L*¹ aliquatinus *L*¹
 27 hiis *L*¹

- huius erga orationis qualitatem uel ex parte repperiantur inbuti, et quemadmodum sunt de habitu et amictu exterioris hominis instituti, ita etiam, qualiter eum ad offerenda spiritalia sacrificia debeant exhibere, non nesciant. siquidem hi
- 5 libelli, quos in praesenti cudere domino adiuuante disponimus, ad exterioris hominis obseruantiam et institutionem coenobiorum competentius aptabuntur, illi uero ad disciplinam interioris ac perfectionem cordis et anachoretarum uitam atque doctrinam potius pertinebunt.
- 10 X. Cum igitur praedictas sollemnitates, quas illi synaxis uocant, celebraturi conueniunt, tantum praebetur a cunctis silentium, ut, cum in unum tam numerosa fratrum multitudo conueniat, praeter illum, qui consurgens psalmum decantat in medio, nullus hominum penitus adesse credatur, ac praecipue
- 15 cum consummatur oratio: in qua non sputus emittitur, non excreatio obstrepit, non tussis intersonat, non oscitatio somnolenta dissutis malis et hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla suspiria etiam adstantes inpeditura promuntur, non ulla uox absque sacerdotis precem concludentis auditur nisi forte haec,
- 20 quae per excessum mentis claustra oris effugerit quaeque insensibiliter cordi obreperit, inmoderato scilicet atque intolerabili spiritus feruore succenso, dum ea, quae ignita mens in semet ipsa non praeualet continere, per ineffabilem quandam gemitum ex intimis pectoris sui conclauibus euaporare conatur.
- 25 illum uero, qui constitutus in tepore mentis cum clamore sup- 2
plicat aut aliquid horum quae praediximus e faucibus suis emittit ac praecipue oscitationibus praeuenitur, dupliciter peccare pronuntiant, primo quod orationis suae reus sit, quod eam

2 et quemadmodum *G*¹*HL* et 'omnia ms.' *Cuyckii* ut quemadmodum *G*²*Sr* 3 homines *G*¹ 4 hii *G*¹*HL*¹ 5 cludere *H* opere cudere *L* deo *H* 6 coenubiorum *H*¹ 7 abtabuntur *H* interioris hominis *H* 8 anachoritarum *H* adque *L*¹ 10 XI *H* sollempn. *L* sinaxes *H*(*v*) 11 cumueniunt *L*¹ 12 innumerosa *Hv* 14 medium *H* 16 obstripit *H* intersonant *G*¹ 17 disitit *H* molis *HL*¹ hyantibus *L*¹ trahitur labiis *L* 18 astantibus *L*² non ulla *G*²*SL*: nonnulla *G*¹ nulla *Hv* 19 sacerdotes *L*¹ praece *L* concludentes *G*¹ 21 subreperit *HLr* adque *L*¹ intollerabili *GH* 23 ipsam *L* continere *H*¹ quemdam *L*¹ 25 tempore *H*¹ teporem *ex* tēporem *L* subplicat *L* 28 primum *L*¹

uidelicet neglegenter offerat, secundo quod indisciplinato strepitu alterius quoque, qui forsitan intentius orare potuit, intercipit sensum. ideoque praecipiunt eam celeri fine concludi, ne forte inmorantibus nobis in ea redundantia quaedam sputi seu
 3 flegmatis interrumpat nostrae orationis excessum. et ideo
 5 dum adhuc feruet uelut e faucibus inimici uelociter rapienda est, qui procul dubio, cum sit nobis semper infestus, tunc maxime adsistit infestior, cum contra se offerre nos preces domino uelle peruiderit, cogitationibus seu diuersis umoribus
 10 excitatis abducere mentem nostram a supplicationis intentione festinans et per hoc eam tepefacere a coepto feruore contendens. quamobrem utilius censent breues quidem orationes sed creberrimas fieri: illud quidem ut frequentius deum deprecantes iugiter eidem cohaerere possimus, hoc uero ut insidiantis diaboli iacula, quae infligere nobis tunc praecipue cum oramus
 15 insistit, succincta breuitate uitemus.

XI. Et ideo ne psalmos quidem ipsos, quos in congregatione decantant, continuata student pronuntiatione concludere, sed eos pro numero uersuum duabus uel tribus intercisionibus cum orationum interiectione diuisos distinctim particulatimque
 20 consummant. non enim multitudine uersuum, sed mentis intelligentia delectantur, illud tota uirtute sectantes: psallam
 2 spiritu, psallam et mente. ideoque utilius habent decem uersus cum rationabili adsignatione cantari, quam totum psal-
 25 mum cum confusione mentis effundi, quae nonnumquam pronuntiantis festinatione generatur, dum residuorum psal-
 26 morum qui decantandi sunt modum numerumque considerans non distinctionem sensuum audientibus studet pandere, sed ad finem synaxeos properat peruenire. denique si quispiam iuniorum uel

22] I Cor. 14, 15.

4 nobis *om.* *HL* 5 ideo *H* 8 infestior *L*¹ 9^h umoribus *H* humoribus *GL* 11 a cepto *G*: a cepto *SH*²*L*² accepto *H*¹*L*¹ 13 dñm *Hv* 14 diabuli *HL*¹ 15 tum *H* 16 succinta *L* 17 XII *H* 19 intercisionibus *GS*²*c* (*cf. infra* §. 2 psallentis progressio senioris interciditur plausu): intercessionibus *S*¹*HL*¹*r* incisionibus *L*² 22 tanta *H* 23 decim uersos *H*¹ 25 cum *om.* *L*¹ confusione *H*¹ 26 generantur *L*¹ 29 sinaxeos *SH*

pro feruore spiritus uel pro eo quod necdum institutus est
 coeperit modum decantationis excedere, psallentis progressio
 senioris intercitur plausu, quem dans manu sua in sedili
 quo sedet cunctos facit ad orationem consurgere, illud omni-
 5 modis prouidens, ne quod taedium sedentibus generetur pro-
 laxitate psalmodum, qua is qui decantat non modo per se ipsum
 intelligentiae fructum amittat, sed etiam per illos incidat de-
 trimentum, quos fastidium synaxeos nimietate sua fecit incurrere.
 illud quoque apud eos omni obseruantia custoditur, ut in re- 3
 10 sponsione alleluiae nullus dicatur psalmus nisi is, qui in titulo
 suo alleluiae inscriptione praenotatur. praedictum uero duo-
 denarium psalmodum numerum ita diuidunt, ut, si duo fuerint
 fratres, senos psallant, si tres, quaternos, si quattuor, ternos.
 quo numero numquam minus in congregatione decantant, ac
 15 perinde, quantalibet multitudo conuenerit, numquam amplius
 psallunt in synaxi quam quattuor fratres.

XII. Hunc sane canonicum quem praediximus duodenarium
 psalmodum numerum tali corporis quiete releuant, ut has easdem
 congregationum sollempnitates ex more celebrantes absque eo,
 20 qui dicturus in medium psalmodum surrexerit, cuncti sedilibus
 humillimis insidentes a uoce psallentis omni cordis intentione
 dependeant. ita namque ieiuniis et operatione totius diei noc-
 tisque lassescunt, ut, nisi huiuscemodi refectione adiuentur,
 ne hunc quidem numerum stantes explere praeualeant. nullum 2
 25 etenim tempus ab operis exercitatione uacuum transire concedunt,
 quia non solum ea, quae diei splendor admittit, omni
 instantia manibus exercere contendunt, sed etiam illa opera-
 tionum genera sollicita mente perquirunt, quae ne ipsius quidem
 noctis densissimae tenebrae ualeant impedire, credentes se tanto
 30 sublimiorem spiritualium contemplationum puritate mentis in-

2 coeperint *L* modum *L*¹ excidere *H*¹*L*¹ 4 cunctis *G*¹ omni-
 bus modis *v* 6 quia *G*¹*H* 7 incidit *H* 8 synaxios *G*¹ sinaxeus *H*
 10 alleluie *GS Paris. 260: alleluia HL* tytulo *L*¹ 11 alleluiae *GS:*
 alleluia *HL* 15 proinde *v* 16 psallant *HL* sinaxi *G*¹*H* 17 XIII *H*
 19 sollempn. *L* 20 resurrexit *H*¹ cunctis *G*¹ 21 insidentes *HL*¹
 a uoce *GH:* ad uocem *Lc* ab ore *r* 22 ieiunis *L*¹ 23 lassescunt *L*¹
 cuiuscemodi *H* 24 nec *H* implere *v* 25 concidunt *H*¹ 28 ne] ne-
 que *H* 30 puritatem *Lv* intuitu *v*

tuitum quaesituros, quanto deuotius fuerint erga operis studium ac laboris intenti. et idcirco mediocrem canonicarum orationum numerum iudicant diuinitus moderatum, ut ardentioribus fide spatium, quo se uirtutis eorum infatigabilis cursus extenderet, seruaretur, et nihilominus fessis aegrisque corporibus minime 5
 3 gigneretur de nimietate fastidium. ideoque cum fuerint orationum canonicarum functiones ex more finitae, unusquisque ad suam recurrens cellulam, quam aut solus aut cum alio tantum inhabitare permittitur, quem scilicet societas operationis uel discipulatus et disciplinae inbutio copulauit uel certe quem 10
 similitudo uirtutum comparem fecit, idem rursus orationum officium uelut peculiare sacrificium studiosius celebrant nec ulterius quisquam eorum in requiem somni resoluitur, donec superueniente diei splendore nocturno operi ac meditationi operatio diurna succedat. 15

XIII. Quem laborem praeter illam rationem, qua tota industria adnitentes sacrificium deo de fructu manuum suarum offerre se credunt, duabus ex causis cum omni obseruatione custodiunt. quod nos quoque, si perfectioni studemus, eadem diligentia conuenit obseruare. prima, ne forte purificationem 20
 nostram nocturnis psalmis et orationibus adquisitam inuidus inimicus liuens puritati nostrae, cui maxime semper insidiatur et indesinenter infestus est, quadam somni inlusione contaminet. qui post illam satisfactionem, quam pro negligentibus 25
 seu ignorationibus nostris obtulimus, et confessionis nostrae ueniam profusis gemitibus inploratam sollicitius nos, si tempus quietis inuenerit, maculare festinat, tunc praecipue fiduciam nostram deicere atque eneruare contendens, cum feruentius nos ad deum tendere orationum nostrarum puritate peruiderit, ita ut nonnumquam, quos per totum noctis spatium sauciare 30
 non potuit, sub illius horae breuissimo tempore dehonestare

1 quesiturus *L*¹ adquisituros *L*² deuotius *H*¹ deuotios *L*¹ 5 seruetur *G*
 6 gigneretur *L*¹ 7 functionis *G*¹ 8 cellam *H* 13 quis *L*¹ sompni *L*¹
 soluitur *H* 14 opere *L*¹ 16 *numerum om. H* 19 perfectione *H*¹ 20 diligentia atque cura *H* 21 adquaesitam *H*¹ 23 sompni *L* inlusione *H*¹
 24 negligentibus *G*¹ negligentis *H*¹*L*¹ 27 festinet *G*¹ 28 deicere *G*¹*H*¹
 29 dñm *H* peruideret *L*¹ 31 sub illius] subtilius *H*

conetur. secunda uero, quod, tametsi nulla talis uerenda dia- 3
 boli emergat inlusio, intercedens etiam purus sopor inertiam
 monacho mox euigilaturus parturiat sequemque torporem in-
 ferens menti per totum diei spatium uigorem eius obtundat,
 5 illamque hebetet perspicaciam sensus et pinguedinem cordis
 exhauriat, quae nos possit per totum diem aduersus omnes
 insidias inimici cautiore robustioresque seruare. quamobrem
 canonicis uigiliis priuatae ab eis subiunguntur excubiae ac
 maiore illis obseruatione succedunt, ut et illa purificatio, quae
 10 psalmis est et orationibus adquisita, non pereat, et intentior
 sollicitudo diligentius nos per diem custoditura praeparetur
 meditatione nocturna.

XVIII. Et idcirco eas cum adiectione operis exsequuntur,
 ne uelut otiosis ualeat somnus inreperere. sicut enim nullum
 15 ferme ab eis otii tempus excipitur, ita ne meditationi quidem
 spiritali finis imponitur. nam pariter exercentes corporis ani-
 maeque uirtutes exterioris hominis stipendia cum emolumentis
 interioris exaequant, lubricis motibus cordis et fluctuationi cogi-
 tationum instabili operum pondera uelut quandam tenacem
 20 atque immobilem anchoram praefigentes, cui uolubilitas ac
 peruagatio cordis innexa intra claustra cellae uelut in portu
 fidissimo ualeat contineri, atque ita spiritali meditationi tantum
 et custodiae cogitationum intenta non modo ad consensum prauae
 cuiusque suggestionis peruigilem mentem conruere non sinat,
 25 uerum etiam ab omni superflua otiosaque cogitatione custodiat,
 ita ut, quid ex quo pendeat, haud facile possit a quoquam dis-
 cerni, id est utrum propter meditationem spiritalem incessa-
 bile manuum opus exerceant, an propter operis ingitatem tam
 praeclarum spiritus profectum scientiaeque lumen adquirant.

1 secundo *G*¹ diabuli *H*¹*L* 2 intercedens *HL*¹ 3 signemque *H*¹
 inferens *L* 5 hebetet *G*¹ & illam hebetet *H* illam quã hab& *L* ex corr.
 perspicaciam *H* pinguedinem *G*²*S* *Paris. 260*: pinguidinem *G*¹*H* pi-
 guitudinẽ *L* 6 aduersum *L* 9 maiori *H* 10 atquesita *H*¹ 13 nu-
 merum om. *HL* exequuntur *GL* 14 sompnus *L* iuripere *H* in-
 reppere *L*¹ 15 oti *H*¹ 17 emulamentis *H*¹ emulumentis *L*¹ 19 pon-
 dere *G*¹ 21 innixa *L* portum *G*¹ 22 conteneri *H* 23 intentã *S*
 intenta ut *L* 24 suggestiones *L*¹ sinant *G*¹*H* 26 haut *G*²*L*
 29 scientiae *H*

XV. Finitis igitur psalmis et cotidiana congregatione, sicut superius memorauimus, absoluta nullus eorum uel ad modicum subsistere aut sermocinari audet cum altero, sed ne per totum quidem diei spatium cellam suam progredi aut deserere opus, quod in ea solitus est exercere, praesumit, nisi forte cum fuerint ad officium necessarii cuiusque operis euocati. quod ita explent foras egressi, ut nulla inter eos sermocinatio penitus conseratur: sed sic unusquisque opus exsequitur iniunctum, ut psalmum uel scripturam quamlibet memoriter recensendo non solum conspirationi noxiae uel consiliis prauis, sed ne otiosis quidem conloquiis ullam copiam uel tempus impertiat, oris pariter et cordis officio in meditatione spiritali iugiter occupato. summa namque obseruantia custoditur, ne quisquam cum alio ac praecipue iuniores uel ad punctum temporis pariter substitisse aut uspiam secessisse uel manus suas inuicem tenuisse deprehendantur. si qui uero contra huius regulae disciplinam reperti fuerint aliquid ex his quae interdicta sunt admisisse, ut contumaces ac praeuaricatores mandatorum non leuis culpa rei pronuntiati suspicione etiam coniurationis prauique consilii carere non poterunt. quam culpam nisi in unum cunctis fratribus congregatis publica diluerint paenitentia, orationi fratrum nullus eorum interesse permittitur.

XVI. Sane si quis pro admissio quolibet delicto fuerit ab oratione suspensus, nullus cum eo prorsus orandi habet licentiam, antequam summissa in terram paenitentia reconciliatio eius et admissi uenia coram fratribus cunctis publice fuerit ab abbate concessa. ob hoc namque tali obseruantia semet ipsos ab orationis eius consortio segregant atque secernunt, quod credunt eum, qui ab oratione suspenditur, secundum

1 XIII *H* finitus et psalmus *L*¹ cottid. *L*² 4 cellam suam *H*: cella sua *G* e cellula sua *L* desserere *L*¹ 5 praesumet *H*¹ 6 operis cuiusque *L* 7 penitus *om. L* 8 exequitur *GH* 10 conspiratione *L* noxia *L*² prauus *L*¹ 11 cupiam *H*¹ 15 recessisse *L* 16 repperit *H* 17 hiis *L*¹ admississe *L* ut] aut *L*¹ 19 suspitione *L* suspicioni *G* 21 publica deluerint *H* penitentia *G*¹*L*¹ poenitentia *G*²*HL*² 23 XV *H* delecto *L*¹ 25 summissa *G*: summissam *L* submissa *H* penitentia *G*¹*H* poenit. *G*² penitentiã *L* 27 abate *H* namque *GH*: enim *L* 28 adque *H*

apostolum tradi Satanae, et quisquis orationi eius, antequam recipiatur a seniore, inconsiderata pietate permotus communicare praesumpserit, complicem se damnationis eius efficiat, tradens scilicet semet ipsum uoluntarie Satanae, cui ille pro
 5 sui reatus emendatione fuerat deputatus: in eo uel maxime grauius crimen incurrans, quod cum illo se uel confabulationis uel orationis communionem miscendo maiorem illi generet insolentiae fomitem et contumaciam delinquentis in peius enutrit. perniciosum namque solacium tribuens cor eius magis
 10 magisque faciet indurari nec humiliari eum sinet, ob quod fuerat segregatus, et per hoc uel increpationem senioris non magni pendere uel dissimulanter de satisfactione et uenia cogitare.

XVII. Is autem, cui religiosi conuentus commonitio uel synaxeos cura committitur, non passim ut libitum est nec prout nocte fuerit expergefactus aut oportunitas eum somni proprii seu insomnii cohortatur, fratres etiam ad cotidianas uigilias exsuscitare praesumit, sed, quamuis eum consuetudo diurna hora solita euigilare compellat, tamen sollicitate frequenterque
 20 stellarum cursu praestitutum congregationis tempus explorans ad orationum eos inuitat officium, ne in utroque inueniatur incautus, si uel obpressus somno statutam noctis transgrediatur horam uel eandem dormiturus atque ad somnum festinus anticipet, et non tam officio spiritali uel quieti omnium deseruisse
 25 quam requiei suae satisfecisse credatur.

XVIII. Hoc quoque nosse debemus a uespera sabbati, quae lucescit in diem dominicum, usque in uesperam sequentem apud

1] cf. I Cor. 5, 5.

1 apostolum *HL*: apostoli sententiam *Gv* cf. I, 9, 2. *IIII*, 34. *V*, 2, 2. 4, 2. *VI*, 6. *XII*, 27, 1 3-dampn. *L* 6 si *G* uel *post se om.* *HL* confabulationes *L*¹ 7 uel orationis *om.* *L* communionē *G*² commonione *L*¹ 8 contumatiam *L* nutriat *G* 9 solatium *L* magis magisque *G*: magis faciet magisque *H* magis ac magis *Lv* 10 sinit *HL* ob hoc quod *H* 14 *XVI* *H* communitio *H*¹ synaxios *G*¹ sinaxeos *H* 16 sompni* (i *eras.*) *L* propriis eum somni *H* 17 insompni *L* cottid. *L*² 18 excitare *HL* praesumat *L*¹ 20 praestitutum *H* inplorans *H* 22 oppraesus *L* 23 sompnum *L* anticipet *H* 26 *XVII* *H* uespere *G*¹ 27 usque in *Gr*: usque ad *HLc* et *Paris.* 260

Aegyptios genua non curuari, sed ne totis quidem Quinquagensimae diebus, nec custodiri in eis ieiuniorum regulam. quarum rerum ratio suo loco in conlationibus seniorum, cum dominus iusserit, exponetur. nunc propositum nobis est causas tantummodo breui narratione percurrere, ne castigatum modum uolumen excedens aut fastidio legentem oneret aut labore.

LIBER TERTIUS.

DE CANONICO DIURNARUM ORATIONUM ET PSALMORUM MODO.

CAPITULA.

10

I. De sollempnitate horae tertiae, sextae uel nonae, quae in Syriae partibus obseruantur.

II. Quod apud Aegyptios sine horarum discretione per totum diem cum operis adiectione et orationibus iugiter insistatur et psalmis.

15

III. Quod per omnem Orientem sollempnitas tertiae, sextae uel nonae trinis tantum psalmis et orationibus finiatur, et cur specialius istis horis haec spiritalia sint officia deputata.

III. Quod matutina sollempnitas non antiqua traditione statuta sit, sed nostro tempore pro certa causa sit adiuuenta.

20

V. Quod post matutinas orationes ad somnum reuerti non oporteat.

3] cf. Conl. XXI, 11 sqq.

1 quinquagensimae *GH*: quinquagesimae (e *in ras.*) *L* 2 custodire *G*¹
4 nobis est *GH*: est nobis *Lv* 6 excedat (at *in ras. m.* 2) *G* honeret
*HL*¹ aut labore *om. G* Explicet (Lib ·II· *add. H*) de canonico nocturnarum
(norturnarum *H*) orationum et psalmorum modo liber ·II· (·II· *om. H*)
GH: *om. L* Incipiunt capitula (psentis libri *add. G*) *GH* Incipiunt
capitula de libro tertio ex interpretatione horarum que in syriae partib:
obseruantur *L* 11 sollempn. *L* (*passim*) sextaeue nonaeq. *H* 12 sirie *H*
seruantur *H* 13 aput *L*¹ 17 uel nonae *L*: noneq. *H* psalmis *L*
finiatur et orationibus *H* cor *L*¹ 18 specialis *H* hiis *L*¹ his *L*²
horiis *L*¹ sunt *H* deputata officia *L* 19 ratione *H* 20 certa *om. H*
21 sompnum *L* reuerte *L*¹

VI. Quod nihil sit a senioribus inmutatum de antiquo ordine psalmodum, cum matutina statueretur sollempnitas.

VII. Quod ei, qui ad diurnam orationem, antequam primus finiatur psalmus, non occurrerit, oratorium introire non liceat, 5 in nocturnis autem usque ad finem secundi psalmi ueniabilis mora sit.

VIII. Uigiliae, quae a uespera inlucescente sabbato celebrantur, quem temporis modum teneant uel quo ordine celebrentur.

VIII. Quare inlucescente die sabbati uigiliae statutae sint, 10 et quare per omnem Orientem absolutio ieiunii in die sabbati praesumatur.

X. Unde factum sit, quod in urbe die sabbato ieiunetur.

XI. In quo dominicae diei sollempnitas ab aliorum dierum consuetudine diuersa teneatur.

XII. Quibus diebus, cum cena fratribus exhibetur, ab accedentibus ad refectionem psalmus non dicatur, sicut fieri in prandiis solet. 15

I. De nocturno orationum et psalmodum modo, quinam per Aegyptum habeatur, donante deo, quantum tenuitas ingenii 20 nostri praenaluit, arbitror expeditum. nunc de sollempnitatibus tertiae, sextae nonaeque secundum regulam monasteriorum Palaestinae uel Mesopotaniae nobis est disserendum, ut praefati sumus in prologo, perfectionem Aegyptiorum et inimitabilem disciplinae rigorem horum institutis moderantes.

23] §. 9.

1 antequo *L*¹ 2 cum] quod *H* statuerat sollem (*sic! nihil eras.*) *H*
4 finitus *H* occurrit *H* 5 psalmi secundi *H* 7 inluciscente *H*
9 inluciscente *H* sunt *HL* 12 sit *H*: est *L* in urbe roma (*om.*
die) *L* 13 dominice *H* dominici (*ult. i in ras.*) *L* 15 caena cum *H*
ab *om.* *Hv* 17 prandis *H*

Incipit de canonico diurnarum orationum et psalmodum modo liber .III. *G*
Incipit liber tertius de canonico orationum et psalmodum modo quam hora
tertia sexta nona psalluntur *H* Incipit de canonicarum num et psal-
modum horae tertiae et sextae none que ¹ liber ¹ modo (*transpos. m. 1*)
tertiu . . . *L* 18 numerum *om.* *G* modum *L*¹ 19 dño *H* 20 sollempnitatibus (*cf. cap. 3 init.*) *G*: sollempnitate *HLv* 21 palestinae *codd.*
22 est *om.* *H* 23 inimitabilem *H*¹ 24 institutiis *L*¹

II. Apud illos etenim haec officia, quae domino soluere per distinctiones horarum et temporis interualla cum admonitione compulsoris adigimur, per totum diei spatium iugiter cum operis adiectione spontaneae celebrantur. ita namque ab eis incessanter operatio manuum priuatim per cellulas exercetur, ut psalmoreum quoque uel ceterarum scripturarum meditatio numquam penitus omittatur, cui preces et orationes per singula momenta miscentes in his officiis, quae nos statuto tempore celebramus, totum diei tempus absumunt. quamobrem exceptis uespertinis nocturnisque congregationibus nulla apud eos per diem publica sollemnitas absque die sabbato uel dominica celebratur, in quibus hora tertia sacrae communionis obtentu conueniunt. plus enim est id quod incessanter offertur quam quod per temporis interualla persoluitur, et gratius uoluntarium munus quam functiones quae canonica compulsionem reddunt, pro hoc Daud quoque gloriosius aliquid exultante, cum dicit: uoluntarie sacrificabo tibi, et: uoluntaria oris mei beneplacita sint tibi domine.

III. Itaque in Palaestinae uel Mesopotamiae monasteriis ac totius Orientis supra dictarum horarum sollemnitates trinis psalmis cotidie finiuntur, ut et orationum adsiduitas statutis deo temporibus offeratur et necessaria operationis officia consummatis iusto moderamine spiritalibus obsequiis nullatenus ualeant inpediri. his enim tribus temporibus etiam Danihelem prophetam cotidie fenestris apertis in cenaculo preces domino fuisse cognoscimus. nec inmerito haec specialius tempora religiosi sunt officii deputata: in his siquidem promissionum

16] Ps. 53, 8. 17] Ps. 118, 108. 24] cf. Dan. 6, 10.

1 soluere dño L 2 distinctionem G¹ temporum L² admunitione H¹ admonitionem L¹ 3 impulsoris H 4 spontaneae G¹H 5 cellas H cellulas L¹ 6 ceterorum G¹ 8 hiis L¹ statuto] tanto G 9 tempus] spatium H uespertinis excepti*s L 11 publica H sabbati v 12 commonionis L¹ 14 grauius uolumptarium L¹ 15 functionis G¹H¹ 16 uoluntariae G H uolumptariae L¹ 17 uolumptaria L¹ 18 sunt H 19 palestinae *codd.* 20 suppra L¹ triniis L¹ 21 et *om.* H 23 obsequis L¹ 24 *post* inpediri in H *cap. 4 incipit* hiis L¹ daniellem HL 25 fenestris H¹ fenestriis L¹ 26 fundisse H relegiosis L¹ 27 hiis HL¹

perfectio et summa nostrae salutis est adimpleta. hora namque 2
 tertia repromissus olim per prophetas spiritus sanctus super
 apostolos in orationum officio constitutos descendisse primitus
 comprobatur. nam cum pro elocutione linguarum, quae ab eis
 5 infusione sancti spiritus profluebat, gens incredula Iudaeorum
 obstupescens pariter et inridens diceret eos musto repletos,
 stans Petrus in medio eorum ait: uiri Israhelitae et qui
 habitatis Hierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit,
 et auribus percipite uerba mea. non enim sicut uos
 10 aestimatis hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, sed
 hoc est quod dictum est per prophetam Iohel: et erit
 in nouissimis diebus, dicit dominus, effundam de spi-
 ritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii
 uestri et filiae uestrae, et iuuenes uestri uisiones
 15 uidebunt, et seniores uestri somnia somniabunt: et
 quidem super seruos meos et super ancillas meas
 in diebus illis effundam de spiritu meo, et prophe-
 tabunt. quae omnia hora tertia uidemus inpleta sanctique 3
 spiritus uaticinatum per prophetas aduentum eodem tempore
 20 super apostolos commeasse. hora autem sexta immaculata ho-
 stia dominus noster atque saluator oblatus est patri, crucemque
 pro totius mundi salute conscendens humani generis peccata
 deleuit: expolians principatus ac potestates traduxit
 palam uniuersosque nos obnoxios atque constrictos insolubilis
 25 chirographi debito liberauit, tollens illud de medio et crucis
 suae adfigens tropaeo. eadem quoque hora Petro in excessu 4
 mentis uocatio gentium per submissionem uasis euangelici

2] cf. Esai. 44, 3. 7] Act. 2, 14—18. 11] Ioel 2, 28. 20] cf.
 Luc. 23, 44. 23] Col. 2, 15. 25] cf. l. c. 14.

2 prophetam *L* 3 constitutus *L*¹ descendisse *G¹H¹L¹* 4 elocu-
 tionem *G¹* 5 profluebant *L* 6 obstupescens *G¹H¹L¹* repletus *L*¹
 7 stans autem *H* et *L*¹ ut uid. 10 hii *G¹HL¹* hebrii *ex* hebrei *H*
 15 seniores *G¹H¹r*: senes *LSc* sompnia sompniabunt *L*¹ 18 uidimus *H*
 adimpleta *L* 20 apostolus *H* immolata est hostia *H* 23 diluit *Gc*
 et expolians *H* ac] et *L* et *Uulg.* 24 nos *om.* *L* obnoxius *L*¹
 25 cyrographi *G* cirgrafi *H* chyrographi *L* de *GH*: e *L* 26 tro-
 pheo *G* thropio (i in e mut.) *H* tropeo *L* excessum *L* 27 uasi *H*
 uassis *L*¹

caelitus delati et purificatio omnigenum animantium in eodem
 consistentium delata ad eum uoce diuinitus reuefatur, dicente
 ei: surge, Petre, occide et manduca. quod uas quattuor
 initiis de caelo summissum non aliud quam euangelium
 designare manifeste cognoscitur. licet enim quadriformi euange- 5
 listarum narratione distinctum quattuor uideatur habere prin-
 cipia, unum tamen euangelii corpus est, eiusdem scilicet
 Christi natiuitatem pariter ac deitatem, mirabilia quoque pas-
 sionemque complectens. pulchre autem non ait linteum, sed
 quasi linteum: linteum quippe mortificationis indicium est. 10
 quoniam igitur mors dominicae passionis non humanae naturae
 lege, sed propriae uoluntatis subitur arbitrio, quasi linteum
 dicitur. mortuus enim secundum carnem non est secundum
 spiritum mortuus, quia nec derelicta est anima eius in
 inferno nec caro eius uidit corruptionem. et rursus 15
 nemo, inquit, tollit animam meam a me, sed ego pono
 eam a me ipso: potestatem habeo ponendi eam, et po-
 testatem habeo iterum sumendi eam. in hoc itaque
 euangeliorum uase caelitus destinato, id est spiritu sancto
 perscripto omnes gentes, quae quondam extra obseruantiam 20
 legis positae habebantur immundae, per credulitatem fidei con-
 fluentes, ut ab idolorum cultu salubriter immolentur atque ad
 salutarem escam proficiant, Petro purificatae uoce dominica
 deferuntur. hora uero noua inferna penetrans inextricabiles
 Tartari tenebras coruscatione sui splendoris extinxit portasque 25
 aereas eius effringens et seras ferreas conterens captiuitatem
 sanctorum, quae clausa tenebris inmitis tenebatur inferni, salu-

3] Act. 10, 13 et 11. 10] l. c. 11. 14] Act. 2, 31. Ps. 15, 10.
 16] Ioh. 10, 18. 23] Act. 10, 15. 24] cf. Matth. 27, 46. 26] cf. Eph. 4, 8.

4 submissum *L*² 5 designari *H* 6 distincta *L*² 9 lenteum *G*¹
 10 inditium *L* 14 neque *L* 15 infernum *L*¹ neque *HL* corrupti-
 onem *L*¹ 16 inquit *GH* tollit *H*: tollet *GL* 17 ponere *G* et
om. H 18 sumere *G* accipiendi *H* 19 uasse *L*¹ destinato *G*¹*H*¹
 a spiritu *v* 21 fidelitatem fidei *G* 22 adque *HL*¹ 23 purificatę *GL*:
 purificante *Hv* 24 inextricabilis *G* 25 coruscatio *H* suis *L*¹ extinc-
 xit *HL* 26 eius aereas *Lv* confringens *H* 27 igrütis *ex* inmitis
L m. 2

briter captam secum transuexit ad caelos, igneaeque romphaeae
 summota antiquum incolam paradiso pia confessione restituit.
 eadem quoque hora Cornelius centurio in precibus solita de- 7
 uotione persistens commemorationem orationum et elemosy-
 5 narum suarum ante dominum factam angelo sibi conloquente
 cognoscit, palamque ei hora nona uocationis gentium sacra-
 menta panduntur, quae Petro in excessu mentis hora sexta
 fuerant reuelata. alio quoque loco de eodem tempore in acti-
 bus apostolorum ita narratur: Petrus autem et Iohannes
 10 ascendebant in templum ad horam orationis nonam.
 quibus liquido conprobatur non inmerito a sanctis et aposto- 8
 licis uiris has horas religiosis obsequiis consecratas a nobis
 quoque obseruari similiter oportere: qui nisi uelut lege qua-
 dam soluere haec pietatis officia saltim statutis temporibus
 15 adigamur, totum diei spatium obliuione aut desidia uel occu-
 pationibus inuoluti absque orationis interpellatione consumimus.
 de uespertinis autem sacrificiis quid dicendum, quae iugiter
 offerri etiam in ueteri testamento lege Moysaica sanciantur?
 holocausta enim matutina et sacrificia uespertina cunctis diebus 9
 20 in templo, licet figurabilibus hostiis, etiam ex eo probare pos-
 sumus indesinenter oblata, quod a Dauid canitur: dirigatur
 oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio
 manuum mearum sacrificium uespertinum. quo in loco
 de illo quoque uero sacrificio uespertino sacratius intellegi po-
 25 test, quod uel uespere a domino saluatore cenantibus apostolis
 traditur, cum initiaret ecclesiae sacrosancta mysteria, uel quod
 ipse die postero sacrificium uespertinum in fine scilicet saecu-
 lorum eleuatione manuum suarum pro salute mundi totius

1] cf. Gen. 3, 24. 3] cf. Act. 10, 3. 9] Act. 3, 1. 19] cf. Num. 28, 4.
 21] Ps. 140, 2. 24] cf. Matth. 26, 26 sqq.

1 rumphaea *H* rumphea *L* 2 paradiso *G*¹*H*: paradiso *G*²*L*² pa-
 radisso *L*¹ 3 eademque *G*: cf. p. 35, 26 4 elemosynarum *G**L*²:
 elemosin. *H* elimosyn. *L*¹ 5 deum *L* 9 iohannis *H*¹ 10 oram *H*
 12 oras *L* relegiosis *G*¹*L*¹ 13 obseruare *H*¹ oportere *H*¹ 14 sal-
 tem *L*² 16 consummemus *H* 17 quod *H*¹ dicendum est *v* 18 moy-
 saica *L*²: mosaica *G**H*¹ moisaica *H*² musaica *L*¹ 20 hostis *H*¹*L*¹ ex
 eo etiam *H* 25 cenantibus *G* 27 finē *L* saecolorum *L*¹ 28 ele-
 uationem *G*¹ eleuatio *H*

10 oblatuſ est patri. quae extenſio manuum eius in patibulo ſatis
 proprie eleuatio nuncupatur. omnes enim nos in inferno iacentes
 eleuauit ad caelos ſecundum promiſſionis eius ſententiam di-
 centis: cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad
 me ipſum. de matutina uero ſollemnitate etiam illud nos 5
 inſtruit, quod in ipſa cotidie decantari ſolet: deus deus meus
 ad te de luce uigilo, et: in matutinis meditabor in te,
 et: praeueni in maturitate, et clamaui, et rurſum: prae-
 uenerunt oculi mei ad diluculum: ut meditarer eloquia
 11 tua. in his quoque horis etiam ille euangelicus pater familias 10
 operarios conduxit in uineam ſuam. ita enim et ille primo
 mane conduxiffe deſcribitur, quod tempus designat matutinam
 noſtram ſollemnitate, dein tertia, inde ſexta, poſt haec nona,
 ad extremum undecima, in qua lucernaris hora ſignatur.

III. Sciendum tamen hanc matutinam, quae nunc obſeruatur 15
 in occiduis uel maxime regionibus, canonicam functionem noſtro
 tempore in noſtroque monaſterio primitus inſtitutam, ubi do-
 minus noſter Ieſus Chriſtus natus ex uirgine humanae infan-
 tiaſ ſuſcipere incrementa dignatus noſtram quoque adhuc in
 religione teneram et lactantem infantiam ſua gratia confir- 20
 mauit. uſque ad illud enim tempus matutina hac ſollemnitate,
 quae expletis nocturnis pſalmis et orationibus poſt modicum
 temporis interuallum ſolet in Galliae monaſteriis celebrari,
 cum cotidianis uigiliis pariter conſummata reliquas horas re-
 fectioni corporum deputatas a maioribus noſtris inuenimus. 25
 2 uerum cum hac abutentes indulgentia neglegentiores quique
 indutias ſomni longius protelarent, quippe quos uel cellas pro-

4] Ioh. 12, 32. 6] Ps. 62, 2. 7] l. c. 7. 8] Ps. 118, 147. l. c. 148.
 10] cf. Matth. 20, 1—6.

5 *post ipsum in L cap. 4 incipit* illud *om. H* 9 ad diluculum (πρὸς
 ὄρθρον) *H*¹: diluculo^v *G* ad te diluculo (deluculo *L*¹) *H*²*Lv et Uulg.*
 10 ille *om. L*¹ 12 conduxisse *H*¹ 13 dein *GL*: deinde *Hv* 14 in
om. H quam *L*¹ lucernariis *L*¹ 15 *VH non distinguit L* 17 no-
 ſtro quoque *L*² 20 re regione *G*¹*L*¹ ſuam *L*¹ *post confirmauit in G*
cap. 5 incipit 21 etenim *I. hoc H* 24 cottid. *G*²*L*² uigilias *G*¹
 25 *post inuenimus in H cap. 6 incipit* 26 haec *G*¹ neglegentiores
 quippe *G*¹ 27 ſompnii *L*¹ cellulas *G*

gredi uel de suis stratis consurgere ante horam tertiam nulla
 conuentus ullius necessitas inuitaret, et cum operationis iactura
 tempore quoque diei, quo nonnullis oportebat officiis inhaerere,
 soporis nimietate torperent, in his praesertim diebus, quibus
 5 a uespertinis horis excubias usque ad aurorae uiciniam cele-
 brantibus nascebatur onerosior lassitudo, quorundam illic fratrum
 feruentium spiritu, quibus hoc neglegentiae genus haud leuiter
 displiceret, ad seniores querella delata decretum est ab eis
 diutino tractatu et consultatione sollicita, ut usque ad ortum
 10 solis, quo iam sine offensione uel lectio parari uel opus ma-
 nuum posset adsumi, fessis corporibus refectione concessa in-
 uitati post haec religionis huius obseruantia cuncti pariter e
 suis stratis consurgerent, ac tribus psalmis et orationibus cele-
 bratis secundum modum, qui antiquitus in obseruatione tertiae
 15 uel sextae trinae confessionis exemplo statutus est, et somno
 deinceps finem et initium operationi aequali moderamine simul
 facerent. qui typus licet ex occasione uideatur inuentus et 3
 recenti memoria pro causa qua diximus statutus appareat,
 tamen illum numerum, quem designat beatus Dauid, quamquam
 20 spiritalem quoque habeat intellectum, secundum litteram mani-
 festissime supplet: septies in die laudem dixi tibi, super
 iudicia iustitiae tuae. hac enim adiecta sollemnitate septies
 sine dubio spiritales hos conuentus in die facientes septies in
 ea laudes domino dicere conprobamur. denique cum hic idem
 25 typus de Oriente procedens huc usque fuerit utilissime propa-
 gatus, in nonnullis nunc usque per Orientem antiquissimis
 monasteriis, quae nequaquam uetustissimas regulas patrum
 uiolari patiuntur, minime uidetur admissus.

21] Ps. 118, 164.

4 hiis *L*¹ 6 onerosior *H*¹ honerosior *L* quorundam *H* 7 haut
*GH*¹*L*¹ 8 quaerella *G*¹*H*¹: querela *G*²*H*²*L* 9 et *om.* *L* consultatione
L: consolatione *G*¹*H*¹ collatione *G*²*H*² 10 iam *om.* *G* 11 possit *HL*
 fessiis *L*¹ 12 reigionis *G*¹*L*¹ ad obseruantiam *H* 13 consurrege-
 rent *L*¹ 14 in *om.* *G* 15 confessiones *L*¹ sompno *L*¹ 16 modo-
 ramine *L*¹ 17 tipus *H*¹ 18 quam *v* 22 iuditia *L* 23 conuentos *H*¹
 24 laudem *H* idem hic *H* 25 tipus *H*¹ origente *L*¹ utilissime
 huc usque fuerit *L* 27 patrum *H*¹ (*saepe*) 28 uiolare *H*

V. Cuius sollemnitatis ratio cur statuta sit uel inuenta, in hac prouincia nonnulli ignorantes expletis matutinis hymnis rursum reuertuntur ad somnum, in illam causam nihilominus incidentes, ob quam conpescendam haec a senioribus nostris sollemnitas instituta est. illa namque hora eam consummare festinant, qua neglegentioribus minusque sollicitis rursum dormiendi reddatur occasio. quod omnimodis fieri non oportet, sicut in superiore libello describentes Aegyptiorum synaxin plenius exposuimus, ne purificationem nostram confessione supplici et antelucanis orationibus adquisitam uel emergens quaedam redundantia umorum naturalium polluat uel inlusio corrumpat inimici, uel certe intercedens etiam puri ac simplicis somni refectio interrumpat spiritus nostri feruorem ac tepefactos somni torpore per totum diei spatium inertes deinceps ignauosque traducat. quod Aegyptii ne incurrant, et quidem cum soleant certis temporibus etiam ante gallorum cantum consurgere, missa canonica celebrata usque ad lucem post haec uigilias extendunt, ut eos superueniens lux matutina in hoc feruore spiritus repperiat constitutos ac per totum diei tempus feruentiores sollicitioresque custodiat, praeparatos eos suscipiens ad conflictum et contra diurnam conluctationem diaboli nocturnarum exercitio uigiliarum ac spiritali meditatione firmatos.

VI. Illud quoque nosse debemus nihil a nostris senioribus, qui hanc eandem matutinam sollemnitatem addi debere censuerunt, de antiqua psalmodiarum consuetudine inmutatum, sed eodem ordine missam quo prius in nocturnis conuentibus perpetuo celebratam. etenim hymnos, quos in hac regione ad matutinam exceperere sollemnitatem, in fine nocturnarum uigi-

8] II, 13.

1 non distinguunt GH 2 prouincia G hymnis G¹: ymnis G²HL
 3 sumnum L¹ nihil minus L 4 incedentes G¹L concupiscendam H¹
 nostris om. G 5 illam G¹ 6 neglig. G¹ 8 superiori HL² superi L¹
 libro H sinaxin H 9 exposuimus H¹ ne . . . 15 traducat om. H
 11 habundantia L humorum G²L pulluat L¹ 13 sompni L, item
 infra 15 incurrerent L et quidem GL²: quidem L¹ etenim H
 16 caeteris L 19 reperiat G² 21 diurnam eras. in G diabuli H¹L¹
 22 uigiliarum exercitio L 23 VII H 26 ordinem L¹ 27 ymnos codd.
 28 excipere G¹HL

liarum, quas post gallorum cantum ante auroram fluire solent, similiter hodieque decantant, id est centesimum quadragesimum octauum psalmum, cuius initium est laudate dominum de caelis et reliquos qui sequuntur. quinquagesimum uero psalmum et sexagesimum secundum et octogensimum nonum huic nouellae sollempnitati fuisse deputatos. denique per Italiam hodieque consummatis matutinis hymnis quinquagesimus psalmus in uniuersis ecclesiis canitur, quod non aliunde quam exinde tractum esse non dubito.

VII. Is uero, qui in tertia, sexta uel nona, priusquam coeptus finiatur psalmus, ad orationem non occurrerit, ulterius oratorium introire non audet nec semet ipsum admiscere psallentibus, sed congregationis missam stans pro foribus praestolatur, donec egredientibus cunctis summissa in terram paenitentiae neglegentiae suae uel tarditatis inpetret ueniam, sciens nequaquam se posse desidia suae noxam aliter expiare, sed ne in ea quidem quae post tres horas erit secutura sollempnitate admittendum, nisi pro neglegentia praesenti confestim uera humilitate subnixus satisfacere festinarit. in nocturnis uero conuenticulis usque ad secundum psalmum praebetur tardanti dilatio, ita dumtaxat, ut, antequam finito eodem psalmo fratres in oratione procumbant, semet ipsum congregationi inserere atque admiscere festinet, eidem procul dubio increpationi ac paenitentiae quam praediximus subiciendus, si ultra praestitutam dilationis horam uel modicum retardarit.

2 similiterque hodie *H* centissimum *H¹L* quadragesimum *H¹*: quadragesimum *GH²* quadragesimum *L* 3 est initium *H* 4 secuntur *H* quinquagesimum *G¹*: quinquagesimum *G²HL²* quinquagesimum *L¹* 5 sexagesimum *G¹*: sexagesimum *G²HL²* sexagesimum *L¹* octogensimum *G¹*: octogensimum *G²H²L²* octogens. *H¹* octogens. *L¹* 6 nouimus fuisse (fuisse *om. r*) *v*: sed illud nouimus, quod *GHL* omittunt, supplendum est e nosse debemus (p. 40, 23): cf. *Ind. uerb. s. u. ellipsis* 7 ymnis *G²HL* quinquagesimus *G¹L¹*: quinquagesimus *G²H²L²* quinquagesimus *H¹* 8 uniuersis *om. L¹* 9 tractatum *H¹* et *L¹* ut uid. 10 VIII *H* 12 audeat *H¹* 13 prae *H* praestulatur *G¹H¹* 14 penitentia *G¹HL¹* poenitentia *G²L²* 16 noxiam *L¹* 17 sollempnitas *GL²v* 18 neglig. *G¹* 19 subnixus *Gc* festinaret *H¹* post hoc uerbum in *H* cap. 9 incipit 20 tardandi *H* 23 adque *L¹* 24 penitentiae *G¹L¹* poenitentiae *G²L²* 25 moram *L* retardaret *H¹*

VIII. Sane uigilias, quae singulis ebdomadibus a uespera inlucescente sabbato celebrantur, ideirco seniores hiemali tempore, quo noctes sunt longiores, usque ad quartum gallorum cantum per monasteria moderantur, ut post excubias totius noctis reliquis duabus ferme horis reficientes corpora sua nequaquam per totum diei spatium somni torpore marcescant, requie breuis huius temporis pro totius noctis refectione contenti. quod nos quoque omni obseruatione custodire conueniet, ut scilicet contenti somno, qui nobis post uigiliarum missam usque ad lucis indulgetur aduentum, id est usque ad matutinos psalmos, totum deinceps diem in opere ac necessariis ducamus officiiis, ne somnum, quem nocti subtraximus, resumere per diem uigiliarum lassitudine et inanitate compulsi non tam requiem corpori subtraxisse quam quietis tempus et refectionem nocturnam commutasse uideamur. nullatenus enim poterit fragilis caro ita totius noctis quiete fraudari, ut per consequentem diem sine dormitatione mentis animique torpore inconcussam possit seruare uigilantiam, quae impediatur ex hoc potius quam iuuabitur, nisi post uigiliarum missam somni quantulumcumque gustauerit. et ideirco saltim unius horae sopor, quemadmodum diximus, ante lucis aduentum si fuerit inpertitus, lucrabimur omnes uigiliarum horas, quas tota nocte in oratione consumpsimus, inpertientes naturae quod suum est nec habentes necessitatem resumendi per diem quod nocti subtraximus. totum enim carni huic procul dubio reddet, quisquis ei non rationabiliter partem subtrahere, sed totum temptauerit denegare et ut uerius dixerim non superflua, sed necessaria uoluerit amputare. propter quod maiore faenore necesse est uigilias compensari, si fuerint usque ad lucem inconsiderata atque irrationabili nimietate protractae. ideoque eas tripertitis distinguunt officiiis, ut labor hac diuersitate diuisus delectatione qua-

1 X H uespere L 2 inluciscente G¹H¹ 5 reliquiis L¹ reficientes L¹ 6 sompni L 9 sompno L 12 sompnium L¹ 14 corporis H¹ 15 commotasse H¹ communicasse L¹ 16 sequentem L¹ 17 animeque G 19 sompni L¹ 20 saltem H² 21 lucrabitur H lucrabimus L 22 consumpsimus G¹ 26 denegari G¹ 28 faenore GL: foenore S fe-nore H 30 eas om. L¹ distinguunt H²

dam defectionem corporis releuet. nam cum stantes antiphona
 tria concinuerint, humi post haec uel sedilibus humillimis in-
 sidentes tres psalmos uno modulante respondent, qui tamen
 5 singuli a singulis fratribus uicissim succedentibus sibi prae-
 bentur, atque his sub eadem quiete residendi ternas adiciunt
 lectiones. itaque fit ut corporeum minuente labore uigilias
 suas maiore intentione mentis exerceant.

VIII. Quas a tempore praedicationis apostolicae, quo religio
 ac fides Christiana fundata est, per uniuersum Orientem id-
 10 circo statutum est inlucescere sabbato debere celebrari, quod
 domino ac saluatore nostro sexta sabbati crucifixo discipuli
 adhuc recenti eius passione perculsi peruigiles tota nocte man-
 serunt, nullatenus quietis somnum suis oculis indulgentes.
 quamobrem ex illo tempore huic nocti deputata uigiliarum
 15 sollemnitas usque in hodiernum diem per uniuersum Orientem
 similiter obseruatur. ideoque et absolutio ieiunii post laborem 2
 uigiliarum totidem apostolicis uiris in die sabbato statuta non
 inmerito praesumitur per uniuersas ecclesias Orientis, secun-
 dum illam quoque Ecclesiastis sententiam, quae licet habeat
 20 et alium mysticum sensum, tamen ab hoc quoque non ab-
 horret, quo utrique diei, id est ebdomadi pariter et ogdoadi
 eandem partem sollemnitatis impertire praecipimur, ita dicentis:
 da partem his septem et quidem his octo. non enim ad 3
 communionem festiuitatis Iudaicae absolutio ista ieiunii re-
 25 putanda est, his praesertim qui omni Iudaica superstitione

23] Eccles. 11, 2 (LXX).

1 renelet $G^1 H^1 L^1$ strantes G^1 ante fana H^1 antifona L 2 trina
 G^1 trea H^1 antifonas tres $H^2 c$ concinuerint H^1 insidentes H^1
 3 modulante $H^1 L^1$ 5 hiis H^1 residendi $G^2 L^2$: resedendi G^1 rese-
 denti L^1 residentibus H^v 7 maiori H intentioni H^1 8 XI H
 VIII L relegio $G^1 L^1$ 10 inlucescere $G^1 H^1$ 12 peruigilias H^1
 13 sompnium L post indulgentes in H cap. 12, in L cap. 9 incipit
 14 nocte H^1 17 itidem r ab apostolicis Lr uiriis L^1 sabbati v
 19 ecclesiastis $G^1 H^2 L^2$: ecclesiastes $G^2 L^1$ ecclesiasticis H^1 20 misti-
 cum H^1 ad H^1 aborret $H^1 L$ 21 utri*que G (s. *eras.*) octoadi G^1
 ocdoadi G^2 et ogdoadi pariter L 22 eandem L^1 dicens H 23 hiis
 septem L^1 & admonitionē H ad commonitionem L 25 hiis L^1 iuditiā H

alièni monstrantur, sed ad refectionem quam diximus lassi corporis pertinere, quod per totas anni septimanas iugiter quinis diebus ieiunans, nisi duobus saltim interpositis refocilatum fuerit, facile lassescit ac deficit.

X. Cuius moderationis causam nonnulli in quibusdam occi- 5
dentalibus ciuitatibus ignorantes et maxime in urbe idcirco
putant absolutionem sabbati minime debere praesumi, quod
apostolum Petrum in eodem die contra Simonem conflictaturum
adserunt ieiunasse. ex quo magis apparet hoc eum non cano-
nica consuetudine fecisse, sed praesentis potius necessitate 10
conflictus, siquidem et ibi pro hac eadem re non generale,
sed speciale uideatur Petrus discipulis suis indixisse ieiunium.
quod utique non fecisset, si scisset illud canonica consuetudine
solere seruari, idem procul dubio etiam dominico die paratus
indicare, si certaminis ipsius in eum competisset occasio. nec 15
tamen ex hoc statim canonica fuisset ieiunii regula promul-
ganda, quod non generalis observatio statuerat, sed ut semel
fieret ratio necessitatis extorserat.

XI. Uerum ne hoc quidem ignorandum die dominica unam
tantummodo missam ante prandium celebrari, in qua psal- 20
morum atque orationum seu lectionum pro ipsius collectae uel
communione dominicae reuerentia sollemnius aliquid ac prop-
ensius inpendentes in ipsa tertiam sextamque pariter consum-
matam reputant. itaque fit ut et de obsequiis orationum nihil
inminuatur adiectione scilicet lectionum, et nihilominus diffe- 25
rentia quaedam uel remissio uideatur fratribus indulgeri pro
reuerentia dominicae resurrectionis prae cetero tempore, quae
et totius septimanae uideatur obseruantiam relaxare, et pro
hac ipsa quae intermiscetur quadam differentia eundem diem

3 ieiunantes *H*¹ ieiunant *L* saltem *H*² refocilatum *ita codd.*
4 lassescet ac deficiet *H* 5 non distinguit *G* XIII *H* 6 urbe roma
HL et tres codd. Cuyckii 8 symonem *G*²*L* conflicturum *II* 9 ad-
serant *HLc* ex canonica *L* 15 competisset *scripsi*: conpegisset *GLv*
in eo contigisset *H* 16 ieiuni *L*¹ 19 XI *L*: X *G* XIII *H* dominica
GH: dominico *Lv* 20 quo *H* 22 commonionis *L*¹ ac propius *G*:
om. S 25 adiectio *G*¹ deferentia *L* 27 domicae *L* 29 defferentia *L*
eum diem *L*¹ eundem (*om. diem*) *L*²

uelut festium prouocet rursus sollempnius expectari, minusque
 faciat ebdomadis uenturae ieiunia huius expectatione sentiri.
 semper enim aequanimius quaelibet fatigatio sustinetur et sine
 fastidio labor inpenditur, si interiecta ei uicissitudo quaedam
 5 uel operis inmutatio qualiscumque succedat.

XII. Denique etiam in ipsis diebus, id est sabbato uel do-
 minica seu feriatis temporibus, quibus prandium pariter et
 cena solet fratribus exhiberi, psalmus ad uesperam non dicitur,
 id est nec cum accedunt ad cenam nec cum ab ipsa consur-
 10 gunt, ut solet fieri in sollempnibus prandiis uel canonica iei-
 uniorum refectione, quam et praecedere consuetudinarii psalmi
 solent et subsequi: sed tantummodo simplici oratione facta
 accedunt ad cenam eamque rursus consurgentes ab ipsa sola
 oratione concludunt, quod scilicet extraordinaria sit inter mo-
 15 nachos ista relectio nec omnes ad eam conuenire cogantur,
 nisi aut peregrini qui superuenerint fratres aut hi, quos infir-
 mitas corporis aut propria inuitat uoluntas.

LIBER QUARTUS.

DE INSTITUTIS RENUNTIANTIIUM.

CAPITULA.

20

I. De institutione eorum qui renuntiant huic mundo, et quem-
 admodum apud Tabennesiotas uel Aegyptios inbuantur hi qui
 in monasteriis suscipiuntur.

II. Qua ratione usque ad ultimam senectutem apud eos in
 25 coenobiis perseuerent.

1 expectare *H* 2 ebdomadadis *II*¹ sentire *H*¹ 6 *codd. non dis-*
tinguant in *om. II* 7 ferentis *II*¹ 8 caena *HL* 9 caenam *H*
 ipsa *GL*: ipsa caena *H* 11 consuetudinari *II*¹ 13 caenam *II* cenam *L*
 14 manachos *H* 15 eandem *II* cum *L* cogantur *H* 16 hii *II*¹
 17 uoluptas *L*¹ Explicit de canonico diurnarum orationum et psal-
 morum modo liber tertius *G: om. III* Incipiunt capitula (sequentis
 libri *add. G* de libro *III* *add. L*) *GIII*

22 tabinesiotas *II* tabenneositas *L* hii *III*¹

III. Quo examine probetur is qui in coenobio suscipiendus est.

III. Quare, qui in monasterio recipiuntur, nihil secum permittantur inferre.

V. Cur hi qui renuntiant suscepti in monasteriis propria uestimenta deponant et ab abbate aliis induantur. 5

VI. Qua causa uestimenta renuntiantium, cum quibus ingressi sunt monasterium, a dispensatore seruentur.

VII. Cur in monasterio suscepti non permittantur statim fratribus admisceri, sed xenodocho ante tradantur.

VIII. Quibus primum institutis iuniores exerceantur, ut ad 10
superandas omnes concupiscentias proficiant.

VIII. Quare iunioribus imperetur ut seniori suo nihil de cogitationibus suis subtrahant.

X. Quanta oboedientia senioribus etiam in naturali necessitate tribuatur. 15

XI. Cuiusmodi cibus apud eos delicatissimus habeatur.

XII. Quod ad sonitum pulsantis ostium nihil operis non omittant studio celeriter occurrendi.

XIII. Quam criminiosum habeatur, si aliquis uel uilissimum quippiam suum dixerit. 20

XIII. Quod, licet multa pecunia de uniuersiusque opere congeratur, nullus tamen praesumat excedere statutae sufficientiae paritatem.

XV. De inmodico apud nos studio habendi.

XVI. De regulis diuersarum correptionum. 25

XVII. Quibus auctoribus sit inuictum ut reficientibus fratribus sacrae lectiones in coenobiis recitentur, et quantum apud Aegyptios praebeatur silentium.

XVIII. Quam illicitum sit extra mensam communem quicquam cibi potusue gustare. 30

1 is *om. Hv* coebio *L* suscipendus *H* 4 hii *HL*¹ 5 ab *om. H*
induant *H* 7 sumus *L* seruetur *H* 9 misceri *H* xenodocho *L*
sexodocho *H* xenodochio *v* 10 exercentur *L* 11 separandas *H* 12 *hunc*
titulum om. H 16 cybus *L* aput *L*¹ delicatissimus *H* 17 ad *om. H*
19 criminiosus *H* utilissimum *L*¹ 22 congregatur *H* praesumat
*om. L*¹ excidere *H* 23 paritatem praesumptã (*del. m. 2*) *L* 24 aput *L*¹
habendi studio *L* 25 ruguliis *L*¹ 26 actoribus *L* inuentum *L*^{2v}
27 aput *L*¹ 30 cybi *L* putus uegustare *H* potus uetustare *L*¹

XVIII. Quemadmodum per Palaestinam uel Mesopotamiam cotidiana fratribus exhibeantur obsequia.

XX. De tribus lenticulae granis ab oeconomio repertis.

XXI. De spontaneo quorundam fratrum ministerio.

5 XXII. De Aegyptiorum typo, qui est super cotidianis fratrum statutus obsequiis.

XXIII. De oboedientia abbatis Iohannis, per quam usque ad prophetiae prouectus est gratiam.

10 XXIII. De ligno arido, quod idem abbas Iohannes ad arbitrium senioris sui quasi adolendum rigare non destitit.

XXV. De proiecto ab abbate Iohanne uase unico olei ad senioris imperium.

15 XXVI. Quemadmodum abbas Iohannes suo oboedierit seniori ad aduoluendum saxum, quod ne a multis quidem possibile erat moueri.

XXVII. De humilitate et oboedientia abbatis Patermuti, quam in proiciendo in flumen paruulo filio ex praecepto senioris non haesitauit implere.

20 XXVIII. Quemadmodum reuelatum sit abbati de Patermutio opus eum Abrahae fecisse, et quod defuncto eidem abbati idem Patermutius in monasterii administratione successerit.

XXVIII. De oboedientia fratris, qui decem sportas circumferens publice distraxit abbatis imperio.

25 XXX. De abbatis Pinufi humilitate, qui relicto coenobio celeberrimo, cui presbyter praeerat, longinquum monasterium, in quo uelut incipiens susciperetur, desiderio perfectionis expetit

1 palaestinam *HL* mesopotamiam *L* 2 adhibeantur *H* 3 granis lenticulae *L* 4 fratrum *H* monasterio *H*¹ 5 typo *H* fratrum statutis *H* 8 proiectus *H* 9 idem beatus abbas *H* iohannis *HL*¹ 10 adolendum *HLv*: fort. adolescendum desistit *H* 11 ab *om.* *HL* 13 iohannis *H* obquidiret *H* 14 ad *om.* *H* 16 oboedientiae *L* patermuti *H*: patermutii *L* 17 in post quam *om.* *H* flumen *L*: fluuio *H* paruulo *L*¹ quam ex *H* 18 esitauit *H* hesitauerit *L* 19 abbate *H* patermutio *H* patrem^vtio *L* 20 quod et *HL* abbate *H* 21 in *om.* *H* 22 decem *HL* 23 publice *H* imperium *H* ad abbatis imperium *v* 24 pinuphi *H* phynuphy *L* monasterio *H* 25 celeberrimo *H* presbiter *HL* 26 susciperetur *L*¹

XXXI. Quemadmodum abba Pinufius reductus in monasterium suum modico tempore commoratus rursus fugerit in partes Syriae Palaestinae.

XXXII. Quae praecepta dederit idem abbas Pinufius fratri, quem in suo monasterio sub nostra recipiebat praesentia. 5

XXXIII. Quod, sicut magna remuneratio monacho debetur secundum institutionem patrum laboranti, ita et inertii poena similiter tribuatur, et ideo non debeat quis tam facile admitti in monasterio.

XXXIII. Quod abrenuntiatio nihil sit aliud quam mortificatio et imago crucifixi. 10

XXXV. Quod crux nostra timor domini sit.

XXXVI. Quod renuntiatio nihil prosit, si isdem quibus renuntiauius implicemur.

XXXVII. Quod diabolus nostro fini semper insidietur et nos eius caput iugiter observare debeamus. 15

XXXVIII. De renuntiantis praeparatione aduersum temptationes, et de paucis imitandis.

XXXVIII. Quo ordine quis ad perfectionem ualeat peruenire, per quam de timore dei ad caritatem consequenter ascendat. 20

XL. Quod non debeat monachus exempla perfectionis a multis expetere, sed ab uno uel paucis.

XLI. Quarum debilitatum similitudinem suscipere debeat qui in coenobio commoratur.

XLII. Quod bonum patientiae suae non debeat monachus de aliorum sperare uirtute, sed de sua potius longanimitate. 25

XLIII. Recapitulatio expositionis, per quam monachus ad perfectionem possit ascendere.

nu i

1 abbas *Lv* pinuphius *H* phyphus *L* 2 iterum *Hv* fugeret *H*
 3 siriae *H* palestinae *L*: *om.* *Hv* cf. *Mommsen, Roem. Gesch. V, pag. 546*
 4 dederat *H* piniphiius *H* phynufius *L* 5 recipiabat *L* receperat *H*
 7 patrum *H* inaerti *H* in**** *L* poenas *L*¹ 8 debere *II* tam
om. *Hv* 9 ea in *H* 11 crucifigi *L*¹ 13 quod . . . prosit *om.* *H*
 renontiatio *L*¹ hisdem *L* 15 diabolus *HL*¹ 16 capud *L*¹ observare
 iugiter debm' *II* 18 paucis *L*¹ 19 quod *L*¹ 20 dñi *H* 22 exci-
 pere *H* 23 suscipere debilitatum similitudinem *H* 24 commoratus *L*
 26 sed *om.* *H* 28 Expliciuunt capitula *H*: *om.* *L*

I. De canonico modo orationum atque psalmodiarum, qui debeat in diurnis conuentibus per monasteria custodiri, ad institutionem eius, qui renuntiat huic mundo, narrationis nos ordine prouocante transimus, condiciones in primis, quibus hi qui ad deum conuerti cupiunt recipiantur in coenobiis, breui quantum possumus studentes sermone complecti, quaedam scilicet de Aegyptiorum, quaedam de Tabennesiotarum regulis admiscentes, quorum Thebaide est coenobium, quantum numero populosius cunctis, tanto conuersationis rigore districtius, siquidem in eo plus quam quinque milia fratrum ab uno regantur abbate tantaque sit oboedientia hic tam prolixus numerus monachorum omni aeuo seniori suo subditus, quanta non potest apud nos unus uni uel oboedire pro modico tempore uel praeesse.

II. Quorum tam longa perseuerantia et humilitas atque subiectio quemadmodum tam diuturna perduret quae institutione formetur, per quam usque ad incuruam senectam in coenobio perseuerent, opinor nos ante omnia debere praestringere (tanta namque est, quanta neminem in monasteriis nostris ingressum ne anno quidem integro tenuisse meminimus), ut, cum renuntiationis eorum primordia uiderimus, consequens fuisse intelligamus, ut in tam sublimia perfectionis fastigia talium initiorum fundamenta consurgerent.

III. Igitur ambiens quis intra coenobii recipi disciplinam non ante prorsus admittitur, quam diebus decem uel eo amplius pro foribus excubans indicium perseuerantiae ac desiderii sui pariterque humilitatis ac patientiae demonstrauerit. cumque omnium praetereuntium fratrum genibus prouolutus

Incipit (liber *add. H*) de institutis renuntiantium liber (liber *om. H*)
III. (quartus *H*) *GHL*

1 atque *GH*: et *L* 2 diuturnis *L*¹ 3 renuat *G*¹ 4 condiciones
codd. hii *G*¹*HL*¹ 5 dñm *H* recipiuntur *G*¹ 7 tabenensiorum *L*
tabenensiotarum *H* 8 thebaide *G*: thebaide *L*² tebaide *ex* tebaide *H*
in thebaide *L*¹(*v*) quanto *v* 9 tantum *H* districtius *L* 10 reguntur
*G*² 11 tantaque *L*² fit *G* oboedientiae *L* his *G*² prolixius *H*¹
12 possit *H* 15 diurna *H*¹ 16 curuam *L* 17 praestringere *G*: perstringere
HLv 18 monasteris *L*¹ 19 nec *H* 21 talia *H* 22 consurgerent capitulum
H 23 cenubii *H*¹ 24 decem *H*¹*L*¹ 25 prae *H*

et ab uniuersis de industria refutatus atque despectus, tamquam qui non religionis sed necessitatis obtentu monasterium optet intrare, iniuriis quoque et exprobrationibus multis adfectus experimentum dederit constantiae suae, qualisque futurus sit in temptationibus, obprobriorum tolerantia declarauerit, 5
 atque ita fuerit explorato mentis ardore susceptus, diligentia summa perquiritur, ne de pristinis facultatibus suis inhaeserit 2
 ei uel unius nummi contagio. sciunt enim eum sub monasterii disciplina diuturnum esse non posse, sed ne humilitatis quidem aut oboedientiae adprehensurum esse uirtutem nec illa coenobii 10
 paupertate ac districtione contentum fore, si in conscientia eius pecuniae quantulumcumque latitauerit, sed ubi primum exorta fuerit qualibet occasione commotio, fiducia stipis illius animatum continuo de monasterio uelut funda rotante fugiturum.

III. Et ideo ne usibus quidem coenobii profuturas suscipere ab eo pecunias adquiescunt, primum ne confidentia huius oblationis inflatus nequaquam se pauperioribus fratribus coaequare dignetur, tum ne per hanc elationem nullatenus ad humilitatem Christi descendens, cum sub disciplina coenobii non potuerit perdurare, egressus exinde ea, quae in principio 20
 renuntiationis suae spiritali feruore succensus intulerat, tepefactus postea non sine iniuria monasterii sacrilego spiritu recipere atque exigere moliatur. quod omnimodis obseruari debere multis sunt experimentis frequenter edocti. nam per alia minus cauta monasteria simpliciter quidam suscepti eorum, 25
 quae intulerant quaeque in dei opere fuerant dispensata, cum ingenti post blasphemia reddhibitionem poscere temptauerunt.

V. Quamobrem ita nudatur quisque, cum receptus fuerit, omni pristina facultate, ut ne ipsum quidem quo opertus est

1 reffutatus *L*¹ dispectus *H*¹ 3 exprobrationibus *G*¹ 5 tollerantia
*G*¹*H*¹ tolerantiae *L* 7 persequitur *H*¹ perqueritur *L*¹ inhesserit *H*¹
 8 nommi *L*¹ 10 in illa coebii *L* 11 dextrictione *G*¹ 12 latauerit *H*
 15 non distinguit *H* ussibus *H*¹ 17 pauperibus *G*¹ 19 discendens
*H*¹*L*¹ 20 poterit *L* 21 susceptus *L* 22 ea postea *L* 23 exire *G*¹
 obseruari *G*: obseruare *HL* 25 eorum *G*: eorum *H* de eorum (*sequitur ras. 7—8 litt.*) *L* 27 post haec blasfemiae *H* reddhibitionem *G*
 redhibitionem *H* 28 IIII *H*

indumentum habere permittatur ulterius, sed in concilio fratrum productus in medium exuatur propriis ac per manus abbatis induatur monasterii uestimentis, ut per hoc se non solum uniuersis rebus suis antiquis nouerit spoliatum, uerum etiam
 5 omni fastu deposito mundiali ad Christi paupertatem et inopiam descendisse iamque opibus sustentandum non saeculi arte quae-
 sitis nec de infidelitate pristina reseruatis, sed de sanctis ac piis monasterii largitionibus militiae suae stipendia percepturum atque inde se deinceps uestiendum alendumque cognoscens et
 10 nihil habere et nihilominus de crastino non esse sollicitus secundum euangelii discat sententiam, nec erubescat pauperibus id est corpori fraternitatis aequari, quibus connumerari Christus et quorum se fratrem non erubuit nuncupare, quin potius gloriatur domesticis eius factum se esse consortem.

15 VI. Illa uero quae deposuit uestimenta oeconomio consignata tamdiu reseruantur, donec profectus et conuersationis eius ac tolerantiae uirtutem diuersis temptationibus ac probationibus euidenter agnoscant. et siquidem posse eum inibi durare tempore procedente perspexerint et in eodem quo coepit feruore
 20 persistere, indigentibus eadem largiuntur: sin uero quoddam ex eo murmurationis uitium uel paruae cuiuslibet inoboedientiae culpam processisse deprehenderint, exuentes eum monasterii quibus indutus fuerat uestimentis et reuestitum antiquis quae fuerant sequestrata depellunt. nullum etenim fas est cum illis
 25 quae accepit abscedere nec quemquam patiuntur illis adhuc indui, quem semel ab institutionis suae regula tepuisse peruiderint. unde etiam copia nulli penitus palam discedendi conceditur, nisi aut in morem serui fugacis captans densissimas

11] cf. Matth. 6, 34.

^d
 2 reductus *H* exuatur *H*¹ 4 expoliatum *HL* 5 omni affectu omni fastu *H* 6 descendisse *H*¹ sch *G* saeculi *L* 7 ne *G*¹ ac] et *L* 9 deinceps *om. L* 10 sollicitum *r* 11 pauperioribus *H* 13 fratrum *L*¹ nuncupari *H* nuncupare *L* 15 *V II* 16 conuersationes *G*¹ 17 tolerantiae *G*¹ 18 perdurare *Lv* 19 procedente *H*¹ prospexerint *HL* in *om. L* 20 si *H* quoddam *L* 21 paruae *HL* huuslibet *H*¹ cuiusque libet *L*¹ 26 peruiderent *L*¹ 27 copiam *H*¹ discedenti *H*¹ discedendi *J*¹

tenebras nocte diffugiat, aut certe hoc ordine et professione iudicatus indignus cum confusione et nota coram cunctis fratribus deposita monasterii ueste pellatur.

VII. Cum igitur quis susceptus et hae perseuerantia qua diximus comprobatus ac depositis propriis indumentis habitu monasteriali fuerit accinctus, non statim congregationi fratrum commisceri permittitur, sed deputatur seniori, qui seorsum haud longe a uestibulo monasterii commanens habet curam peregrinorum atque aduenientium deputatam eisque omnem diligentiam susceptionis et humanitatis impendit. cumque ibidem integro anno deseruiens absque ulla querella suum circa peregrinos exhibuerit famulatum, inbutus per hae prima institutione humilitatis ac patientiae atque in ea longa exercitatione praecognitus, admiscendus ex hoc congregationi fratrum alii traditur seniori, qui decem iunioribus praeest, quos sibi creditos ab abbate instituit pariter et gubernat, secundum illud scilicet quod ordinatum in Exodo legimus per Moysen.

VIII. Cuius hae erit sollicitudo et eruditio principalis, per quam iunior introductus scandere consequenter etiam culmina perfectionis summa praeualeat, ut doceat eum primitus suas uincere uoluntates: quem studiose in his ac diligenter exercens hae illi semper imperare de industria procurabit, quae senserit animo eius esse contraria. multis siquidem experimentis edocti tradunt monachum et maxime iuniores ne uoluptatem quidem concupiscentiae suae refrenare posse, nisi prius mortificare per oboedientiam suas didicerint uoluntates. ideoque pronuntiant nullatenus praeualere uel iram uel tristitiam uel spiritum fornicationis extinguere, sed nec humilitatem cordis

17] cf. Ex. 18, 25.

1 nocti ^v *H* defugiat *H*¹ defugiat *L*: cf. cap. 31 2 confusione *H*¹
 3 deposita *H*¹*L*¹ pillatur *L*¹ 4 VI *H* et in hae *H* quam *Hv*
 5 comprobatus *H* uestimentis *Hv* 7 commiscere *L* deputatus *H*
 haut *GH*¹ aut *L*¹ 8 uestipulo *G*¹ monasterio *G*¹ monasteri *L*¹
 10 humilitatis *HL*: cf. *Conl. XVIII, 1, 4, XX, 2, 1* 11 que(ac)rella *G*¹*H*¹:
 querela *G*²*H*²*L* 13 exercitatione *H* 15 decim *H* 16 et *GH*: ac *L*
 18 VII *H* 19 scandere *GH*: ascendere *Lv* 20 profectionis *G* 21 uoluptates *L*¹
 hiis *L*¹ 24 edocati *H*¹ uoluptatem *L*¹ 26 oboediendam *G*¹ dedicerint *H*¹ uoluptates *L*¹

ueram nec cum fratribus unitatem perpetuam nec firmam diurnamque posse retinere concordiam, sed ne in coenobio quidem diutius permanere eum, qui prius uoluntates suas non didicerit superare.

5 VIII. His igitur institutis eos quos initiant uelut elementis quibusdam ac syllabis inbuere ad perfectionem atque informare festinant, per haec ad liquidum discernentes, utrum ficta et imaginaria an uera sint humilitate fundati. ad quod ut facile ualeant peruenire, consequenter instituuntur nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciose confusione celare, sed confestim ut exortae fuerint eas suo patefacere seniori, nec super earum iudicio quicquam suae discretioni committere, sed illud credere malum esse uel bonum, quod discussit ac pronuntiauerit senioris examen. itaque fit ut in nullo circumuenire
15 iuuenem callidus inimicus uelut inexpertum ignarumque praeualeat, nec ulla fraude decipere quem peruidet non sua sed senioris discretionem muniri, et suggestiones suas uel ignita iacula, quaecumque in cor eius iniecerit, ut seniore celet non posse suaderi. alias quippe subtilissimus diabolus inludere uel
20 decipere iuniorem non poterit, nisi cum eum seu per adrogantiam siue per uerecundiam ad cogitationum suarum uelamen inlexerit. generale namque et euidens indicium diabolicae cogitationis esse pronuntiant, si eam seniori confundamur aperire.

X. Post haec tanta obseruantia oboedientiae regula custoditur, ut iuniores absque praepositi sui scientia uel permissu non solum non audeant cellam progredi, sed ne ipsi quidem communi ac naturali necessitati satisfacere sua auctoritate praesumant. sicque uniuersa complere, quaecumque fuerint ab eo praecepta, tamquam si ex deo sint caelitus edita, sine ulla

2 coenobio *H*¹ 3 diurnus *H* uoluptates *L*¹ 4 dederit *H*¹
5 VIII *H* elementis *G*¹*II*¹ 6 syllabis *H* informare *L* 10 perniciose *LS* confusione *H*¹ 12 discretionem *L*¹ 13 discreuerit *H* 16 peruidit *H*¹ prauidet *L*²*v* 17 discretionem *G*¹ decretionem *ex* decretionem *H*
suggestiones *L*¹ uelut *Sc* 18 corde *H* seniori *L*² 19 suadere *H*
diabolus *H*¹*J*¹ 20 decipere *G*¹ decipere *H* 22 intellexerit *G*¹
intellexerit *H* generalem *L*¹ 24 VIII *H* 25 praepositi *L*¹ permissu *G* praemissu *H*¹ 26 nec *H*¹ 27 necessitate *II*¹

discussione festinant, ut nonnunquam etiam impossibilia sibi-
 met imperata ea fide ac deuotione suscipiant, ut tota uirtute
 ac sine ulla cordis haesitatione perficere ea et consummare
 nitantur et ne impossibilitatem quidem praecepti pro senioris
 reuerentia metiantur. de quorum oboedientia speciatim nunc
 dicere praetermitto: exemplis enim ipsis eam paulo post tra-
 dere suo loco disponimus, si dominus nobis orationibus uestris
 dederit commeatum. nunc instituta cetera persequamur, praeter-
 mittentes illa contexere, quae in hac regione uel tradi mona-
 steriis uel ab ipsis nequeunt custodiri, sicut in praefatiuncula
 nostra facturos nos esse promissimus, quod scilicet nec laneis
 indumentis utantur, sed lineis tantum et ne ipsis quidem du-
 plicibus: quibus uicaria praepositis unusquisque suae decaniae
 subministrat, cum illa quibus uestiti sunt sorduisse conspexerit.

XI. Illud quoque arduum atque sublime genus continentiae
 similiter praetermittentes, in qua summae reputantur deliciae,
 si herba sale condita, quam labsanion uocant, aqua diluta ad
 refectionem fratribus adponatur, aliaque conplura his similia,
 quae in hac prouincia nec aerum temperies nec qualitas nostrae
 fragilitatis admittit, illa tantummodo persequar, quae nulla
 carnis infirmitas, non situs loci poterit impedire, si ea non fra-
 gilitas animae ac tepor mentis ademerit.

XII. Itaque considentes intra cubilia sua et operi ac medi-
 tationi studium pariter inpendentes, cum sonitum pulsantis
 ostium ac diuersorum cellulas percipientis audierint ad ora-
 tionem scilicet eos seu ad opus aliquod inuitantis, certatim e
 suis cubilibus unusquisque prorumpit, ita ut is, qui opus scrip-
 toris exercet, quam repertus fuerit inchoasse litteram finire

10] §. 9.

1 nonnunquam *G*² 2 imperata *H*¹ 5 mentiantur *H*¹ 7 nobis *om. H*
 8 commiatum *L*¹ caetera *L* prosequamur *v* 11 promissimus *H*¹*L*
 13 uicariae *H* 14 perspexerit *L* 15 X *H* 16 praetermittentes *G*: praeter-
 mittens *HLv cf. Ind. 'anacolutha'* diliciae *G*¹*H*¹*L*¹ 17 labsanion *L*¹:
 lapsanium *G* labsanium *L*² balsanum *H* delota *G* 18 cumplura *H*¹
 19 prouincia *GL* 20 prosequar *H*²*v* 21 infirmitas *L* impedire *H*¹:
 impedire *rell.* 22 animi *H* adimerit *G*¹*L* 23 XI *H* considentes
*HL*¹ meditatione *H*¹ 24 pariter *om. H* pariter studium *L* pul-
 santes hostium *G*¹ 26 certamine *H* 28 reppertus *L* inchogasse *H*¹

non audeat, sed in eodem puncto, quo ad aures eius sonitus
 pulsantis aduenerit, summa uelocitate prosiliens ne tantum
 quidem morae interponat, quantum coepti apicis consummet
 effigiem, sed imperfectas litterae lineas derelinquens non tam
 5 operis compendia lueraue sectetur quam oboedientiae uirtutem
 exsequi toto studio atque aemulatione festinet. quam non solum
 operi manuum seu lectioni uel silentio et quieti cellae, uerum
 etiam cunctis uirtutibus ita praeferunt, ut huic iudicent omnia
 postponenda et uniuersa dispendia subire contenti sint, dum-
 10 modo hoc bonum in nullo uiolasse uideantur.

XIII. Illam sane uirtutem inter ceteras institutiones eorum
 uel commemorari superfluum puto, quod scilicet nulli cistellam,
 nulli peculiarem sportam liceat possidere nec tale aliquid, quod
 uelut proprium retinens suo debeat communire signaculo. quos
 15 ita nouimus omni ex parte nudos existere, ut praeter colo-
 bium, maforte, gallicas, meloten ac psiathium nihil amplius
 habeant, cum in aliis quoque monasteriis, in quibus aliqua
 remissius indulgentur, hanc regulam uideamus districtissime
 nunc usque seruari, ut ne uerbo quidem audeat quis dicere
 20 aliquid suum magnumque sit crimen ex ore monachi pro-
 cessisse 'codicem meum', 'tabulas meas', 'grafium meum', 'tuni-
 cam meam', 'gallicas meas', proque hoc digna paenitentia satis-
 facturus sit, si casu aliquo per subreptionem uel ignorantiam
 huiusmodi uerbum de ore eius effugerit.

25 XIII. Et cum tantos unusquisque eorum cotidie de opere
 ac sudore proprio reditus conferat monasterio, ut ex his susten-
 tare non solum suam ualeat parcatem, uerum etiam usibus
 possit exuberare multorum, in nullo tamen inflatur nec sibi

1 punctu *H*¹ quod *HL*¹ ad *om.* *H* 3 interponant *H* 4 inter-
 fectę *H* 5 luera** (ue *eras.*) *L* sectatur *H* 6 exequi *G* 8 indi-
 cent *L* 9 contenti *H*¹ sunt *HL*¹ 11 XII *H* 12 commemorare *Hv*
 13 sportam *HL*: sportellam *Gv* cf. c. 15, 1 15 existere *GH* 16 ma-
 forte *GL*: mafortes *H* mafortem *v* caligas *H*^{2v} uel post gallicas
add. *H* meloten *H*: melotem *G* melotã (ã in *ras. m.* 2) *L* melotem *v*
 phiathium *G*¹ psiathium *e* spiatium *H* 17 illis *L* 21 tonicam *GL*¹
 22 gallicas *L*: calicas *H*¹ caligas *GH*^{2v} pro hocque *H* poenitentia *G*
 penitentia *HL* 23 cassu *H*¹*L*¹ 25 non distinguit *H* 26 hiis *H*¹
 27 ueleant *H* usibus *H*¹ 28 exhibere *ex* exhiberare *L*

de tanto operis sui quaestu ac sudore blanditur, sed praeter duo paxamatia, quae tribus uix denariis ibidem distrahuntur, nihil sibimet amplius unusquisque praesumit. inter quos nullum peculiare opus, quod pudet dicere quodque in nostris monasteriis utinam fieri nesciremus, non dicam effectu, sed ne cogitatione quidem ab aliquo penitus adfectatur. cumque totam enthecā coenobii suam credat esse substantiam cunctisque rebus ut omnium dominus omnem curam sollicitudinemque dependat, ad retinendam nihilominus arreptae nuditatis uirtutem, quam studet ad finem usque perfecte atque inuiolabiliter custodire, ita semet ipsum a cunctis extraneum et ex omnibus iudicat alienum, ut tamquam peregrinum se gerat et incolam istius mundi, alumnumque se potius monasterii reputet ac miuistrum, quam dominum rei cuiuscumque praesumat.

XV. Ad haec nos miserabiles quid dicimus, qui in coenobiis commorantes ac sub abbatis cura et sollicitudine constituti peculiare circumferimus clauas, omnique professionis nostrae uerecundia et confusione calcata etiam anulos, quibus recondita praesignemus, in digitis palam gestare nos non pudet, quibus non solum cistellae uel sportae, sed ne arcae quidem uel armaria ad ea, quae congerimus uel quae egressi de saeculo reseruauimus, condenda sufficiunt, quique ita nonnumquam pro uilissimis nullisque rebus accendimur, eas dumtaxat uelut proprias uindicantes, ut, si quis uel digito quicquam ex his contractare praesumpserit, tanta contra eum iracundia suppleamur, ut commotionem cordis nostri ne a labiis quidem ac tota corporis indignatione reuocare possimus. sed praetermissis nostris uitiis et his, quae ne commemorari quidem dignum est, silentio traditis secundum illud eloquium: non loquatur os meum

29] Ps. 16, 4.

1 quaesto *H*¹ 2 paxamatia *G*¹*L*¹: paxmatia *G*² paximatia *HL*²
 uix tribus *H* 3 praesumet *H*¹ 5 ne] nec *H* 7 coenubii *H*¹ suam
 coenobii *L* 9 depellat *G* 10 studet *H*¹ immobiliter *H* 11 ex *GL*:
 ab *H* 13 modi *II*¹ 14 monasteriis *L*¹ 15 XIII *H* dicimus *GL*:
 dicemus *Hv* 16 et] ac *H* 18 confessione *H*¹ 19 nos *om.* *L*
 20 archae *G*¹ 21 sc̄to *G* 22 reseruabimus *G*¹ sufficiant *L* 23 ac-
 cendemur *G*¹ 24 uendicantes *H*¹ ex his *om.* *H* contractare *GH*²
 25 praesumpserit *H*¹ 28 hiis *L*¹ nec *L*² 29 illum *L*¹ ut non *L* et *Uulg.*

opera hominum, uirtutes potius quae apud illos sunt et haec, quae nos quoque omni studio debemus adpetere, coepto narrationis ordine persequamur ipsasque iam regulas ac typos cursim breuiterque ponamus, ut peruenientes post haec ad
 5 quosdam actus et opera seniorum, quae studiose memoriae mandare disponimus, haec quae nostra expositione digesta sunt uelut testimoniis ualidissimis roboremus, uniuersa quae diximus exemplis eorum potius ac uitae auctoritate firmantes.

XVI. Si quis igitur gillonem fictilem, quem illi baucalem
 10 nuncupant, casu aliquo fregerit, non aliter neglegentiam suam quam publica diluet paenitentia, cunctisque in synaxi fratribus congregatis tamdiu prostratus in terram ueniam postulabit, donec orationum consummetur sollemnitas, inpetraturus eam, cum iussus fuerit abbatis iudicio de solo surgere. eodem modo
 15 satisfaciet, quisquis ad opus aliquod accersitus uel ad congregationem solitam tardius occurrerit aut si decantans psalmum uel modicum titubauerit, similiter si superfluo, si durius, si
 20 contumacius responderit, si neglegentius obsequia iniuncta compleuerit, si uel leuiter murmurauerit, si lectionem operi uel oboedientiae praeferens officia statuta segnus fuerit exsecutus, si dimissa synaxi non concitus ad cellam recurrere festinarit, si cum aliquo uel ad modicum substiterit uel si ad punctum temporis uspiam secesserit, si alterius tenuerit manum, si cum illo, qui cellae suae cohabitator non est, confabulari quantum
 25 lumcumque praesumpserit, si orauerit cum illo qui est ab oratione suspensus, si parentum quempiam uel amicorum saecularium uiderit uel conlocutus eis sine suo fuerit seniore, si

3 prosequamur *v* typos *G*¹ typos *H*¹ 5 actos *L*¹ 6 disputatione *H*
 degesta *H*¹ 7 uelud *H*¹*L*¹ 9 XIII *H* gyllonem fctilem *L* baucalem *L*²: baucalem *L*¹ paucalem *G* blaucalem *H* 10 cassu *L*¹ fringeret *H*¹ neglig. *G*¹ 11 puplica *H*¹ penitentia *G*¹*L* poenit. *G*²*H*
 sinaxi *H* 12 terra *S*² postolabit *L* 14 com fuerit abbatis iudicio
 iusus *L* 15 arcessitus *H* 18 contumaciusque *L* 19 murmurauerit *L*¹ 20 executus *G*²*L* 21 sinaxi *H* citius *H* festinarit *G*:
 festinauerit *HLv* 22 subsisterit *H* 23 recesserit *L*¹ 24 cohabeatur *H*¹
 non est hic incipit confabulari (*sic!*) *G* 27 conloquutus *L*

epistolam cuiuscumque suscipere, si rescribere sine suo abbate temptarit. huc usque et in huiusmodi ac similibus admissis
 3 procedit animaduersio spiritalis. residua uero, quae apud nos
 indifferenter admissa a nobis quoque reprehensibilibus susti-
 nentur, id est aperta conuicia, manifesti contemptus, contra-
 5 dictiones tumidae, libera et effrenata processio, familiaritas
 apud feminas, irae, rixae, simultates et iurgia, operis peculiaris
 praesumptio, filargyriae contagio, affectus atque possessio rerum
 superfluarum quae a ceteris fratribus non habentur, extra-
 ordinaria ac furtiua cibi refectio et his similia non illa incre-
 10 patione qua diximus spiritali, sed uel plagis emendantur uel
 expulsionem purgantur.

XVII. Illud autem, ut reficientibus fratribus sacrae lectiones
 in coenobiis recitentur, non de Aegyptiorum typo processisse,
 sed de Cappadocum nouerimus. quos nulli dubium est non
 15 tam spiritalis exercitationis causa, quam concupiscendae super-
 fluae otiosaeque confabulationis gratia et maxime contentionum,
 quae plerumque solent in conuiujs generari, hoc statuere uo-
 luisse, uidentes eas aliter apud se non posse cohiberi. apud
 Aegyptios enim uel maxime Tabennesiotas tantum silentium
 20 ab omnibus exhibetur, ut, cum in unum tanta numerositas
 fratrum refectio obtentu consederit, nullus ne muttire qui-
 dem audeat praeter eum, qui suae decaniae praeest, qui tamen
 si quid mensae superinferri uel auferri necessarium esse per-
 uiderit, sonitu potius quam uoce significat. tantaque uescentibus
 25 eis silentii huius disciplina seruatur, ut cucullis ultra oculo-

1 epistolam *G²HL* cuiuscumque *Gv*: cuiuspiam *H* cuiusquam *L*
 si *GL*: nel *H* 2 temptarit *G*: temptauerit *HL* huic *G¹* 4 inde-
 ferenter *H¹* indifferenter *L¹* reprehensibilibus *L¹* sustinenter *G¹*
 5 conuitia *L* 7 apud *L¹* peculiare *L¹* 8 filargyriae *H* (*passim*)
 fylargyriae *L* 10 furtiua *L²* cibi *L* 11 quam *v* plagis *L¹*
 13 XV *H* reficientibus *L¹* fratribus | tribus *L* 14 aegyptiorum *H*
 15 capodo^{co} (*primum o mut. in a*) *H* capp^o do co* (*postremum o ex u*) *L*
 nouimus *H* quod *L* 16 spirituales exercitationes *L¹* concupiscendae *H¹*
 17 otiosaque *L* 18 conuiujs *H¹* studere *L* 19 apud *bis* *L¹* cohy-
 beri *L* 20 uel *GH*: et *L* tabennesiotas *H* tabennensiotas (*n ante s*
in ras. L) *G²L* 22 refectiois *L¹* muttilare *H¹* 24 super-
 inferri *L* 25 sonito *H¹*

rum palpebras demissis, ne scilicet liber aspectus habeat copiam curiosius euagandi, nihil amplius intueantur quam mensam et adpositos in ea uel quos ex ea capiunt cibos, ita ut, quemadmodum uel quantum reficiat alius, nullus inuicem notet.

5 XVIII. Ante quam uel post quam legitimam communemque refectionem summa cautione seruatur, ne extra mensam quicquam cibi penitus ori suo quisquam indulgere praesumat, ut incedentibus per hortos et pomaria cum passim blandeque per arbores poma pendentia non solum obiciant se pectoribus trans-
 10 euntium, uerum etiam strata per terram conculcanda pedibus offerant, atque ad colligendum parata facile ad consensum concupiscentiae inlicere ualeant intuentes et oportunitate uel copia quamuis districtos atque abstinentissimos ad sui desiderium prouocare, sacrilegum ducatur non modo quicquam ex his de-
 15 gustare, uerum etiam manu contingere absque eo, quod palam cunctis in commune reficientibus exhibetur et ad percipiendum oeconomi dispensatione per fratrum obsequia publice ministratur.

XVIII. Ne quid sane de institutis coenobiorum praetermississe uideamur, quemadmodum cotidiana fratribus etiam per
 20 alias regiones exhibeantur obsequia, commemorandum breuiter puto. per cunctam namque Mesopotamiam, Palaestinam et Cappadociam ac totum Orientem singulis ebdomadibus uicissim fratres ad haec officia sibi reddenda succedunt, ita ut secundum multitudinem coenobii ministrorum quoque numerus depu-
 25 tetur. quae explere tanta deuotione et humilitate deproperant, quanta nullus seruorum dirissimo domino ac praepotenti suum exhibet famulatum, ita ut ne istis quidem solis contenti obsequiis, quae canonico iure soluuntur, etiam nocte surgentes

1 dimissis *GH* 2 euagandi *H*¹ 3 oppositos *H*¹ adpositus *L*¹
 cybos *L* 4 uel *om.* *L* 5 non distinguit *H* 6 refectionem *L*¹ ser-
 uetur *L*¹ 7 cybi *L* 8 incidentibus *H*¹ ortos *H* pomaria *L*¹
 9 obiciant se non solum *L* peccatoribus *H*¹ 11 colligendum *H*¹
 13 abstinentissimos *H*¹ 14 sacrilegum *Gr*: sacrilegium *HLc* 15 ma-
 num *L*¹ 16 commune reficientibus *L*¹ 17 publica *H*¹ 18 XVI *H*
 praetermissae *H*¹ praetermississe *L* 19 cottid. *G*² pro *L*¹ 21 pa-
 lestinam *GH* pelestinam *L* 22 capodociam *H*¹ cappodociam *L*
 23 ut ita *H*¹ 25 deproperent *L* 26 dirisimo *L*¹ durissimo *HL*²
 28 nocti *L*¹

illos, quos specialiter haec manet cura, studio suo releuent et
 ea quae ab ipsis perficienda sunt furtim praeuenientes implere
 2 contendant. has autem septimanas unusquisque suscipiens usque
 ad cenam diei dominici ministraturus obseruat. qua peracta
 ministerium totius ebdomadis ita concluditur, ut hi, quibus 5
 succedendum est, conuenientibus in unum fratribus ad conci-
 nendos psalmos, quos quieturi ex more decantant, omnibus in
 ordine pedes abluant, hanc scilicet ab eis pro labore totius
 septimanae benedictionis mercedem fideliter expetentes, ut eos
 explentes mandatum Christi emissa generaliter ab omnibus 10
 fratribus oratio prosequatur, quae uel pro ignorationibus inter-
 cedat uel pro admissis humana fragilitate peccatis, et com-
 mendet deo uelut sacrificium pingue consummata eorum
 3 deuotionis obsequia. et ita secunda sabbati post matutinos
 hymnos aliis rursus succedentibus utensilia in quibus mini- 15
 strauerunt ac uasa consignant: quae tanta sollicitudine cura-
 que suscipientes custodiunt, ne quid ex eis inminuatur uel
 pereat, ut credant se etiam pro minimis quibusque uasibus
 tanquam pro sacrosanctis rationem non solum dispensatori
 praesenti, sed etiam domino reddituros, si forte aliquid ex eis 20
 neglegentia eorum fuerit inminutum. cuius disciplinae qui
 modus sit uel quanta fide et cautione seruetur, uno testimonio,
 quod exempli gratia ponam, poteritis agnoscere. sicut enim
 studemus satisfacere uestro feruori, quo plenam uniuersorum
 cognitionem desiderantes etiam ea quae optime nostis hoc libello 25
 uobis cupitis iterari, ita ueremur mensuram breuitatis excedere.

XX. In septimana cuiusdam fratris cum praeteriens oeco-
 nomus tria lenticulae grana iacere uidisset in terra, quae

10] cf. Ioh. 13, 14. 13] Ps. 19, 4.

^{† quibus}
 1 quos *G* mouet *H* 2 implere *H*¹: implere *rell.* 4 caenam *GII*
 5 hii *H¹L¹* 6 succedendum *H*¹ 8 ordinē *L* totius septimanae la-
 bore *L* 9 feliciter *L* expectantes *H* 12 admissis *H* ut *H* 14 ma-
 tutinis *L*¹ 15 ymnos *HL* ministrauerant *r* 17 ex] de *L* uel]
 aut *L* 18 uasibus *G*: uassibus *H*¹ uasis *H²L^v* 20 eis] hi*s (i *eras.*) *L*
 23 poterimus *L* 24 feruore *G*¹ 26 uobis *G*: uos *H om. L* inmi-
 tari *H* excidere *H¹L¹* 27 XVII *H* oconomus *H* 28 trea *H¹L¹*
 gratia *L*¹ terram *L*¹

ebdomadario festinanti, dum eam praeparat coctioni, inter manus cum aqua qua diluebatur elapsa sunt, confestim super hoc abbatem consuluit, a quo uelut interuersor neglectorque sacri peculii iudicatus ab oratione suspensus est. cuius negligentiae reatus non aliter ei remissus est, nisi eum publica
 5 paenitentia diluisset. non solum enim se ipsos non esse suos, sed etiam omnia quae sua sunt credunt domino consecrata. propter quod si quid fuerit in monasterio semel inlatum, ut sacrosanctum cum omni decernunt reuerentia debere tractari,
 10 tantaque fide uniuersa procurant atque dispensant, ut etiam ea, quae despectui habentur paruaque reputantur ac uilia, si uel loco mouerint uel competentius conlocarint, si gillonem aqua inpleuerint, si ex eo cuiquam obtulerint ad bibendum, si tenuem fistucam de oratorio cellaue submouerint, mercedem
 15 se consecuturos a domino tota credulitate confidant.

XXI. Nouimus fratres, in quorum septimana cum accidisset tanta lignorum penuria, ut non esset penitus unde soliti cibi fratribus pararentur, et donec possent coempta deferri, ut xerofagia contenti essent abbatis fuisset auctoritate praeceptum,
 20 essetque hoc uniuersis placitum nec quisquam posset ullum coctionis sperare pulmentum, illos, uelut qui fructu ac mercede sui laboris et obsequii fraudarentur, si in ordine uicis suae cibos fratribus non secundum consuetudinem paruissent, tantum sibi spontanei operis ac sollicitudinis indixisse, ut in
 25 illis aridis ac sterilibus locis, in quibus ligna, nisi de fructiferis arboribus excidantur, omnimodis nequeunt inueniri (nec enim ut apud nos ulla repperiuntur fructecta siluestria), per extenta auia discurrentes et heremum, quae uersus mare mor-

1 eam *G*: ea *HLv* 2 qua *om. H* diluebatur *G*: diluebantur *HLv*
 elabsa *L* 3 neglectorque *G*¹ 4 negligentiae *G*¹ 5 remissus *H* pu-
 plica *H*¹ 6 penitentia *G*¹*HL* poenitentia *G*² 9 sacrosancta *ex sa-*
crosancto L 11 dispectui *HL* ac ui**lia (gi *eras.*) reputantur *L*
 12 collocarint *G*: conlocauerint *HL* sygyllonem *L* 13 cuique *L*
 14 festucam *G*²*H*²*L*² oratoria *H*¹ 15 confidunt *G* 16 XVIII *H*
 septimanam *L*¹ 17 cybi *L*¹ 18 co^mcepta *L* xerofagia *G*²*S*: exerofagia
*G*¹*H*¹ xerofagiis *H*²*L* 20 possit *H*¹ 21 qui uelut *L* fructu *G*¹
 23 cybos *L*¹ 24 sollicitudis *L* 27 reperiuntur *L*

trum tenditur, obeuntes fistucas tenues ac spinulas, quas uentus
 huc illucque disperserat, suo sinu et gremiis colligentes cunc-
 tam sollemnitate ciborum spontaneis obsequiis praepararent,
 ita ut de solita praebitione nihil paterentur inminui, tanta
 fide haec sua munia fratribus exhibentes, ut etiam cum illos
 honeste posset uel lignorum excusare penuria uel abbatis im-
 perium, pro fructu suo atque mercede noluerint hac abuti
 licentia.

XXII. Haec dicta sint secundum typum ut praefati sumus
 totius Orientis, quem etiam in partibus nostris necessario
 dicimus debere seruari. ceterum apud Aegyptios, quibus ma-
 xima cura est operis, non est ebdomadaram mutua uicissitudo,
 ne sub occasione huius officii omnes ab operis canone inpe-
 dianatur, sed uni probatissimo fratrum cellarii uel coquinae
 cura committitur, qui perpetuo, donec uirtus eius uel aetas
 admittit, iugiter opus istud exerceat. non enim magno labore
 corporis fatigatur, quia nec tanta cura inter eos parandorum
 ciborum uel coctionis inpenditur, quippe qui maxime xerofagiis
 uel omofagiis utuntur et apud quos secta singulis mensibus
 porrorum folia, labsania, sal frictum, oliuae, pisciculi minnti
 salliti, quos illi maenomenia uocant, summa uoluptas est.

XXIII. Et quoniam hic liber de institutione est eius qui
 renuntiat huic mundo, per quam scilicet introductus ad humili-
 tatem ueram et oboedientiam perfectam ceterarum quoque uir-
 tutum culmina possit ascendere, necessarium reor quaedam
 seniorum gesta, quibus per hanc enituere uirtutem, exempli

1 abeuntes *H* fistucas *H*¹ festucas *G*²*H*²*L* spinas *L* 2 gre-
 mius *G*¹ gremis *H*¹ 3 cyborum *L*¹ 5 munera *H* et *G*¹ 6 pos-
 sit *H*¹*L* excurare *G*¹ excussari *H*¹ 7 suo fructu *HL* adque *L*¹
 9 XVI *ex* XVIII *H* tipum *H* 11 debere seruari docemus *L*
 13 officii *H*¹ 14 cellari *H*¹ quoquinae *L* 15 uirtus *GH*: uires *L*^o
 16 istut *L* 17 qui *L*¹ inter] apud *L* 18 cyborum *L*¹ xerofagiis
*GH*²*L*²: xerofagis *H*¹ xerofagis *L*¹ 19 uel] et *L* homofagiis *GH*²*L*
 homofagis *H*¹ 20 purrorum *L*¹ labsania *GL*: lapsania *H* 21 salliti
*GL*¹: saliti *L*² salsati *H* maenomenia (μανομένια) *scripsi*: menominia *G*
 minuminia *H* minomenia *L* sumpma uoluptas *L*¹ uoluntas *H*¹
 22 XXVII (*sic!*) *H* est eius *G*: eius est *HL* 23 introductos *G*¹
 24 caeterarum *L* 25 posset *L*¹

gratia sicut promissimus explicare, de multis admodum pauca
 carpentes, ut studentibus sublimiora sectari non solum incita-
 mentum ex his uitae perfectae, sed etiam propositi forma pro-
 cedat. quamobrem duos uel tres pro libelli huius compendio de
 5 tam innumera patrum multitudine proferentes ponimus primum
 abbatem Iohannem, qui commoratus est iuxta Lyco, quod est
 oppidum Thebaidae, qui propter oboedientiae uirtutem usque
 ad prophetiae gratiam sublimatus sic uniuerso orbi claruit, ut
 etiam regibus mundi huius merito suo redderetur inlustris.
 10 nam cum in extremis ut diximus Thebaidae partibus comma-
 neret, non ante praesumebat Theodosius imperator ad praepo-
 tentium tyrannorum bella procedere, quam illius animaretur
 oraculis atque responsis, quibus confidens uelut caelitus sibi
 delatis tropaea de desperatis bellis atque hostibus reportauit.
 15 XXVIII. Hic itaque beatus Iohannes ab adulescentia sua
 usque ad perfectam ac uirilem aetatem seniori deseruiens,
 donec ille in huius uitae conuersatione durauit, tanta humili-
 tate inhaesit eius obsequiis, ut ipsi quoque seni stuporem sum-
 mum oboedientia eius incuteret. cuius hanc uirtutem, utrum
 20 de uera fide ac profunda cordis simplicitate descenderet an
 adfectaticia esset et quodammodo coacticia atque ad imperantis
 faciem praerberetur, uolens manifestius explorare conplura ei
 etiam superflua minusque necessaria uel impossibilia frequentius
 iniungebat. ex quibus tria ponam, per quae manifestari possit 2
 25 uolentibus scire uel mentis eius uel subiunctionis integritas.
 sumpsit namque de lignario suo uirgultum senex, quod olim
 excisum usibus foci fuerat praeparatum, dumque coctionis re-

1 promissimus explicari *H*¹ 2 carpantis *L*¹ 3 hiis *L*¹ 5 in-
 munera *H*¹ ponemus *v* 6 lico *Hc* 7 opidum *H*¹*L* thebaide *GH*²*L*²:
 thebaidem *H*¹ thebaidos *L*¹ 8 claruit orbi *Lc* 9 tuo *G*¹ 10 cum-
 maneret *H*¹ commoraret *G*¹ commoraretur *G*² 11 ad *GH*: aduersum *L*
 potentium *L*¹ 12 tyrannorum *H* 14 tropea *L*¹: tropia *H*¹ trophea
*GH*²*L*² desperatis *H*¹*L* 15 XXVIII *H* iohannis *H*¹ adulescentia
*G*¹*H*¹ adolescentia *G*² adulescentia *L*¹ 16 ad *om.* *H* 18 inhaesit *H*¹
 19 oboedientiae *H*¹ incuterit *H*¹ huius *H* haec uirtus *L*² 20 ac]
 et *L* descenderet *H*¹ 21 effectatitia *H* et in *H*¹ quodammodum *L*¹
 coactaticia *H*¹*L* impetrantis *G*¹ 22 diligentius *L* cumplura *H*¹
 24 trea *H*¹*L*¹ 25 integretas *L*¹ 27 excisum *H*¹

tardat occasio, non modo aridum, sed prope putre iacebat tem-
 poris uetustate. cumque hoc coram ipso fixisset in terram,
 praecepit aduecta aqua cotidie bis rigari, ut scilicet diurnis
 umoribus radicum atque in antiquam arborem reuiuiscens
 5 diffusis ramis amoenitatem oculis atque umbraculum in aestu
 3 feruenti subter residentibus exhiberet. quod praeceptum uene-
 ratione solita sine ulla impossibilitatis consideratione suscipiens
 adulescens ita cotidianis diebus expleuit, ut aquam per duo
 ferme milia indesinenter adportans nullatenus lignum rigare
 cessaret, ut quem per totum anni spatium non infirmitas cor- 10
 poris, non festiuitatis sollemnitas, non occupatio necessitatis
 ullius, quae illum etiam honeste excusaret ab executione man-
 dati, non denique hiemis asperitas intercedens ab obseruantia
 4 praecepti huius potuerit impedire. cumque eius hanc seduli- 15
 tatem tacitus senex latenter diebus singulis exploraret uideret-
 que eum simplici cordis affectu mandatum suum uelut diuinitus
 emissum sine ulla permutatione uultus uel rationis discussione
 seruare, sinceram humilitatis eius oboedientiam conprobans,
 pariter etiam miserans tam longum laborem, quem per totum
 anni spatium studio deuotionis inpenderat, ad aridum uirgultum 20
 accedens, o, inquit, Iohannes, misitne radices haec arbor an
 non? cumque ille se nescire dixisset, senex, uelut inquirens
 rei ueritatem et tamquam temptans utrum iam suis radicibus
 niteretur, euulsit coram ipso leui commotione uirgultum, sic-
 que proiciens illud praecepit ut deinceps rigare desineret. 25

XXV. Itaque cum huiusmodi exercitiis eruditus cotidie iu-
 uenis in hac parendi uirtute succresceret et humilitatis eius

1 occasio *H*¹ 3 praecipit *II*¹ cottid. *G*²*L*² inrigari *H* diutinis
ex diuinis *H* diuturnis *r* 4 umoribus *H*¹: humoribus *rell.* atque ex
 aqua in arborem *G* (*ex in ras.*, in *s. l. m.* 2) 5 diffusis *H*¹ deffusis *L*¹
 6 sedentibus *L*¹ 8 aduliscens *G*¹ adolescens *G*² cotidianis *G*¹*H*: cot-
 tid. *G*² continuatis *L* 9 fere *H* 10 cessarat *H*¹ ut quem *H*: utque
*G*¹*L*² atque *G*²*L*¹*S**v* infirmitas *L* 12 excussaret *II*¹*L* executione *GL*¹
 13 hyemis *L*¹ obseruantia *GH*: obseruatione *Lv* 14 potuerit *G*: po-
 terit *L* poterat *HS* 16 affectum *L*¹ 17 emisum *L*¹ 20 inpleuerat *L*
 21 accidens *L*¹ inquit *II*¹*L*¹ iohannis misitne *H*¹ 22 cumque
GH: cum *L* 23 tentans *H*¹ 25 praecipit *II*¹*L* desiniret *II*¹
 26 XXVIII *H* exercitiis *L*¹ cottid. *G*²*L*² 27 parendi (*c ex a*) perenni *II*

enitesceret gratia atque oboedientiae suae suavis odor per monasteria uniuersa fragraret, quidam fratrum probationis, immo aedificationis obtentu uenientes ad senem cum subiectionem eius quam audierant mirarentur, uocans eum repente senex,
 5 ascende, ait, et sumens lenticulam olei (quae sola in heremo suis uel aduenientium usibus liquorem pinguedinis tenuissimum ministrabat) deorsum proice per fenestram. quam ille, cum ad superiora concitus peruolasset, per fenestram proferens minuendam dimisit ad terram, parum cogitans uel retractans
 10 praecepti ineptiam, diurnam necessitatem, infirmitatem corporis, penuriam sumptuum, heremi squalentis angustias ac difficultates, in qua, etiam si pecunia subpedicaret, nihilominus perdita species inueniri repararique non posset.

XXVI. Aliis rursus aedificari cupientibus oboedientiae eius
 15 exemplo, uocans senior, curre, inquit, Iohannes, saxum illud huc aduolue quantocius. qui confestim saxum inmane, quod multae hominum turbae mouere non possent, adplicita nunc ceruice nunc toto corpore, tanto nisu atque conatu prouoluere contendebat, ut sudore omnium membrorum suorum non solum
 20 totum infunderet uestimentum, sed etiam saxum ipsum suis cernicibus umectaret, in hoc quoque parum metiens impossibilitatem praecepti uel facti pro reuerentia senis et obsequii simplicitate sincera, qua credebat senem tota fide nihil posse in cassum ac sine ratione praecipere.

25 XXVII. Huc usque abbatis Iohannis pauca de multis dixisse sufficiat. nunc abbatis Paternuti factum dignum memoria comprehendam. hic namque abrenuntiare desiderans huic mundo tamdiu pro foribus monasterii excubans perdurauit, donec in-

1 enitesceret *G¹L¹* glatia *L¹* suae *Gc: om. H¹L^r* 2 flagraret *G¹*
 flagraret *H¹LS* fraglaret *G²H²* 5 ait ei et *H* herimo *L¹* 6 ussi-
 bus *H¹* pinguedinis *G²L²*: pinguidinis *G¹HL¹* 7 proiece** (re *eras.*) *H*
 8 proferens *om. H* 11 squalentes *L¹* 12 deficultates *H¹* defficultates *L¹*
 subpedicaret *H¹*: supped. *rell.* 13 reparique *L* possit *H¹L* 14 XXX *H*
 rursus *G*: rursum *HLv* 15 uocans *GL*: uocans eum *Hv* iohannis *H¹*
 16 quantotius *GHL²* 17 adplicita *G*: adplicata *H¹* applicata *H²L*
 18 adque *L¹* 20 set *L¹* 21 humectaret *G²H²L²* inposib. *L*
 25 XXXI *H* 26 paternuti *G*: paternoti *H* paṭnutii *L* 28 prae *H*

mobili perseuerantia sua contra omnem consuetudinem coeno-
 biorum cum filio paruulo, qui octo circiter esset annorum, ut
 susciperetur eliceret. cumque tandem recepti fuissent, confestim
 non solum diuersis praepositis traditi, uerum etiam cellae habi-
 tatione seiuncti sunt, ne scilicet iugi uisione paruuli remini- 5
 sceretur pater ex omni sua quam renuntians abiecerat facultate
 atque affectione carnali saltim sibi filium superesse, et quem-
 admodum diuitem se iam non esse sciebat, ita etiam patrem
 2 se esse nesciret. quod ut plenius probaretur, utrum uidelicet
 plus faceret affectionem sanguinis ac suorum uiscerum cari- 10
 tatem, an oboedientiam et mortificationem Christi, quam renun-
 tians quisque pro eius debet amore praeferre, de industria
 neglegebatur paruulus, pannis potius quam uestimentis indutus,
 sordibus quoque ita obsitus ac foedatus, ut offendere potius
 quam delectare paternos oculos posset, quotiens ab eo fuisset 15
 aspectus, sed etiam colaphis atque alapis expositus diuersorum,
 quas plerumque sub obtutibus suis innocenti paruulo etiam
 3 gratis cernebat infligi, ita ut numquam genas eius nisi lacri-
 marum sordentibus uestigiis uideret infectas. cumque taliter
 infans sub oculis eius per dies singulos ageretur, pro amore 20
 nihilominus Christi et oboedientiae uirtute rigida semper atque
 immobilia patris uiscera permanserunt. non enim reputabat iam
 suum filium, quem secum pariter obtulerat Christo, nec curabat
 de praesentibus eius iniuriis, sed potius exultabat, quod eas
 nequaquam infructuose tolerari cernebat, parum cogitans de 25
 lacrimis eius, sed de propria humilitate ac perfectione solli-
 citus. quam distractionem mentis illius atque immobilem rigorem
 peruidens coenobii senior, ad conprobendam penitus animi eius

1 perseuerantia *L*¹ omnium *L* 2 ut *om.* *H* 3 elicerit *H*¹ eli-
 cuit *L* 5 uisione *H*¹ 6 abiecerat *H* abdicaret *L* 7 saltem *H*²
 superesset *L*¹ 8 diuitem se iam *GH*: se iam diuitem *Lv* sciebant *L*¹
 10 pluris *H*^{2r} affectione *Lc* caritate an oboedientia et mortificatione *L*^{2c}
 12 pferre *L*¹ 15 possit *L*¹ 16 colaphis *G* colaphis *H*¹ 17 obtuti-
 bus *G*¹ 18 infligi *G* et 'omnia *ms.*' *Cuyckii*: inferri *L* inferri *Hr*
 19 surdentibus *H*¹ infectas *L* 21 rigida *L*¹ 22 enim recordabatur
 nec reputabat iam (iam *s. l. m.* 2) filium suum *L* 24 has *H* 25 tolle-
 rari *G*¹*H*¹ 28 et ad *GS*¹ anime *H*¹

constantiam, cum plorare quadam die uidisset infantem, simulans se aduersus eum commotum praecepit patri, ut tollens eum iactaret in flumen. tum ille, uelut a domino sibi esset 4
 praeceptum, confestim celeri cursu rapiens filium ulnis propriis
 5 usque ad oram fluminis iactaturus aduexit. quod profecto feruore fidei et oboedientiae eius fuisset opere consummatum, ni procurati fuissent de industria fratres, qui sollicite ripam fluminis obsiderent, proiectumque iam et quodammodo de fluminis alueo paruulum rapuissent, et consummationem praecepti obsequio patris ac deuotione completam ab effectu operis atque
 10 ab ipso fine reuocassent.

XXVIII. Cuius fides atque deuotio in tantum deo fuit accepta, ut diuino statim testimonio comprobata sit. reuelatum namque est continuo seniori hac eum oboedientia Abrahae patriarchae
 15 opus inplesse. cumque breui tempore transacto idem abbas coenobii de huius mundi commoratione migraret ad Christum, hunc praeponens cunctis fratribus successorem sui atque abbatem monasterio dereliquit.

XXVIII. Non tacebimus etiam nobis cognitum fratrem secundum saeculi huius ordinem summae familiae: nam patre comite ac ditissimo oriundus fuit, studiis quoque liberalibus non mediocriter institutus. qui relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset, ad comprobendam mentis humilitatem uel fidei eius ardorem confestim ei a seniore praeceptum
 20 est, ut decem sportas, quas necesse non erat publice uenditari, ceruicibus suis onerans distrahendas per plateas circumferret, adiecta condicione, qua diutius in hoc officio retineretur, ut, si forte unus eas pariter coemere uoluisset, non cederet,

1 quodam *L* infantem *L* 2 aduersum *G*¹ praecipit *H*¹ patrem *L*¹ 3 tum *GHL*²: tunc *L*^v sibi *G*: hoc sibi *Hr* sibi hoc *Lc*
 4 propriis ulnis *H* 5 horam *H* iacturus *L*¹ 6 ni *G*: nisi *HLv*
 8 obsederent *G*¹*H*¹ proiectum namq. et *H* et *om. r* 12 XXXII *H*
 ac *L* 13 statim in *H* comprobata *L* reuelatam *G*¹ 14 cum *L*
 16 commemoratione *L*¹ 17 sibi *v* 19 XXXIII *H* 20 sch *G* 21 studiisque *L*
 22 institutis *H*¹ 23 humilitatem mentis *L* 24 uel] ac *L* statim *H*
 25 X. *G* decem *L*¹ publice *H*¹*L* 26 honorans *H*¹ detrahendas *H*¹
 27 condicione *G* quo deuotius *H* reteneretur *H*¹ 28 non concederet *H*

sed singillatim eas quaerentibus uenundaret. quod ille tota deuotione compleuit et omni confusionis uerecundia pro nomine ac desiderio Christi calcata sportas umeris suis inponens pretio statuto distraxit ac pecuniam ad monasterium reportauit, nequam perterritus tam uilis et insueti officii nouitate nec considerans indignitatem rei nataliumque splendorem ac uenditionis iniuriam, dum illam Christi humilitatem, quae est uera nobilitas, per oboedientiae gratiam desiderat obtinere. 5

XXX. Coartat nos libelli modus ad finem tendere: sed oboedientiae bonum, quae inter ceteras uirtutes primatum tenet, non patitur nos eorum gesta qui per hanc claruerunt penitus silentio praeterire. propter quod utrumque congrue temperantes, id est tam breuitati quam studiosorum desideriis atque utilitatibus seruietes unum adhuc ponemus humilitatis exemplum, quod non ab incipiente, sed a perfecto atque abbate completum non solum iuniores instruere, sed etiam seniores ad perfectam humilitatis uirtutem lectione sua poterit incitare. 15
2 uidimus itaque abbatem Pinufium, qui cum esset inmanis coenobii presbyter, quod est in Aegypto non longe a Panephysciuitate, et pro ipsa reuerentia uel uitae suae uel aetatis uel sacerdotii cunctis honorabilis ac uenerandus existeret, uidens se pro hoc ipso humilitatem illam, quam secundum suae mentis ardorem concupierat, exercere non posse nec habere quo uirtutem desideratae subiectionis extenderet, clam fugiens de coenobio secessit solus in Thebaidos ultimas partes, ibique deposito habitu monachorum adsumpta saeculari nese coenobium Tabennesiotarum expetit, quod sciebat cunctis esse districtius, 25

2 *post* compleuit in *H* cap. 34 *incipit* confusionis *H*¹ 3 humeris *G*²*HL* 4 detraxit *H*¹ portauit *L*¹ 5 officii *L*¹ 7 uera est *HL* 8 *de**siderat *L* 9 *non distinguit* *H* cohortat *L* motus *L*¹ 13 breuitate *L*¹ 14 ponimus *H*¹*L* 17 *post* incitare in *H* cap. 35 *incipit* 18 uidimus] *incipit* *T* pinufium *GH*²: penufium *H*¹ pynuphium *L* pinuphium *T* 19 *pr*b *G* praesbiter *H* presbiter *L* panephy *G* panephy *H* panephy*sy *L* panephy *T* 21 uenerabilis ac honorandus *L* extiterit *H* 23 concupierat *LT* nec *om.* *L*¹ 24 desiderante *L*¹ 25 thebaidos *G*: thebaidas *H*¹*T* thebaidae *H*² thybaidos (do in ras.) *L* 26 seculi *L*¹ 27 tabennesiotarum *GT*: tabenensiotarum *HL* -expetit *G*¹*HL*¹*T*: expetiit *G*²*SL*²*v*

et in quo se uel pro longitudine regionis credidit ignorandum
 uel pro magnitudine monasterii ac multitudine fratrum facile
 posse celari. ubi diutius pro foribus perseuerans cunctorum 3
 fratrum genibus prouolutus ut susciperetur summis precibus
 5 ambiuit. cumque multo despectu tandem fuisset admissus, quod
 scilicet decrepitis senex et qui omnem suam peruixisset aetatem
 ingredi coenobium postularet, quo tempore iam ne deseruire
 quidem suis uoluptatibus praeualeret, ac ne hoc ipsum quidem
 causa religionis expetere eum adsererent, sed famis et inopiae
 10 necessitate constrictum, ut seni nullique operi penitus apto
 horti cura diligentiaque mandatur. quam sub alio fratre iu- 4
 niore, qui eum sibi creditum retinebat, exercens sic eidem sub-
 debatur tantaque oboedientia desideratam humilitatis excolebat
 uirtutem, ut non solum ea, quae ad horti diligentiam perti-
 15 nebant, uerum etiam uniuersa officia, quae erant cunctis aspera
 uel indigna atque ab omnibus ducebantur horrori, tota cotidie
 sedulitate conpleret. conplura uero etiam nocte consurgens ita
 furtim nullo teste uel conscio tenebris occultentibus efficiebat,
 ut penitus auctorem operis nemo deprehenderet. cumque ibi-
 20 dem triennio delitescens per uniuersam Aegyptum dispersis
 ubique fratribus quaereretur, a quodam tandem uisus, qui de
 Aegypti partibus commearat, uix potuit pro humilitate habitus
 sui ac uilitate officii quod gerebat agnoscere. nam sarculo deor- 5
 sum incuruus laxabat holeribus terram, deinde stercus umeris
 25 suis aduectans eorum radicibus ingerebat. cumque haec intuens
 frater super agnitione eius diutissima fuisset haesitatione de-

1 et *om.* *L* credit *T* 3 diutius *G*: diutissime *HLTv* prae *H*
 5 ambiebat *H* dispectu *H¹L¹T* 6 suam peruixisset aetatem *LT*: suam
^{egisset}
 peruxisset aetatem *H* uitam suam peruixisset aetate *G fort.* uitae suae per-
 uixisset aetatem: *cf. V, 38, 1* 7 postolaret *L¹* 8 uoluptatibus *L*
 uoluntatibus *H¹T¹* quidem *om.* *L* 10 nulli *HL¹* abto *H¹* 11 orti *H*
 iuniori *H¹* 12 retenebat *H¹* ^{ci} subiebatur *H* 13 oboedientie *L* desi-
 derate *HT*: *cf. p. 68, 24* 16 cottid. *L²* 17 compleuit conplura *H¹*
 uero *om.* *L¹v* uerum etiam *H* uerum etiam *T¹* 20 delitescens *G¹L¹*
 deletescens *H¹* deletiscens *T* uniuersum *L* 21 undique *L* tandem *H*
 22 commearat *H¹* 23 officii *H¹* 24 ^holeribus terram laxabat *L* hu-
 meris *HLT* 25 intendens *H*

tentus, propius tandem accedens et non solum uultum, sed etiam sonum uocis diligenter explorans ad pedes eius comminus cecidisset, primo quidem super hoc stuporem summum uidentibus cunctis incussit, cur uidelicet istud fecerit ei, qui apud ipsos uelut nouicius ac de saeculo nuper egressus habebatur extremus. post uero miraculo sunt maiore perculsi, cum eius nomen, quod apud ipsos quoque magna fuerat opinione 5
6 conpertum, protinus prodidisset. a quo uniuersi fratres prioris ignorantiae ueniam postulantes, quod eum uidelicet tanto tempore inter iuniores ac paruulos deputassent, inuitum ac flentem, 10 quod inuidia diaboli digna sibi fuisset conuersatione atque humilitate fraudatus, quam diutissime requisitam tandem se aliquando inuenisse gaudebat, nec meruisset uitam suam in illa quam arripuerat subiectione finire, ad proprium coenobium reuexerunt, custodientes eum summa diligentia, ne ab eis quo- 15 que similiter quoquam dilapsus aufugeret.

XXXI. Ubi cum fuisset modico tempore demoratus, eodem rursus humilitatis desiderio atque ardore succensus captans nocturna silentia ita diffugit, ut iam non uicinam prouinciam, sed incognitas et alienas longeque diuisas regiones expeteret. 20 nam conscendens nauem in Palaestinae partes commeare curauit, credens se tutius latiturum, si ad illa semet ipsum asportaret loca, in quibus ne nomen quidem suum fuisset auditum. quo cum aduenisset, nostrum monasterium protinus expetiuit, quod non longe fuit a spelaeo, in quo dominus noster ex uir- 25 gine nasci dignatus est. in quo permodico tempore delitescens

1 propius *H¹L¹* propiusque *L²* 3 procidisset *HLT*: cf. *Seneca Controu. I, 1, 19* primum *HLT* 4 fieret *L* 5 nouitius *G²H²T* scelo *G* 6 maiorem *G¹* 8 protenus *H¹* prouidisset *G¹* conpertum audissent. Et statim procidentes ei uniuersi *L* 9 postulabant *L* 10 et inuitum *L* 11 diabuli *H¹T* fuisset *post* humilitate *habet L* 12 requisitam *H¹* 13 meruisse *HT¹* 15 reuexerunt *scripsi*: reduxerunt *G¹* reduxerunt *rell. v* nec *L¹* 17 non *distinguit H* 19 defugit *H¹L¹T* cf. *cap. 6* prouintiam *GT* 21 palestinae *codd.* 22 diutius *H* totius *L¹* latiturum *GSHLT*: latitaturum *v* asportaret *GSr*: asportasset *LTc* deportasset *H* 25 ab *L* speleo *GL*: spelunca *ex* spelunco *H(T)* qua *H²* 26 delitescens *G¹L¹* dilitescens *H* deletescens *T*

secundum sententiam domini tamquam ciuitas super montem
posita diutius abscondi non potuit. nam continuo quidam fra-
trum, qui ad loca sancta de Aegypti partibus orationis causa
conuenerant, agnitum eum summa ui precum ad suum coeno-
5 bium reuocarunt.

XXXII. Hunc igitur senem pro illa quae nobis fuerat apud
ipsum in monasterio nostro fiducia cum post haec in Aegypto
studiosissime requisissemus, exhortationem quam dedit fratri,
quem sub nostra praesentia in suo coenobio recipiebat, quia
10 puto ex hac posse aliquid instructionis accedere, animus est
opusculo huic intexere. nosti, ait, quot diebus pro foribus ex-
cubans hodie sis receptus. cuius difficultatis causam primitus
debes agnoscere. poterit enim tibi in hac uia quam ingredi
concupiscis multum conferre, si ratione eius agnita ad serui-
15 tium Christi consequenter ac sicut oportet accesseris.

XXXIII. Sicut namque inmensa gloria fideliter seruientibus
deo ac secundum institutionis huius regulam ei cohaerentibus
repromittitur in futurum, ita poenae grauissimae praeparantur
his, qui tepide eam neglegenterque fuerint exsecuti et secun-
20 dum hoc, quod professi sunt uel quod ab hominibus esse cre-
duntur, fructus etiam congruos sanctitatis eidem exhibere neg-
lexerint. melius est enim secundum scripturae sententiam
non uouere quemquam quam uouere et non reddere, et
maledictus, qui facit opera domini neglegenter. ideo
25 igitur a nobis diutissime refutatus es, non quia tuam uel omnium
salutem non toto desiderio cupiamus amplecti et his qui ad
Christum conuerti cupiunt etiam procul occurrere non optemus,
sed ne temere recipientes et nos apud deum leuitatis et te

1] Matth. 5, 14. 22] Eccles. 5, 4 (LXX). 24] Hierem. 48, 10 (LXX).

1 super *GT*: supra *HL* et *Uulgata* cf. *Conl.* XXIII, 19, 2 2 possita *L*¹
3 causa] gratia *L* orationis causa *om.* *H* 5 reuocauerunt *HT* 6 non
distinguit *H* 7 fiducia *G*: familiaritas *Lv* familiaritate *HT* 8 requis-
sissimus *H* exortationem *HT* exortatione *L*¹ 10 hoc *LT* accidere
*HL*² 11 pro] \bar{p} *H* 14 traditione *G* 16 non *distinguit* *H* 17 con-
herentibus *T* 18 promittitur *HT* 19 executi *G* 20 omnibus *H*
21 exhibere *H*¹ contempserint *L* 23 quemquam *om.* *L* 24 opera ($\tau\acute{\alpha}$
 $\xi\pi\rho\alpha$) *HL*: opus *GTv* et *Uulgata* negligenter *G*¹ 27 obtemus *H*¹

reum grauioris supplicii faceremus, si ad praesens facile susceptus nec pondus professionis huius intellegens uel destitutor post haec uel tepidus extitisses. quamobrem ipsam causam abrenuntiationis debes in primis agnoscere, qua perspecta quid te conueniat agere ex eius ratione manifestius instruaris. 5

XXXIII. Abrenuntiatio nihil est aliud quam crucis ac mortificationis indicium, ideoque noueris hodierno die te huic mundo et actibus ac desideriiis eius esse defunctum teque secundum apostolum mundo huic esse crucifixum tibi que hunc mundum. considera ergo condiciones crucis, sub cuius te deinceps sacramento oportet in hac luce uersari, quia iam non tu uiuis, sed uiuit in te ille qui est pro te crucifixus. eo ergo habitu ac figura, qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus, nos quoque necesse est in hac uita degere, ut scilicet secundum David adfigentes de timore domini carnes nostras uniuersas uoluntates ac desideria non nostrae concupiscentiae seruientia, sed mortificationi eius habeamus adfixa. sic enim praeceptum domini inplebimus dicentis: qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. sed forte dicas: quomodo potest homo crucem iugiter portare, uel quemadmodum uiuens quis possit esse crucifixus? audi rationem breuiter. 10 15 20

XXXV. Crux nostra timor domini est. sicut ergo crucifixus quis iam non pro animi sui motu membra sua quoquam mouendi uel conuertendi habet potestatem, ita et nos uoluntates nostras ac desideria non secundum id, quod nobis suaue est ac delectat ad praesens, sed secundum legem domini quo nos illa constrinxerit adplicare debemus. et sicut is qui patibulo crucis adfigitur non iam praesentia contemplatur nec de suis adfectionibus cogitat, non pro crastino die sollicitudine curaque 25

9] cf. Gal. 6, 14. 11] cf. Gal. 2, 20. 14] cf. Ps. 118, 120.
18] Matth. 10, 38.

1 rerum *L*¹ 2 distitutor *G*¹*H*¹ 3 existeres *H* 4 cognoscere *G* 6 non distinguit *H* ac] et *H* 8 ac] et *L* eius *om.* *H* 10 condiciones *G*¹*H*²*L*¹ huius *HT* 11 quia] in qua *L* 12 pro te est *L* 14 in ^{haec} *et* luce *H* 15 uoluptates *H* 18 dicentes *H*¹ 20 homo potest *L* 22 non distinguit *H* 24 uoluptates *H*¹ 26 dilectat *H*¹ 27 constrinxerit *H* his qui in *H* 29 affectibus *H*

distenditur, nulla possidendi concupiscentia permouetur, nulla
 superbia, nulla contentione, nulla aemulatione succenditur, non
 de praesentibus dolet iniuriis, non praeteritarum iam recordatur
 seque, cum adhuc spiret in corpore, cunctis elementis credit
 5 esse defunctum, illuc praenittens sui cordis intuitum, quo se
 non dubitat ilico transiturum, ita nos quoque timore domini
 crucifixos oportet his omnibus, id est non solum carnalibus
 uitis, uerum etiam ipsis elementis mortuos esse, illic habentes
 oculos animae nostrae defixos, quo nos sperare debemus mo-
 10 mentiis singulis migraturos. hoc enim modo mortificatas pote-
 rimus uniuersas concupiscentias et affectus habere carnales.

XXXVI. Caue ergo ne quid aliquando eorum resumas, quae
 renuntians abiecasti, et contra interdictum domini de agro euan-
 gelicae operationis reuersus inueniaris tunica tua qua te spoli-
 15 aueras reuestiri, neue ad humiles terrenasque mundi huius
 concupiscentias ac studia reuoluaris et contra Christi man-
 datum de perfectionis tecto descendens tollere aliquid prae-
 sumas ex his quae renuntians abdicasti. caue ne parentum, ne
 affectionis pristinae recorderis et ad curas saeculi huius solli-
 20 citudinesque reuocatus secundum saluatoris sententiam ponens
 manum tuam super aratrum ac respiciens retro regno
 caelorum aptus esse non possis. caue ne quando superbiam, 2
 quam nunc incipiens ardore fidei ac plena humilitate calcasti,
 cum coeperis psalmorum uel professionis huius quandam no-
 25 titiam degustare, paulatim elatus resuscitare mediteris ac se-
 cundum apostoli sententiam quae destruxisti iterum reaedificans
 praeuaricatorem constituas temet ipsum, sed potius ut in hac
 nuditate, quam coram deo et angelis eius professus es, ad finem
 usque perdures, in hac quoque humilitate ac patientia, qua ut

13] cf. Matth. 24, 18. 16] l. c. 17. 20] Luc. 9, 62. 26] cf.
 Gal. 2, 18.

3 praeteritorum *H* 4 spirat *G*^{2v} elementis *H*¹ 8 uitis *H*¹ eli-
 mentis *H*¹ illuc *v* 12 non distinguit *H* aliquid *H* 14 tunica *H*
 spoliaueris *H*¹ expoliaueras *Lc* 15 neue *H**L**T*¹ (ue in *T* *eras*): neque *Gv*
 terrenas *L* 18 dimisisti *L* 19 et] ut *H* scilicet *G* 22 aliquando *H*
 26 destruxisti *G*¹ 27 constituas *G*¹ temet ipsum constituas *H*

suscipereris in monasterio decem diebus pro foribus perseuerans multis lacrimis inplorasti, non modo persistas, uerum etiam proficias atque succrescas. satis enim miserum est, ut cum debeas a rudimentis ac primordiis tuis prouehi et ad perfectionem tendere, etiam ab ipsis incipias ad inferiora recidere. 5 non enim qui coeperit haec, sed qui perseuerauerit in his usque in finem, hic saluus erit.

XXXVII. Uersutus enim serpens calcanea nostra semper obseruat, id est insidiatur exitui nostro et usque ad finem uitae nostrae nos subplantare conatur. et ideo bene coepisse nil 10 proderit nec pleno feruore renuntiationis arripuisse principia, si haec congruus etiam finis non similiter commendarit atque concluderit, Christique humilitas atque paupertas, quam nunc coram ipso professus es, usque ad extremum uitae, quemadmodum arrepta est, a te non fuerit custodita. quod ut possis 15 implere, tu eius capita, id est cogitationum principia semper obserua, ad seniore[m] scilicet mox ea deferens. ita enim disces perniciosa initia eius conterere, si nil ex eis seniori tuo erubueris reuelare.

XXXVIII. Quapropter secundum scripturae sententiam egressus 20 ad seruiendum domino sta in timore dei, et praepara animam tuam non ad requiem, non ad securitatem, non ad delicias, sed ad temptationes et angustias. per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei: angusta namque est porta et ardua uia quae ducit 25 ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam. considera ergo te de paucis et electis effectum et ne exemplo ac tepore multitudinis refrigescas, sed uiue ut pauci, ut cum paucis in-

6] Matth. 24, 13. 8] cf. Ps. 55, 7. 21] Sir. 2, 1. 23] Act. 14, 21. 25] Matth. 7, 14.

1 X. G decim L¹ prae HT¹ 5 recedere GT 8 non distinguit H
9 ad GLT: in Hv 10 et om. L nil G: nihil rell. v cf. Conl. III, 5, 1
11 abrenuntiationis HT 12 etiam haec congruus L commendauerit Hv
14 quemadmodum L 16 caput eius H 17 discis L 18 pernit. L
eius initia Hv nihil HLv 20 non distinguit H 21 dei] dñi G
23 delicias G¹ delicias L temptationes H temptationem L 27 te om.
HL¹ 28 ut pauci om. H

ueniri merearis in regno: multi enim sunt uocati, pauci uero electi, et pusillus est grex cui conplacuit pater dare hereditatem. itaque non leue noueris esse peccatum, perfectionem professum quempiam ea quae sunt imperfecta sectari.
 5 ad quem perfectionis statum his gradibus atque hoc ordine peruenitur.

XXXVIII. Principium nostrae salutis eiusdemque custodia timor domini est. per hunc enim et initium conuersionis et uitiorum purgatio et uirtutum custodia his qui inbuuntur ad uiam perfectionis acquiritur. qui cum penetrauerit hominis
 10 uiam perfectionis acquiritur. qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum rerum omnium parit, obliuionem parentum mundique ipsius gignit horrorem: contemptu autem ac priuatione omnium facultatum humilitas acquiritur. humilitas uero
 15 his iudiciis conprobatur: primo si mortificatas in sese omnes habeat uoluntates, secundo si non solum suorum actuum, uerum etiam cogitationum nihil suum celauerit seniore, tertio si nihil suae discretioni, sed iudicio eius uniuersa committat ac monita eius sitiens ac libenter auscultet, quarto si in omnibus seruet oboedientiae mansuetudinem patientiaeque constantiam,
 20 quinto si non solum iniuriam inferat nulli, sed ne ab alio quidem sibimet inrogatam doleat atque tristetur, sexto si nihil agat, nihil praesumat, quod non uel communis regula uel maiorum cohortantur exempla, septimo si omni uilitate contentus sit et ad omnia se quae sibi praebentur uelut operarium malum
 25 iudicari indignum, octauo si semet ipsum cunctis inferiorem non superficie pronuntiet labiorum, sed intimo cordis credat affectu, nono si linguam cohibeat uel non sit clamorosus in uoce,

1] Matth. 20, 16. 2] Luc 12, 32. 7] Prou. 9, 10.

1 regno *GHT*: regno caelorum *L* regno dei *v* 2 est *om.* *H* conplacuit pater (εὐδόκησεν ὁ πατήρ) *G¹S*: placuit patri *L¹T* conplacuit patri *G²HL²v* 5 perfectionis *G¹* 7 non distinguit *H* 8 conuersionis *GS²v*: conuersionis *S¹HLLT* 9 hic *G¹* 11 contemptum *L* 12 contemptum *G¹* contentum *L¹* priuationem *G¹L¹* 13 humilitas uera acquiritur *L* 14 hiis *H¹* sese] se *H* 15 uoluptates *H¹* 16 suo *L* seniori *H¹L* 17 discretionem *H¹* 18 ac *om.* *Lr* ac libenter *om.* *H¹* 21 adque *H¹* 22 uel post non *om.* *H* 23 exemplo *G¹* si in *HT* 24 se *om.* *L* 25 iudicauerit *HTc* et indignum *G²STc* octouo *G¹*

3 decimo si non sit facilis ac promptus in risu. talibus namque
 iudiciis et his similibus humilitas uera dinoscitur. quae cum
 fuerit in ueritate possessa, confestim te ad caritatem, quae
 timorem non habet, gradu excelsiore perducet, per quam uni-
 uersa, quae prius non sine poena formidinis obseruabas, absque 5
 ullo labore uelut naturaliter incipies custodire non iam con-
 templatione supplicii uel timoris ullius, sed amore ipsius boni
 et delectatione uirtutum.

XL. Ad quod ut ualeas facilius peruenire, exempla tibi sunt
 imitationis ac uitae perfectae in congregatione commoranti a 10
 paucis, immo ab uno uel duobus, non a pluribus expetenda.
 nam praeter id quod examinata uita atque ad purum excocta
 repperitur in paucis, etiam istud ex hoc utilitatis accedit, quod
 ad perfectionem propositi huius, id est coenobialis uitae, dili-
 gentius quis unius inuitur ac formatur exemplo. 15

XLI. Quae omnia ut possis consequi et sub hac regula spiri-
 tali perpetuo perdurare, tria haec in congregatione necessario
 custodienda sunt tibi, ut scilicet secundum Psalmistae senten-
 tiam: ego autem tamquam surdus non audiebam: et
 sicut mutus non aperiens os suum. et factus sum sicut 20
 homo non audiens: et non habens in ore suo redar-
 gutiones, tu quoque uelut surdus et mutus et caecus incedas,
 ut absque illius contemplatione, qui tibi fuerit ad imitandum
 merito perfectionis electus, uniuersa, quaecumque uideris minus
 aedificationis habentia, uelut caecus non uideas, nec animatus 25
 eorum qui haec agunt auctoritate uel forma ad id quod de-
 2 terius est et quod ante damnaueras traducaris. si inoboedientem,
 si contumacem, si detrahentem audieris uel secus quam tibi
 traditum est aliquid admittentem, non offendas nec ad imitan-
 dum eum tali subuertaris exemplo, sed ut surdus, qui haec 30

3] cf. I Ioh. 4, 18. 19] Ps. 37, 14—15.

1 prumptus *G¹H¹* promptus *L* 5 obseruabat *G¹* 7 subplici *H¹*
 9 non distinguit *H* 11 immo *om. L* uel a *L* 12 adque *H¹* ad]
 in *H* 13 accedit *L* 16 non distinguit *H* hac *om. G* 17 trea *H¹*
 21 redargutionẽ *L* 23 ullius *G¹* 25 aedificationem *H* uideris *H¹T*
 uidearis *L*

penitus nec audieris, uniuersa transmittas. si tibi uel cuiquam
 conuicia, si inrogantur iniuriae, esto immobilis et ad respon-
 sionem talionis ut mutus ausculta, semper hunc Psalmistae
 uersiculum in tuo corde decantans: dixi: custodiam uias
 5 meas: ut non delinquam in lingua mea. posui ori meo
 custodiam, dum consistit peccator aduersum me. ob-
 mutui, et humiliatus sum, et silui a bonis. uerum et 3
 quartum hoc prae omnibus excole, quod haec quae supra
 diximus tria ornet atque commendet, id est ut stultum te
 10 secundum apostoli praeceptum facias in hoc mundo, ut sis
 sapiens, nihil scilicet discernens, nihil diiudicans ex his quae
 tibi fuerint imperata, sed cum omni simplicitate ac fide oboe-
 dientiam semper exhibeas, illud tantummodo sanctum, illud
 utile, illud sapiens esse iudicans, quidquid tibi uel lex dei
 15 uel senioris examen indixerit. tali etenim institutione fundatus
 sub hac disciplina poteris durare perpetuo et de coenobio nullis
 temptationibus inimici, nullis factionibus deuolueris.

XLII. Ergo patientiam tuam non debes de aliorum sperare
 uirtute, id est ut tunc eam tantummodo possideas, cum a ne-
 20 mine fueris inritatus (quod ut possit non euenire, tuae non
 subiacet potestati), sed potius de humilitate tua et longani-
 mitate, quae in tuo pendet arbitrio.

XLIII. Et ut haec omnia, quae latiore sermone digesta
 sunt, cordi tuo facilius inculcentur ac tenacissime tuis sen-
 25 sibus ualeant inhaerere, quoddam ex his breuiarium colligam,
 per quod possis breuitate et compendio mandatorum memoriter

4] Ps. 38, 2—3. 10] cf. I Cor. 3, 18.

1 nec *SHT*: non (on *in ras.* *G*) *GL* quicquam *H*¹ a quoquam *H*²
 (*del.* uel) 4 tuo] toto *H* 6 dum consistit *L*: cum consisteret (con-
 susterit *G*¹*H*¹) *GHv* cum consistit *T* cf. *Conl.* *XVI*, 26, 2 aduersus
HTv ommutui *H*¹ 9 trea *H*¹ ornat *H*² commendat *H* comen-
 det *L* te *post* praeceptum *habet* *L* 11 deiudicans *H*¹ 12 cum *om.* *H*
 14 quidquid *G*¹*S*¹*T*: quicquid *rell.* lex *HL*: ex *G* 15 uel ex seni-
 oris *GH*¹ examine *G*² 16 cenubio *H*¹ 18 *non distinguit* *H* paeni-
 tentiam *H*¹ 20 inritatus fueris *L* 21 tua *om.* *L* longamnimitate *L*¹
 22 pendit *G*¹*H*¹ 23 *non distinguit* *H* latiori *HLv* degesta *G*¹*H*¹
 24 inculcentur *G*¹ in tuis *L* 25 collegam *H*¹

uniuersa conplecti. audi ergo paucis ordinem, per quem scandere ad perfectionem summam sine ullo labore ac difficultate praeualeas. principium nostrae salutis ac sapientiae secundum scripturas timor domini est. de timore domini nascitur conpunctio salutaris. de conpunctione cordis procedit abrenuntiatio, id est nuditas et contemptus omnium facultatum. de nuditate humilitas procreatur. de humilitate generatur mortificatio uoluntatum. mortificatione uoluntatum exstirpantur atque marcescunt uniuersa uitia. expulsionem uitiorum uirtutes frutificant atque succrescunt. pullulatione uirtutum puritas cordis adquiritur. puritate cordis apostolicae caritatis perfectio possidetur. 5 10

LIBER QUINTUS.

DE SPIRITU GASTRIMARGIAE.

CAPITULA.

I. Transitus de institutis monachorum ad conluctationem octo principalium uitiorum. 15

II. Quod causae uitiorum, sicut in omnibus immorantur, ita ab omnibus ignorantur, et quia ad manifestandas eas domini egeamus auxilio.

III. Quod prima nobis conluctatio sit aduersus spiritum gastrimargiae, id est concupiscentiam gulae. 20

III. Testimonium abbatis Antonii, quo docet unamquamque uirtutem ab illo qui eam peculiarius possidet expetendam.

3] Prou. 9, 10.

1 pacis *L* 2 difficultate *L* 3 patientiae *G* 4 conpunctio *G*¹ 6 contentus *L* 7 uoluptatum *bis H*¹*T* 8 de mortificatione *HLT* extirpantur *G*²*H* 9 frutificant *G*²*S*: frutificant *G*¹ fructificant *HLT**v* 10 pullulatione *G*¹*H*¹ 11 possidetur. Explicet de institutis renuntiantium (ren. inst. *L*) liber .III. *G**L**T*: om. *H* Incipit de spiritu gastrimargiae (castrim. *L*) liber quintus (V *L*) *HL*: om. *GT* Incipit capitulum sequentis lib. *G* Incipiunt capitula de libro quinto *HT* Incipiunt tituli eiusdem libri *L*

15 transitur *T* ad *LT*: de *H* 18 ignorantur *T**v* quia *HLT*: quod *v* 19 auxilium *HT* 21 castrimargiae *L* concupiscentie *L* 22 quod *H*

V. Quod non possit ab omnibus uniformis ieiuniorum regula custodiri.

VI. Quod non solo uino mens inebrietur.

VII. Qua ratione infirmitas carnis puritatem cordis nequeat
5 inpedire.

VIII. Quod pro perfectae continentiae fine esca sumenda sit.

VIII. De mensura castigationum adsumendarum remedioque ieiunii.

X. Ad conseruandam mentis et corporis puritatem abstinen-
10 tiam ciborum non posse sufficere.

XI. Concupiscentias corporis non extinguere nisi cum omnium extirpatione uitiorum.

XII. De agone carnali etiam spiritalis agonis imitationem esse sumendam.

15 XIII. Quod, nisi gulae fuerimus uitio liberati, nequaquam possumus ad pugnas interioris hominis peruenire.

XIII. Quomodo possit gulae concupiscentia superari.

XV. Quomodo ad custodiendam cordis sui puritatem monachus esse debeat semper intentus.

20 XVI. Quod monachus secundum Olympiaci certaminis morem non possit spiritalis conficere pugnas, nisi obtinuerit bella carnalia.

XVII. Quod fundamentum ac basis spiritalis agonis in gastrimargiae sit certamine conlocata.

25 XVIII. Per quot genera certaminum atque palmarum beatus apostolus ad coronam sublimissimi agonis ascenderit.

XVIII. Quod athletic Christi, donec in corpore commorantur, pugna non desit.

30 XX. Quod non debeat monachus sumendi cibi tempus excedere, si uult ad pugnas interiorum certaminum peruenire.

3 solum *H* inebriatur *HTv* 4 puritate *L* queat *L* 6 quo *L*
pro *om.* *H* 7 remedioque *L* 9 abstinentiae *LT* 12 extirpatione *HT*
13 spiritalis agones *H* 16 possumus *v* 17 concupiscentie *L* 20 quo-
modo *HT* olimpiaci *H* 21 posse *L* conferre *HT* obtinuerit *HT*¹
23 quomodo *HT* basis *HT* uasis *L* castrimargiae *L* 25 per *om.* *H*
quod *H* 26 subimissimi *L* 27 athletic *H* 30 si uult ad pugnas
om. *L*, *spat.* *uacuo relicto* certaminis *L*

XXI. De interiore monachi pace et abstinence spiritali.

XXII. Quod ideo nos oporteat exercere continentiam corporalem, ut per ipsam perueniamus ad spiritale ieiunium.

XXIII. Qualis esse monachi debeat cibus.

XXIII. Quod in Aegypto indifferenter uiderimus sub ad-
uentu nostro solui cotidiana ieiunia. 5

XXV. De continentia senis, qui ita sexies cibum sumpsit ut seruaret esuriem.

XXVI. De eo sene qui in cellula sua escam numquam solus accepit. 10

XXVII. Quid de fructu studii sui professi sunt abbas Paesius et Iohannes.

XXVIII. Quam exempli sui professionem abba Iohannes discipulis reliquerit decessurus.

XXVIII. De abbate Machete inter conlationes spiritales numquam dormitante et semper inter terrenas fabulas obdormiente. 15

XXX. Eiusdem senis de nemine iudicando.

XXXI. Increpatio eiusdem senis, cum fratres inter spiritales conlationes dormitantes ad narrationem otiosae fabulae uidisset expergefatos. 20

XXXII. De epistulis priusquam legerentur incensis.

XXXIII. De absolute quaestionis, quam abbas Theodorus orando promeruit.

XXXIII. De sententia eiusdem senis, qua docuit quo studio monachus possit adsequi scientiam scripturarum. 25

XXXV. Increpatio eiusdem senis, cum ad meam cellulam media nocte uenisset.

1 interiori *HTv* 2 oportet *HT* 3 ipsum *L* spiritalē *L*¹ 4 quales *H*
cibi debeant *H* eibus debeat *v* eib^vi monachi debeat *T* 5 egyptū *L*
6 nōri (= nostri) *L* 8 ut *LT*: et *H* 9 cellola *H* cella *Tv* 11 sunt] *sic HLT*
pessius *H* pesius *LT* 12 iohannis *HT* 13 abba *T*: abbas *H*
abbatis *L* iohannis *HL* 14 discipulis *L*: disciplis suis *HT* requirit *HT*
15 machē *L* 16 dormitante] *hic incipit A* dormitantē *L* inter terrenas
A: in terrenas *HT* internas *L* obdormientē *L* 18 frater *H* 19 con-
loutiones dormientes *H* 21 epistolis *HL* relegentur *H* 25 scrib-
turarum *A* 26 *hunc titulum om. T* senis *om. H* cellam *HL*
27 media *om. A* uenisset media nocte (*transpos. m. 1*) *L*

XXXVI. Descriptio heremi quae est in Diolo, in qua anachoretæ commorantur.

XXXVII. De traditis nobis ab abbate Archebio cum instructu suo cellis.

5 XXXVIII. De debito quod abbas Archebius manuum suarum opere pro matre dissoluit.

XXXVIII. Qua simulatione cuiusdam senis abbati Symeoni, cum otiosus esset, opus manuum sit prouisum.

10 XL. De pueris, qui deferentes ad aegrotantem ficus non gustatis eisdem fame in heremo defecerunt.

XLI. Sententia abbatis Macari de obseruantia monachi uel tamquam diutissime uicturi uel tamquam cotidie morituri.

I. Quintus nobis iuuante deo liber iste procuditur. nam post
 quattuor libellos, qui super institutis monasteriorum digesti
 15 sunt, nunc arripere conluctationem aduersus octo principalia
 uitia uestris orationibus domino confortante disponimus, id est
 primum gastrimargiae, quae interpretatur gulae concupiscentia,
 secundum fornicationis, tertium filargyriae, quod intellegitur
 auaritia, uel ut proprius exprimatur, amor pecuniae, quartum
 20 irae, quintum tristitiae, sextum acediae, quod est anxietas siue
 taedium cordis, septimum cenodoxiae, quod sonat uana seu
 inanis gloria, octauum superbiae. quem ineuntes agonem tuis
 precibus, o beatissime papa Castor, nunc inpensius indigemus,

1 describitio *A* herimi *A*¹ est *om.* *II* diolo *H* diulocho *L*
 quo *L* anachorita *AHL* 3 instructu *L* 5 archebeos manum *H* 6 de-
 soluit *HT* dissoluit pro matre *A* 7 quo *H* senioni *H* 9 ficos *L*
 10 herimo *A* 11 machari *H* macarii *A* macharii *LT* 12 uel] et *L*
 morituri. Finiunt capitula. incipit liber de s̄p̄u gastrimargiae *A* Incipit de
 s̄p̄u castrimargiae liber quintus *G* Expliciunt tituli libri quinti. Incipit
 20 textus eiusdem libri *L* Finiunt cāp. Incipit liber quintus *T* *nihil inscrip-*
tum post capitula in H

13 dño *AHT*: cf. *I*, 1, 1. *III*, 1. *XII*, 2. 24 aduersus castrimargiam
 liber *L* producitur *HT* 14 libellos . . . *cap.* 4, 2 enim dicitur *extant*
in C, in cuius *pag.* 63 duo primi uersus euanuerunt monachorum *Ar*
 17 castrimargiae *G¹L* concupiscentiæ *L* 18 filargyriae *GHT* philar-
 giryriae *L* 19 uelud *H*¹ paccuniae *C* 20 accidia *HT*¹ seu *A*
 21 coenodoxiae *GLT* siue *II* 23 inpensus *C*

ut primum naturas eorum tam minutas, tam occultas tamque obscuras inuestigare condigne, deinde causas eorundem sufficienter exponere, tertio ut idonee curationes eorum ac remedia possimus inferre.

II. Quarum passionum causae quemadmodum, cum patefactae fuerint traditionibus seniorum, ab omnibus protinus agnoscuntur, ita priusquam reuelentur, cum ab ipsis uniuersi uastemur et in cunctis hominibus inmorentur, ab omnibus ignorantur. uerum eas ita nos aliquatenus explicare posse confidimus, si intercessionibus uestris ad nos quoque ille qui per
 2 Esaiam prolatus est sermo domini dirigatur: ego ante te ibo: et potentes terrae humiliabo: portas aereas conteram, et uectes ferreos confringam. et aperiam tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum, ut nos quoque uerbum dei praecedens primum terrae nostrae potentes humiliet, id est has easdem quas expugnare cupimus noxias passiones dominationem sibi ac tyrannidem saeuissimam in nostro mortali corpore uindicantes, easque faciat indagini nostrae atque expositioni subcumbere, et ita nos ignorationis portas effringens ac uitiorum uectes excludentium nos a uera scientia
 3 ut sic ad taetras uitiorum tenebras purissimis oculis animae penetrantes patefacere eas ac producere possimus ad lucem, causasque earum atque naturas his, qui uel caruerunt eis uel adhuc obligati sunt, pandere ualeamus, et ita secundum

11] Esai. 45, 2—3. 22] I Cor. 4, 5.

1 tam obscuras *A* 2 eorundem *CT*² eorum *GT*¹ 3 tertium *H* idoneae *CAT* idoneas *H* 4 possumus *H*¹*T*¹ 5 quarum . . . quemadmodum *euang. in C* 6 protenus *H*¹ 9 ignorentur *LT* nobis *C* aliquatenus *A* 11 isaiam *A* a dño *L* ego autem ante *H* 14 archana *G*¹*HLLT* 15 dñi *H* 16 eandem *G*¹ 17 hac *G*¹ 18 uendicantes *H*¹ easque *om. H* indagine *H*¹ 19 adque *C* subcumbere *L*: succumbere *rell.* nos *CG*¹*HT*: in nos *L* nostrae *G*²*v*: *om. A* ignorationis nobis *A* 20 extrudentium ac uera (*om. nos*) *H* ad ueram scientiam *L* 21 nostrorum nos *Ar* suorum *H* archana *H* 24 thetras *L* tetras *rell.* animae oculis *AL* 26 eorum adque *C*

prophetam transeuntes per ignem uitiorum dirissime nostras
exurentium mentes confestim per aquas quoque uirtutum extin-
guentium scilicet ea transire possimus inlaesi, ac spiritalibus
remediis adrorati ad refrigerium perfectionis puritate cordis
5 mereamur educi.

III. Itaque primum nobis ineundum certamen est aduersus
gastrimargiam, quam diximus gulae esse concupiscentiam, et
in primis de ieiuniorum modo et escarum qualitate dicturi
rursus ad Aegyptiorum traditiones ac statuta recurrimus, qui-
10 bus sublimiorem continentiae disciplinam et perfectam discre-
tionis inesse rationem nullus ignorat.

III. Uetus namque est beati Antonii admirabilisque sen-
tentia, monachum, qui post coenobiale propositum fastigia
nititur sublimioris perfectionis adtingere, et adprehenso dis-
15 cretionis examine proprio iam potens est stare iudicio atque
ad arcem anachoreseos peruenire, minime debere ab uno quam-
uis summo uniuersa genera uirtutum expetere. alius enim
scientiae floribus exornatur, alter discretionis ratione robustius
communitur, alter patientiae grauitate fundatur, alius humili-
20 tatis, alius continentiae uirtute praefertur, alius simplicitatis
gratia decoratur, hic magnanimitatis, ille misericordiae, iste
uigiliarum, hic taciturnitatis, iste laboris studio superuenit
ceteros. et idcirco monachum spiritalia mella condere cupientem 2
uelut apem prudentissimam debere unamquamque uirtutem ab
25 his qui eam familiarius possident deflorare et in sui pectoris
uase diligenter recondere nec quid minus aliquis habeat discutere,
sed hoc tantum quid uirtutis possideat contemplari studioseque
decerpere (cunctas namque si ab uno uolumus mutuari, aut

1] cf. Ps. 65, 12.

1 profetam *CAH* durissime *L¹T* 3 eas *A* possumus *H¹T¹*
4 puritatem *L* 6 itaque . . . certamen *euang. in C* iniendum *A¹* 7 ca-
strimargiam *L* guelae *C* 8 scarum *C* escarum *G* 9 recurremus *v*:
cf. pag. 63, 5 11 ignoret *C* 12 uetus . . . admirabilis *euang. in C*
uetus . . . §. 2 prudentissimam debere *desunt in A* 13 monachorum *G¹*
15 adque *C* 17 expectare *G* 18 rationem *L¹* 21 gratia] luce *H*
22 supereminet *Hv* 24 unamque *C* 25 deplorare *HT* 26 uas *C* ne *H¹T*
aliquis] alius *s. l. m. 1 A* aliquid *L* 27 qd *G²* ex qd possideat] habeat *v*

difficile aut certe uumquam idonea ad imitandum nobis exempla poterunt repperiri), quia, licet necdum Christum omuia factum secundum apostolum uideamus in omuibus, tamen hoc modo possumus eum, id est per partes in omuibus inuenire. de ipso enim dicitur: qui factus est nobis ex deo sapientia, iustitia, sanctitas et redemptio. dum ergo in alio sapientia, in alio iustitia, in alio sanctitas, in alio mansuetudo, in alio castitas, in alio humilitas repperitur, membratim Christus per unumquemque nunc sanctorum diuisus est. concurrentibus uero uniuersis in unitatem fidei ac uirtutis redditur in uirum perfectum, plenitudinem sui corporis in singulorum membrorum compage ac proprietate perficiens. donec ergo ueniat illud tempus quo sit deus omnia in omnibus, in praesenti potest hoc quo diximus modo, id est per partes uirtutum esse in omnibus deus, licet nondum plenitudine earum omnia sit in omnibus, quia licet unus religionis nostrae sit fluus, professiones tamen diuersae quibus ad deum teuditur, sicut in conlationibus seniorum pleuius disputauidum est. ideoque discretiouis et continentiae forma ab his est nobis peculiarius expetenda, a quibus uirtutes has per gratiam spiritus sancti uberius uidemus effluere, non quod ullus quae in multos diuisa sunt solus possit acquirere, sed ut in his bonis, quorum capaces esse possumus, ad eorum nos imitationem qui ea specialius obtinuere tendamus.

V. Itaque super ieiuniorum modo haud facile potest uniformis regula custodiri, quia nec robur unum euuetis corporibus inest nec sicut ceterae uirtutes auimi solius rigore

2] I Cor. 15, 28. 5] I Cor. 1, 30. 10] Eph. 4, 13. 13] I Cor. 15, 28. 17] cf. Conl. XIII. XVIII. XVIII.

2 reperiri *L* necdum licet *C* omnia in omnibus *H* 3 uideamus cum in *H* 5 a deo *A* et *Uulg.* 6 et om. *A* ergo] enim *A* 7 in alio mansuetudo . . . castitas om. *A* 8 post humilitas *v* add. in alio patientia reperitur *L* 9 *fc+m* (*r eras.*) *A* 10 uniuersis om. *A* 11 in om. *L* 12 compagem *L*¹ pficiens *G*¹ ueniat ergo *HT* illud om. *A* 13 potest] quoque *A* 14 quod *H*²*LT*¹ 15 dñm *A* plenitudo *HT* per plenitudinem *v* omnia om. *A* 16 reigionis *G*¹ professionis *L*¹ 17 dñm *H* tendimus *v* 20 uidimus *HT* 21 multas *H*¹ multis *L*¹ 23 eas *L* specularius *H*¹ peculiarius *v* optenuere *G*¹ optinuere *G*²*L* 24 haut *G*¹*T* modum aut *L* 25 robur *G*¹*H*¹*LT*¹*S*

patrantur. et ideo quia non in sola fortitudine mentis consistunt (cum corporis enim possibilitate participant), talem super his definitionem traditam nobis accepimus, diuersum quidem esse refectionis tempus et modum et qualitatem pro inpari scilicet
 5 corporum statu uel aetate uel sexu, unam tamen esse omnibus pro continentia mentis et animi uirtute castigationis regulam. neque enim cunctis possibile est ebdomadibus protelare ieiunia, 2
 sed ne triduana quidem uel biduana inedia refectionem cibi differre. multis quippe aegritudine et maxime senio iam defessis
 10 ne usque occasum quidem solis ieiunium sine laboris adfectione toleratur. non omnibus infusorum leguminum esus conuenit eneruatus nec cunctis purorum holerum habilis est parsimonia nec uniuersis sicci panis relectio castigata conceditur. alius quantitate duarum librarum saturitatem non sentit, alius librae
 15 unius siue unciarum sex edulio praegrauatur. attamen unus in omnibus his continentiae finis est, ne quis iuxta mensuram capacitatis suae saturitatis oneretur ingluuie. non enim qualitas sola, sed etiam quantitas escarum aciem cordis obtundit ac mente cum carne pariter inpinguata noxium uitiorum fomitem
 20 igneumque succendit.

VI. Quibuslibet escis relectus uenter seminaria luxuriae parit nec praeualet mens discretionum gubernacula moderari ciborum pondere praefocata. non sola crapula uini mentem inebriare consuevit: cunctarum escarum nimietas uacillantem eam ac
 25 nutabundam reddit omnique integritatis ac puritatis contem-

1 parantur GH^1T^v ideo A mentis animaeque Ar 2 enim *eras.*
 in A participantur A 3 diffinit. GH^1 accipimus AH^1T 4 corporum
 scilicet HT 6 continentiam G^1 7 protelari A 8 cibi *om.* A 9 de-
 ferre H^1T a multis v 10 usque ad HLL^v adfectionis labore H
 11 tolerantur L^1 non in H^1 infusorum II^1 esus G (*sic saepe*) usus H
 12 pororum A^2 pororum olerum H . . . lis est . . . *cap. 9* non habet
extant in C parsimonia est L 15 adtamen A 16 est finis H 17 satu-
 ritatis *om.* A honeretur C ingluuiae CL^1 inglobiae H^1 ingluuia G
 (a *in ras. m. 2*) 19 inpinguatam G^1 ita noxium H 20 succendet A
 21 VII G non distinguit H quibuslibet . . . uenter *euau. in C* relectus G
 relectus T luxuriae $G^1II^1L^1$ 23 non] non enim AHT^c (*cap. 6 hic*
incipit in H) 24 sed cunctarum Hr uerum cunct. L^2 uacillan-
 tem L 25 notabundam G^1

platione despoliat. Sodomitis causa subuersionis atque luxuriae non uini crapula, sed saturitas extitit panis. audi dominum per prophetam Hierusalem increpantem: quid enim peccauit soror tua Sodoma, nisi quia panem suum in saturitate et abundantia comedebat? et quia per saturitatem panis inextinguibili carnis fuerant ardore succensi, iudicio dei caelitus igne sulphureo concremantur. quodsi illos sola nimietas panis ad tam praeruptum flagitiorum praecipitium uitio satietatis inepigit, quid censendum de his qui uegeto corpore perceptionem carnum ac uini inmoderata libertate praesumunt, non quantum expetit inbecillitas, sed quantum animi libido suggesserit usurpantes.

VII. Infirmetas carnis ad puritatem cordis non officit, si haec modo quae fragilitas, non quae uoluptas exigit usurpentur. facilius uidimus uiros qui ab escis corpulentioribus omnimodis temperarent, quam moderate usos pro necessitate concessis, et qui totum sibi pro amore continentiae denegarent, quam qui eas sub infirmitatis occasione sumentes mensuram sufficientiae custodirent. habet etiam corporis inbecillitas suae continentiae palmam, dummodo escis defectioni carnis indultis adhuc indigentem se refectione defraudet tantumque esus indulgeat, quantum sufficere ad uiuendi usum temperantiae discretio rigida iudicari, non quantum desiderii adpetitus exposcit. esculentiores cibi ut procurant corpori sanitatem, ita castitatis non adimunt puritatem, si cum moderatione sumantur. quidquid

3] Ezech. 16, 49.

1 despoliat GH^2r : despoliat CAH^1LTc adque C luxuriae G^1H^1T
 3 profetam CA ilm A 5 habundantia H^1T comedebant CG^1 : recte?
 6 dei iudicio A 7 sulfureo C sulphureo G^1H^1LT 8 pruruptum H
 uitiositatis A^2 satietatis uitio HT 9 de] est de G^2Sv uegetato A^2 uegito
 G^1H^1 uigeto G^2 perceptione L 10 liberalitate G inmoderatã liber-
 tatẽ H 11 inuecillitas C animi *om.* A usurpantis L 12 VIII G
 infirmitas . . . cordis *euan. in* C offendit H 13 tantummodo Tv fragi-
 litas carnis Ac uoluntas AHT 14 opulentioribus Cc corpulentioribus
 G^2LT 15 moderantes H usus HL concessisse H 17 eis A occas-
 sione H occansione T 19 defectionis L^1 20 defrudet C frandet H
 21 sufficere *om.* A iuuendi C 22 iudicaret H^1 excolentiores AH^1L^1
 23 cibi *om.* L^1 corporis HTv sanitem H castigatis C 24 quicquid
 $AG^2H^2LT^2$

enim fortitudinis esu eorum percipitur, aegritudinis labore ac defectione consumitur. quamobrem ut nulli statui uirtus parsimoniae adimitur, ita ne integritatis quidem consummatio denegatur.

5 VIII. Uerissima est itaque patrum probatissimaque sententia, ieiuniorum et continentiae modum in mensura parcitatis tantum et castigatione consistere, et hunc esse perfectae uirtutis in commune omnibus finem, ut escis, quas sumere sustentandi corporis necessitate compellimur, adhuc in adpetitu earum po-
10 siti temperemus. quamuis enim quis corpore sit infirmus, perfectam uirtutem aequamque robustis ac sanis in omnibus possidebit, si desideria, quae fragilitas carnis non exigit, mentis rigore castiget. apostolus inquit: et carnis curam ne feceritis in desideriiis. non ergo curam eius omnimodis interdixit, sed ut in desideriiis fieret denegauit. uoluptuosam ademit
15 diligentiam carnis, gubernationem uitae necessariam non exclusit: illud ne indulgentia carnis ad desideriorum occupationes noxias deuoluamur, hoc uero ne corruptum nostro uitio corpus spirituales ac necessarias functiones explere non possit.

20 VIII. Summa igitur continentiae non sola temporis ratione nec escarum qualitate tantummodo, sed ante omnia conscientiae iudicio colligenda est. tantum enim debet unusquisque sibi frugalitatis indicere, quantum corporeae oblectationis pugna deposcit. utilis quidem et omnimodis obseruanda canonica ieiuniorum custodia: sed nisi hanc frugi fuerit ciborum refectio
25

13] Rom. 13, 14.

2 quamobrem . . . uirtus *om.* *L:* *in marg. m.* 2 legitur et (et *add. m.* 3) ut nulli statui uirtus parsimonii *C* parsimonia *A*¹ 5 VIII *G* uerissima . . . probatis *euang.* *in C* 6 mensuram *C* 8 escas *A* ab escis *HTv:* *cf. cap. 21, 5. 22* 11 aequamq^{vt} *G* robustus *G*²*HT* sanus *G*²*H*²*T* (*noli corrigere cum r:* aequae quam robustus ac sanus) possideuitis si *C* ut *uid.* 12 carnis fragilitas *A* non *om.* *HTr* eget ex egit *A* 13 inquit *AT* perfeceritis *H* 14 post desideriiis *H* habet uerba quamuis . . . infirmus (*u. 10*), suo loco *omissa* 15 adimit *AG*¹*T* 16 guernationem *C* excluderit *G*¹ 17 occupationis *H*¹ 18 noxios *G*¹ deuoluatur *L*¹ corrupto *C* 19 spiritalis *H* 20 summa . . . sola tem *euang.* *in C* continentia *H* solo *H*¹ 21 scarum *C* 23 fragilitatis *HT* oblectationis *A* 24 obseruanda est *G*²*v* 25 frugi *om.* *A* frugalitatis *H* frugalitatis *T*

subsecuta, ad integritatis calcem non poterit perueniri. longorum namque ieiuniorum inedia saturitate corporis subsequente lassitudinem potius temporalem quam puritatem castitatis ad-
 15 quirit. integritas mentis uentris cohaeret inediae. non habet perpetuae castimoniae puritatem, quisque non iugem temperantiae aequalitatem tenere contentus est. quamuis districta
 20 ieiunia succedente superflua remissione uacuantur et in gastrimargiae uitium protinus conlabuntur. melior est rationabilis cum moderatione cotidiana refectio quam per interualla arduum longumque ieiunium. nouit inmoderata inedia non modo mentis
 25 labefactare constantiam, sed etiam orationum efficaciam red- dere lassitudine corporis eneruatam.

X. Ad integritatem mentis et corporis conseruandam abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi fuerint ceterae quoque uirtutes animae coniugatae. humilitas igitur primitus oboe-
 15 dientiae uirtute et operis contritione corporisque fatigatione discenda est. pecuniarum non solum uitanda possessio, sed etiam desiderium earum radicitus extirpandum. non enim eas sufficit non haberi, quod plerumque solet etiam ex necessitate descendere, sed ne ipsam quidem, si forte oblatae fuerint,
 20 habendi recipere uoluntatem. irae conterendus est furor, tristitiae superanda delectio, cenodoxia, id est uana gloria contemnenda. superbiae calcandus est fastus, mentis quoque ipsius instabiles uagique discursus adsidua dei memoria refrenandi,
 25 totiensque nobis est ad contemplationem dei lubrica cordis euagatio reducenda, quotiens subtilis hostis ab hoc intuitu mentem captiuare pertemptans recessibus nostri cordis inreperit.

XI. Impossibile namque est extinguere ignita corporis incen-
 30 tina, priusquam ceterorum quoque principalium uitiorum fomites

1 perueniri *CG*: peruenire *rell. v* 2 inedia ieiuniorum *L* 4 coherit *CH*¹ inedia *C* 5 perpetuam *Gv* 6 districta *G¹L* 7 castrimargiae *G¹T* castrimargia *L* 8 elabuntur *L* melius *AH* 11 efficaciam *H* 12 lassitudinem *L¹T* 13 Ad *ex Audi L* 14 non sola *L* 16 contritionem *L¹* 17 uitanda est *HTc* 18 extirp. *HT* 19 habere *v* 20 descendere *A¹H¹* ipsa *L* forte *om. A* ablatae *H* oblatae *L¹* 21 est *om. II* 22 cenodoxia *GII* cenod. *IT* 23 conculcandus fastus (*om. est*) *L* 24 instabilis *A¹T* assidua* *L* 26 peruagatio *Av* intuitum *G¹* 27 pertemptans *A* recessibus *GI*² 29 quoque *om. A*

radicitus excidantur: de quibus singillatim distinctis libellis suo loco donante domino disseremus. nunc propositum nobis est de gastrimargia, id est gulae concupiscentia, contra quam nobis primus conflictus est, disputare. numquam igitur poterit ardentis concupiscentiae stimulos inhibere, quisque desideria gulae re-
 5 frēnare non quiverit. interioris hominis castitas uirtutis huius consummatione discernitur. numquam enim robustioribus aemulis conluctari posse confides eum, quem in leuiori conflictu conspexeris ab infirmioribus paruisque superari. cunctarum
 10 namque uirtutum una natura est, licet in multas diuidi species et uocabula uideatur: sicut auri quoque una substantia est, licet per multa uariaque monilium genera pro artificum uideatur ingenio ac uoluntate distincta. itaque nullam perfecte possidere probabitur, quisque elusus in earum parte dinoscitur. quo
 15 enim modo flagrantēs aēstus concupiscentiae, qui non sola instigatione corporis, sed etiam mentis uitio succenduntur, extinxisse credendus est, qui aculeos irae cordis solius intemperantia prorumpentes mitigare non potuit? aut quonam modo putandus est carnis animaeque lasciuientes stimulos retudisse,
 20 qui superbiae uitium simplex non quiuit euincere? aut quemadmodum credendus est insertam carni luxuriam conculcasse, qui pecuniarum concupiscentiam forinsecus sitam atque alienam a nostra substantia non ualuit abdicare? qua autem ratione bellum carnis et animae triumphabit, qui idoneus non fuit
 25 morbum curare tristitiae? quantalibet urbs sublimitate murorum et clausarum portarum firmitate muniatur, posterae unius quamuis paruissimae prodicione uastabitur. quid enim differt utrum

1 describitis *A* 3 castrimargia *L¹T* gula & *H* 4 igitur] enim *A* ardentis *AGSv*: ardentēs *HLT* cf. cap. 23 *init.* 5 quisquis *ALv* 6 non quaerit *H¹* nequiverit *Lv* 7 numquam . . . cap. 13 *fin.* robustioribus adtempta *extant* in *C* 8 confidas *AH²v* leuiore *L* 9 inferioribus *A* superauit *G¹* 11 uocabula *G¹* uideantur *AL¹* 12 monilium *H³* multas uariasque monilium (monil. *L*) species *AL* 13 districta *H¹* perfecte *om.* *L¹* perfecte uirtutem in *mag.* *L²* uirtutem perfecte *H* 15 flagitantes *L¹* 16 succenduntur *L¹* extinxisse *CH* extinguisse credendum *L¹* 18 quodadmodo *C* quodam modo *A¹* 19 retudisse *GHL* 20 superbiae *C* quiuit *H¹LT¹* 21 luxuriam *G¹H* 22 adque *C* 23 post abdicare in *H* cap. 12 *incipit* 24 triumphauit *CL* idoneos *G¹* 25 morbo carere *H*

per excelsa moenia et ampla portarum spatia, an per angusti cuniculi latibula perniciosus hostis penetralibus ciuitatis inrepat?

XII. Qui in agone contendit, non coronatur nisi legitime certauerit. qui naturales adpetitus carnis optat extinguere, extra naturam uitia conlocata primitus superare festinet. si enim apostolicae sententiae uim uolumus experiri, quae sint agonis mundani leges ac disciplina, primitus debemus agnoscere, ut ita demum harum comparatione scire possimus, quid nos in spiritali agone certantes beatus apostolus hoc exemplo uoluerit edocere. in illis enim certaminibus, quae secundum eundem apostolum corruptibilem coronam uincens parant, mos iste seruatur, ut is, qui se ad gloriosam coronam et immunitatis priuilegio decoratam praeparare contendit et perfecta cupit agonis sudare certamina, prius in Olympiacis ac Pythiis certaminibus indolem suae iuuentatis ac rudimentorum robor ostentet. in his siquidem iuniores, qui has disciplinas cupiunt profiteri, utrum mereantur uel debeant ad eas admitti, tam eius qui istis certaminibus praesidet quam totius populi iudicio conprobantur. cumque diligenter examinatus quis primum repertus fuerit nulla uitae respersus infamia, deinde non seruitutis iugo ignobilis et ob hoc indignus disciplina hac uel congressu eorum qui hanc profitentur fuerit iudicatus, tertio si artis, si fortitudinis digna praeferat documenta et iunioribus coaeuisque decertans peritiam pariter ac uirtutem suae demonstrauerit iuuentatis, ac proficiens de ephoborum luctamine per-

3] II Tim. 2, 5. 11] I Cor. 9, 25.

1 angusta *HT* 2 cuniculi *H* perniciosus *GL* penetralibus *L*: penetrabilibus *AGT* ciuitatis penetrabilis *H* 3 non distinguit *H* qui . . . coronatur *euang. in C* 4 naturalis *C* obtat *H*¹ 6 sit *C* sunt *H*¹ 7 mundani agonis *C* agones *H*¹ legis *L*¹ disciplinae *HLT* 8 possumus *H*¹ in *om. A: cf. 16, 1* 9 uoluit *A* 10 in illis] nullis *C* enim] ergo *L* eundem *om. C* 12 is] his *C* 13 perfectam *L*¹ 14 olimpiacis ac p̄hetīs *H* p̄thiis *L* 15 suam *L*¹ iuuentatis *A*: iuuentutis *rell. v* robor *G*¹*HT* 16 ostendat *H* 17 ammitti *L*¹ 18 in istis *H*¹ 19 conprobatur *AG*¹*L* fort. recte 20 reppertus *CH* 21 **disciplina dignus ac (in *eras.*) *L* 22 fuerint *L*¹ 23 proferat *H* 25 iuuentutis *CA*¹: iuuentutis *rell. v* efoeborum *C* effeborum *AH* certamine *A* conluctamine *H*

fectis iam uiris et experientia longa probatis congregari permissus fuerit praesidentis examine, seque non solum parem uirtutis eorum assidua conluctatione probauerit, uerum etiam frequenter inter hos quoque uictoriae palmam fuerit consecutus, tunc demum
 5 ad agonis praeclara certamina merebitur peruenire, in quibus non nisi uictoribus tantum et his qui multarum coronarum stipendiis decorati sunt facultas decertandi conceditur. si intelleximus carnalis agonis exemplum, spiritalis quoque certaminis quae disciplina uel ordo sit conparatione huius debemus
 10 agnoscere.

XIII. Oportet nos quoque primum libertatem nostram carnis subiectione monstrare. a quo enim quis uincitur, eius et seruus est, et: omnis qui facit peccatum seruus est peccati. cumque nos nulla concupiscentiae turpis respersos
 15 infamia examen certamini praesidentis inuenerit nec fuerimus ab eo ut serui carnis et ignobiles indignique Olympiacis uitiorum conluctationibus iudicati, tunc poterimus contra coaeuos nostros, id est concupiscentias carnis et motus ac perturbationes animae inire certamen. impossibile enim est saturum uentrem
 20 pugnas interioris hominis experiri nec bellis robustioribus adtemptari dignum est eum, qui potest deici leuiore conflictu.

XIII. Prima ergo nobis est gulae calcanda concupiscentia et eo usque extenuanda mens non solum ieiuniis, uerum etiam uigiliis, lectione quoque et crebra conpunctione cordis, in quibus
 25 se forsitan uel inlusam uel uictam reminiscitur, ingemescens nunc horrore uitiorum, nunc desiderio perfectionis et integritatis accensa, donec eiusmodi curis ac meditationibus occupata

12] II Pet. 2, 19. 13] Ioh. 8, 34.

1 et om. H 3 frequentem GL 7 conceditur decertandi AHTv intellexerimus GH intelleximus T 11 non distinguit H oportet . . libertatem euan. in C primo L 12 enim om. A 16 olimpiacis H uictorum L 18 motos H¹ 19 est om. L¹ saturantem H saturatum T 20 interiores L¹ adtentari L 21 eum dignum est A leuiori H¹L 22 XIII H primum A ergo] enim H: om. AT calcanda gulae HT 23 extenuanda G¹H 24 lectionem L¹ cordis conpunctione A et crebra conpunctione lectione quoque cordis H 25 si L¹ forsitam A conuictam reminiscatur H ingemescens G²HLL² 26 onere A horrorem L integritate H

pariter ac possessa ipsius cibi refectionem non tam iucunditati
 concessam quam oneris uice sibi inpositam recognoscat, ma-
 2 sentiat adtributam. quo studio mentis et iugi conpunctione
 detenti lasciuiam carnis, quae fotu escarum uehementius in- 5
 solescit, et aculeos eius noxios retundemus, atque ita fornacem
 corporis nostri, quae rege Babylonio occasiones peccatorum
 et uitia nobis iugiter subministrante succenditur, quibus naph-
 thae et picis uice acrius exuramur, ubertate lacrimarum et fletu
 cordis poterimus extinguere, donec dei gratia, spiritu roris sui 10
 in cordibus nostris insibilante, aestus carnalis concupiscentiae
 3 penitus ualeant consopiri. haec est igitur nobis prima contentio,
 haec nostra uelut in Olympiacis certaminibus prima probatio,
 gulae uentrisque concupiscentiam desiderio perfectionis extin-
 guere. ob quod ciborum non solum superfluous adpetitus uir- 15
 tutum contemplatione calcandus, sed etiam ipsi naturae neces-
 sarius, tamquam castitati contrarius, non sine cordis anxietate
 sumendus est. et ita demum uitae nostrae instituendus est
 cursus, ut nullum magis sit tempus, quo sentiamus nos a
 spiritalibus studiis auocari, quam quo descendere ad necessariam 20
 4 corporis curam eius fragilitate compellimur. cumque ad hanc
 necessitate submittimur, usui potius uitae quam mentis desi-
 derio famulantes quantocius ab ea, uelut a salutaribus nos
 studiis retrahente, subtrahi festinemus. nequaquam enim pote- 25
 rimus escarum praesentium spernere uoluptates, nisi mens con-
 templationi diuinae defixa amore uirtutum potius et pulchritudine

7] cf. Dan. 3, 6.

1 iucunditati *H*: iocunditati *AGLT* 2 uices *L*¹ 3 eam *om. L*

4 conpunctionem *L*¹ 5 fotu] fotu carnis *H* 6 retundimus *LT* 7 ^a rege *H*
 babylonio *A* 8 sumministrante *AL*² sumministrantes *L*¹ naphthae *GL*
 nabthae *H* 9 exuremur *H*¹ exurimur *H*²*L* 10 sp̄u** *H* spiritum?
 12 consopinari *H*¹*T*¹ 13 haec est *H* uelud *H* ueluti *L* olimpiacis *HT*
 14 profectionis *G*¹ 15 uirtutem *H*¹ 17 castitatis *L*¹ anxietate *H*
 19 ab *L* 20 reuocari *A* euocari *T* quod descendere *A* condiscendere *H*¹
 cum descendere *H*² 22 neccssitate *GL*¹*T*¹: necessitatem *AHL*²*T*²*v* sum-
 mittimur *A* submittitur *H*¹*T* 23 quantotius *AGH*²*L* quamtotius *H*¹
 24 pertrahente *H* retrahentes *LT* abstrahi *A* 25 uoluntates *H*¹
 26 pulchritudinem *L*¹

caelestium delectetur. et ita quis uelut caduca despiciet uniuersa praesentia, cum ad ea quae immobilia sunt et aeterna inseparabiliter defixerit mentis obtutum, adhuc in carne positus futurae conmorationis beatitudinem iam corde contemplans.

5 XV. Uelut si quis inmania uirtutum praemia in sublimi quibusdam paruis indiciis designata perspicacissimis oculorum obtutibus cum teli directione tendentibus ferire festinet, sciens immensam gloriae palmam et remunerationis praemia in eorum confixione consistere, oculorum aciem ab omni intuitu auertens
10 illuc dirigat necesse est, ubi summam remunerationis et praemii perspicit conlocatam, amissurus procul dubio peritiae palmam et remunerationem uirtutis, si quantulumcumque contemplationis eius acies deuiarit.

XVI. Itaque uentris et gulae concupiscentia hoc intuitu superata nec serui carnis nec infames uictorum nota pronuntiati
15 uelut in Olympiacis disciplinis iudicabimur superiorum quoque certaminum digni esse conflictu, praemissisque huiusmodi documentis spiritalibus quoque nequitiis congregari posse credemur, quae non nisi uictoribus tantum et his, qui merentur
20 in spiritali agone contendere, concertare dignantur. illud enim est cunctorum luctaminum uelut quoddam solidissimum fundamentum, ut primitus carnalium desideriorum incentiua perimantur. nam nullus carne propria non deuicta legitime decertare poterit, et qui legitime non decertat, sine dubio nec
25 in agone configere nec coronae gloriae gratia poterit promereri. quodsi hoc fuerimus superati certamine, uelut serui 2 carnalis concupiscentiae conprobati et per hoc nec libertatis

1 delectetur . . . pag. 94, 5 adpraehendat nisi hu extant in C dispiciat H
3 inseperab. H 4 con(com)-memorationis CG¹L¹ comtemplans L
5 XIII H uelut . . . prae euan. in C si om. A 7 tali L¹ directione G¹ 8 immensae C 9 uertens A aduertens L¹ 10 illud L¹
11 amissurus H 13 ei H deuiarit CGH: deuiauerit ALTv 14 XV H itaque . . . concupiscentia euan. in C 16 olimpiacis H iudicabitur L¹
17 praemissisque H 18 credimur CGH¹LT 20 in om. GHT: cf. infra u. 25 et cap. 12, 1 illud A 22 desideriorum] passionum A perimantur L¹ 24 certare AH quia AG¹H¹LS¹ 25 coronam gloriae A: cf. VI, 7, 2 gratia L¹ 26 promereri] obtinere H¹ obtinere H²LT

nec roboris insignia praeferentes a spiritalium congressionum conflictu ut indigni seruique non sine confusionis nota protinus repellemur (omnis enim qui facit peccatum seruus est peccati), diciturque nobis per beatum apostolum cum his, inter quos fornicatio nominatur: temptatio uos non adprehendit nisi humana. non enim merebimur mentis robore non quaesito grauiore pugnas nequitiarum caelestium experiri, qui carnem fragilem resistentem spiritui nostro subiugare non quiuimus. quod apostoli testimonium non intellegentes quidam posuerunt pro indicatiu optatum modum, id est: temptatio uos non adprehendat nisi humana, quod ab ipso dici manifestum est non optantis, sed pronuntiantis uel exprobrantis affectu.

XVII. Uis audire uerum athletam Christi legitimo agonis iure certantem? ego, inquit, sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aërem uerberans, sed castigo corpus meum et seruituti subicio, ne aliis praedicans ipse reprobus efficiar. uides ut in semet ipso, id est in carne sua conluctationum summam uelut in base quadam firmissima statuerit et prouentum pugnae in sola castigatione carnis et subiectione sui corporis conlocarit? ego itaque sic curro non quasi in incertum. non currit in incertum, quia caelestem Hierusalem conspiciens defixum habet, quo sibi cordis sui inflexibilis sit dirigenda pernicitas. non currit in incertum, quia obliuiscens posteriora ad ea quae in priora sunt extendit se, ad destinatum persequens, ad

3] Ioh. 8, 34. 5] I Cor. 10, 13. 14] I Cor. 9, 26—27. 24] Phil. 3, 13—14.

1 roboris *A* ab *L* ac *H* congressione *L* 2 conflictu *A*² 3 repellimur *GHL* 4 diciturque *codd.* 5 temptatio *H* adprehendat *CL*¹ 6 merebimur *G²S*: meremur *AG¹HLL* robore *A* non quaesito *scripsi*: conquisito *H*¹ conquisito *rell. v* 8 nostro *om. L* 9 testimonio *L*¹ 10 indicatiuū *L*¹ 11 manifestius *L* 12 obtantis *H* 13 XVI *H* athletam *H*¹ adletham *L* agone *A* 14 inquit sic . . . *pag. 95, 6* deuotione infatigabi *desunt in A* inquit *H*¹ 17 uidens *L*¹ 18 conluctationem *L* 19 firmissa *L*¹ 20 castigatio *H*¹ conlocarit *GT*: conlocauerit *HL* ego] ego inquit *H* 21 currit] curro *L*¹ 23 perspicacitas *H* pertinacitas *L* 24 quia *H*: qui *GLTv* 25 in priora *SH¹T*: priora *GH²Lv et Uulg.* destinatum *H*¹ adbradium *H*¹

brauium supernae uocationis dei in Christo Iesu. quo
 semper dirigens suae mentis obtutum et ad eum omni cordis
 properatione festinans cum fiducia proclamabat: bonum agonem
 certauī, cursum consummaui, fidem seruauī. et quia
 5 se nouerat post odorem unguentorum Christi praepeti con-
 scientiae deuotione infatigabiliter cucurrisse et spiritalis agonis
 certamen carnis castigatione uicisse, cum fiducia infert et dicit:
 de cetero reposita est mihi iustitiae corona, quam
 reddet mihi dominus in illa die; iustus iudex. et ut 3
 10 nobis quoque similem spem retributionis aperiret, si in agone
 cursus istius imitari eum uelimus, adiecit: non solum autem
 mihi, sed et omnibus qui diligunt aduentum eius,
 participes nos coronae suae in die iudicii fore pronuntians, si
 diligentes aduentum Christi, non illum tantum, qui etiam no-
 15 lentibus apparebit, sed etiam hunc, qui cotidie in sanctis
 comseat animabus, uictoriam certaminis castigatione corporis
 adquiramus. de quo aduentu dominus in euangelio: ego, inquit,
 et pater meus ueniemus ad eum et mansionem apud
 eum faciemus, et iterum: ecce sto ad ostium et pulso:
 20 si quis audierit uocem meam et aperuerit ianuam,
 introibo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum.

XVIII. Nec tamen agonem cursus tantummodo se con-
 summasse describit, cum dicit: sic curro non quasi in in-
 certum (quod specialiter refertur ad intentionem mentis et
 25 feruorem spiritus sui, quo toto Christum sequebatur ardore,
 cum sponsa decantans: post te in odorem unguentorum
 tuorum currimus, et iterum: adhaesit anima mea post

3] II Tim. 4, 7. 5] Cant. 1, 3. 8] II Tim. 4, 8. 11] l. c.
 17] Ioh. 14, 23. 19] Apoc. 3, 20. 23] I Cor. 9, 26. 26] Cant. 1, 3.
 27] Ps. 62, 9.

1 quod *L*¹ 5 perpeti *H* 7 fiducia *H* et dicit *om. H* 8 corona
 iustitiae *HLv et Uulg. cf. Conl. XXII, 15, 3* 9 ut & *H*¹ 11 uel-
 limus *G*¹ uellimus & *H*¹ uellemus *H*² 13 particeps *H*¹ suae co-
 ronae *L* 14 illud *G*¹ 15 etiam *om. A* 17 inquit *AH* 18 apud *A* 19 sto]
 ego sto *H* 21 illo *GHLT*: ipso *A* 22 XVII *H* agonum *G*² 25 qui *H*
 totum *L*¹ 26 poste *H* odore *L*¹ unguentorum *AL* 27 curremus *L*^{1v}
et Uulg.

te), sed etiam aliud conluctationis genus se uicisse testatur
 dicens: sic pugno non quasi aërem uerberans, sed castigo
 corpus meum et seruituti subicio, quod proprie ad
 continentiae dolores et corporale ieiunium atque adflictionem
 carnis pertinet, per hanc se pugilem quendam strenuum suae
 carnis esse describens nec in uanum aduersus eam ictus con-
 tinentiae exercuisse designans, sed triumphum pugnae mortifi-
 catione sui corporis adquisisse: quo uerberibus continentiae
 castigato et ieiuniorum caestibus eliso uictori spiritui immor-
 talitatis coronam et incorruptionis contulit palmam. uides
 legitimum conluctationis ordinem et spiritalium certaminum
 contemplaris euentum, quemadmodum athleta Christi adeptus
 de rebellatrice carne uictoriam subiecta illa quodammodo pedibus
 suis ut sublimis triumphator inuehitur. et ideireo non currit
 in incertum, quia confidebat urbem sanctam Hierusalem
 caelestem se protinus ingressurum. sic pugnat, ieiuniis scilicet
 et adflictione carnali, non quasi aërem uerberans,
 id est in uanum ictus continentiae porrigens, per quos non
 aërem uacuum, sed illos spiritus qui in eo uersantur castigatione
 sui corporis uerberabat. qui enim dicit non quasi aërem
 uerberans, ostendit se, tametsi non aërem uacuum et inanem,
 aliquos tamen in aëre uerberare. et quia haec certaminum
 genera superarat et ditatus multarum coronarum stipendiis
 incedebat, non inmerito robustiorum incipit hostium subire
 luctamina, ac prioribus aemulis triumphatis cum fiducia pro-
 clamat et dicit: iam non est nobis conluctatio aduersus

2] I Cor. 9, 26—27. 26] Eph. 6, 12.

1 aliut *A* genere *H*² 4 doloris et corporalem *L*¹ 5 penitet *L*
 pugillum *H*¹ 6 eas *A* 7 exercuisse se *A* 8 exquisisise *H* 9 casti-
 gatione (*om.* et) *H* cestibus *A* gressibus *H* uictoris *L*¹ 10 incor-
 ruptiones *H*¹ uidens *L*¹ 12 quemadmodum] quem *A* anthleta *H*
 13 rebellatrici *H* bellatrice *L*¹ uictoriam] uict. uitiorum *H* subiectam
 illā *L* illa subiecta *AH* sub pedibus *L* 14 triumphatur *H*¹ 15 conside-
 rabat *A* \overline{ilm} *A* 16 scilicet ieiuniis *L* 18 in] non in *H* 20 aeram *H*¹
 22 aera *H* ^P haec *H* certaminum genera *GHLT*: certamina *A*
 23 superauerat *H* superat *L*¹ 24 incedebat *H*¹ hostium incipit *H*
 25 triumphantis *H*¹

carnem et sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus.

XVIII. Athletae Christi in corpore commoranti numquam
 5 defit conluctationum palma, sed quanto magis triumphorum
 successibus creuerit, tanto ei etiam conluctationum robustior
 ordo succedit. subiugata etenim carne atque deuicta quantae
 aduersariorum cohortes, quanta hostium agmina aduersus uic-
 torem militem Christi triumphis eius instigata consurgunt,
 10 scilicet ne pacis otio miles Christi lentescens incipiat obliuisci
 conluctationum suarum gloriosa certamina, ac securitatis inertia
 dissolutus praemiorum stipendiis ac triumphorum meritis de-
 fraudetur. itaque si ad hos triumphorum gradus cupimus 2
 crescente uirtute conscendere, eodem quoque nos ordine oportet
 15 proeliorum inire certamina et primum cum apostolo dicere: sic
 pugno non quasi aërem uerberans, sed castigo corpus
 meum et seruituti subicio, ut hoc conflictu superato rursus
 dicere cum eo possimus: non est nobis conluctatio aduer-
 sus carnem et sanguinem, sed aduersus principatus,
 20 aduersus potestates, aduersus mundi rectores tenebra-
 rum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus.
 aliter enim congregari illis nullo modo poterimus, nec spirita-
 les pugnas merebimur experiri carnali deiecti conflictu et conlucta-
 tione uentris elisi, meritoque nobis ab apostolo cum exprobratione
 25 dicetur: temptatio uos non adprehendit nisi humana.

XX. Igitur monachus ad pugnas interiorum certaminum cu-
 piens peruenire hanc in primis cautionem sibimet indicat, ut

15] I Cor. 9, 26—27. 18] Eph. 6, 12. 25] I Cor. 10, 13.

1 aduersus potestates] et potestates *A et Uulg.* 3 nequitia *L*¹
 4 XVIII *H* athleta *G*¹*L*¹ anthletae *H* 7 succedet *H* etenim *G*²*S**H**L**L**T*:
 enim *AG*¹ (*in quo* et *s, l.*) addicta quanto *A* 8 tanta *A* 10 paucis *G*¹
 lentescens *AH*² ditescens *L*¹ 13 hoc *L*¹ 14 nos quoque *AHTv* pre-
 miorum (*sic*) oportet *L* 15 certamina *G*¹ 16 pugna *H*¹ 17 rursus
ALTv 18 possumus *H*¹ 20 potestates et aduersus *H* 21 nequitia *HL*¹
 24 merito* (*q; eras.*) *L* cum exprobratione ab apostolo *A* 25 dicetur
*AG*¹: dicitur *G*²*H**S**T* dici*tur (*it in ras.*) *L* 26 XVIII *H* 27 cautionem
 in primis *HT* sibimet cautionem *Ar*

non potus quicquam, non esus ulla oblectatione deuictus ante stationem legitimam communemque refectionis horam extra mensam percipere sibimet prorsus indulgeat, sed ne refectione quidem transacta ex his praesumere sibi quantulumcumque permittat, similiter quoque canonicum somni tempus mensuramque custodiat. eodem namque studio istae sunt mentis amputandae lasciuiae, quo meretricationis uitium desecandum. qui enim gulae superfluos adpetitus inhibere non potuit, quomodo aestus carnalis concupiscentiae ualebit extinguere? et qui non quieuit passiones in propatulo sitas paruasque conpescere, quemadmodum occultas nulloque hominum teste prurientes moderatrice discretione poterit debellare? et ideo per singulos motus et in quolibet desiderio robor animae conprobatur: quae si in minimis apertisque cupiditatibus superatur, quid in maximis ac fortioribus occultisque sustineat, unicuique sua conscientia testis est.

XXI. Non enim nobis est aduersarius extrinsecus formidandus: in nobismet ipsis hostis inclusus est, intestinum nobis cotidie geritur bellum. deuicto eo omnia quae forinsecus sunt reddentur infirma ac militi Christi uniuersa pacata erunt et subdita. non habebimus aduersarium nobis extrinsecus metuendum, si ea quae intra nos sunt spiritui deuicta subdantur, nec solum nobis istud ieiunium uisibilem ciborum ad perfectionem cordis et corporis puritatem sufficere posse credamus, nisi fuerit huic animae quoque ieiunium copulatum. habet namque et illa suos noxios cibos, quibus inpinguata etiam sine escarum abundantia ad luxuriae praerupta deuoluitur. detractatio cibus est eius, et quidem persuauis. ira etiam cibus est eius, licet minime lenis, ad horam tamen infelici eam esu pascens ac pariter

1 non esus non potus quicquam *H* ante stationem *om.* *A* 5 permittit *L*¹ post permittat in *H* cap. XX incipit somni *AG* (sed in *A* *eras.*): omne *HLT* 6 custodiat *H* istae sunt *GHT*: istae *A* haec est *L* 7 anputandae *A* amputanda lasciuia *L* meritricat. *H*¹ 10 quieuit *L*¹ 11 quemammodum *L* teste in corde *H* 13 robor *G*¹*H* 15 ac] et *A* 16 conscientia sua *A* 17 non distinguit *H* 20 pacata, prima a in *ras.* *HL* sunt *H* 22 nos *om.* *H* 24 puritatem corporis *H* 26 habundantia *H* 27 luxoriae *G*¹*H*¹ diuoluitur *A* detractio *HLT**v* 28 equidem *L* etiam *om.* *A*: cf. VIII, 15. VIII, 9. X, 2, 1 29 et ad *H*

letali sapore prosteruens. inuidia cibus est mentis, uirulentis
 eam sucis corrumpens et prosperitate alieni successus iugiter
 miseram exeruciare non desinens. cenodoxia, id est uana 3
 gloria, cibus est eius, qui delectabili eam esca permulcet ad
 5 tempus, post uero uacuum omnique uirtute spoliata reddidit
 ac nudam, cunctis eam spiritalibus fractibus sterilem inanemque
 dimittens, ita ut non solum inmanium laborum faciat merita
 deperire, uerum etiam supplicia maiora conquirat. omnis con-
 cupiscentia et peruagatio cordis instabilis pastus quidam est
 10 animae, noxiis escis eam nutriens, expertem uero caelestis
 panis ac solidi cibi in posterum derelinquens. ab his itaque, 4
 quanta nobis est uirtus, sacratissimo ieiunio continentes utilem
 habebimus commodamque obseruantiam ieiunii corporalis. labor
 enim carnalis spiritus contritioni coniunctus acceptissimum deo
 15 sacrificium dignumque sanctitatis habitaculum puris mundisque
 recessibus exhibebit. ceterum si corporaliter ieiunantes perni-
 ciosissimis animae uitii implicemur, nihil nobis proderit carnalis
 afflictio pretiosiore parte pollutis, per eam scilicet substantiam
 delinquentibus nobis, qua efficimur habitaculum spiritus sancti.
 20 non enim tam corruptibilis caro quam cor mundum habita- 5
 culum deo templumque spiritus sancti perficitur. oportet ergo
 exteriore homine ieiunante interiorem quoque similiter cibus
 noxiis temperare, quem praecipue exhiberi mundum deo, ut
 hospitem in se Christum recipere mereatur, beatus apostolus
 25 monet his uerbis: in interiorem, inquit, hominem habi-
 tare Christum per fidem in cordibus uestris.

25] Eph. 3, 16—17.

1 letalis opere *H* 3 desinit *H* coenod. *G* 4 tabili eam esca . . .
 pag. 100, 11 beatus Iob extant in *C* 5 expoliata *L* 6 cunctisque *H*
 7 demittens *C* inanium *C* faciet *H*¹ 9 quidem *L* 10 eam escis *A*
 11 panis *om.* *A* 14 contri**tioni (ti *eras.*) *A* 16 secessibus *L*¹ 18 prae-
 tiosiori *H* pollutus *G*¹*H*¹ polluta *H*^{2r} 19 quae efficitur *A* 20 non
 enim . . . 21 spiritus sancti *om.* *C* corruptibilis] corporalis *A* 21 perfici-
 tur (t *in ras. m.* 2) *L* efficitur *Av* 22 exteriorem hominē ieiunantē *L*
 ieiunantes *C* interiore *CA* cibus *L*: cibus uel cibus *C* a cibus *AGHTv*
cf. cap. 8 et 22 23 exhibere *H* 25 in *om.* *STc* uerbis inquit in
 interiori homine *A* (*Cassianus uel ea translatio quam sequitur uerba εἰς
 τὸν ἕσω ἀνθρώπων iunxit cum sequentibus*) 26 nostris *AS*²*T*

XXII. Nouerimus itaque nos idcirco laborem continentiae corporalis inpendere, ut ad puritatem cordis hoc possimus ieiunio peruenire. ceterum labor nobis inpenditur in cassum, si hunc quidem contemplatione finis infatigabiliter sustentemus, finem uero, propter quem tolerauimus afflictiones tantas, ob-
 tinere nequeamus, meliusque fuit interdictis escis animae temperasse quam uoluntariis minusque noxiis corporaliter ieiunasse. in his enim simplex et innoxia creaturae dei perceptio est, nihil per semet ipsam habens peccati, in illo uero primitus fratrum perniciose deuoratio, de qua dicitur: noli diligere detrahere, ne eradiceris. et de ira atque inuidia beatus Iob: etenim stultum interficit iracundia, et paruulum occidit inuidia. simulque notandum, quod qui irascitur stultus, et qui inuidet paruulus iudicetur. ille namque non inmerito stultus pronuntiatur, uoluntarie sibi mortem irae stimulis incitatus inducens, et hic, dum liuet, paruulum minoremque se probat. dum enim inuidet, testatur maiorem esse eum, cuius prosperitate cruciatur.

XXIII. Igitur eligendus est cibus non tantum qui concupiscentiae flagrantis aestus temperet minusque succendat, uerum etiam qui ad parandum sit facilis et quem ad coëmendum oportuniorem uilioris pretii compendium praestet quique sit conuersationi fratrum usuique communis. triplex enim natura est gastrimargiae, una quae canonicam refectionis horam praeueniri compellit, alia quae tantummodo uentris ingluuie et saturitate quarumlibet gaudet escarum, tertia quae accuratioribus epulis

10] Prou. 20, 13 (LXX). 11] Iob 5, 2.

1 XXI *H* nouerimus . . . laborem *cuan. in C* 2 possumus *H*¹ 3 a nobis *Lv* inpendetur *AG*¹ incassu *C* 4 contemplationis fine *C* 5 afflictiones . . . nequeamus *om. L* optinere *A* 6 non queamus *H* 8 nihil] nec *A* 9 peccati] aliquid peccati *A* illo *CAL*¹: illo est *H* illa *GL*²*Tv* 10 pernit. *L* 11 iob inquit *G* iob ait *H* 12 ira *A* 13 stultus est et *H* 14 inuidit *H* 16 indicens *A* hinc *H*¹*T* libet *G*¹*H*¹*LT* probat illius cuius prosperitate *A*, *mediis omissis* 17 inuidit *H*¹ esse eum *GLT*: eum esse *S* esse *H* 19 XXII *H* elegendus *H*¹ 20 flagrantis *AGST*: flagrantes *HL cf. 11, 1* 21 sit *om. H* ad quem *A* 22 praeti *H* sit *om. L* 23 communus *H*¹ est natura *G* 24 castrimargiae *L*¹ praeuenire *G*²*SHTv* 25 tantum *A* inglubie *H* 26 adcuratioribus *L*¹ accuratioribus *H*¹

et esculentioribus oblectatur. ideoque aduersus eam necesse
 est monachum obseruantiam triplicem custodire, id est ut
 primum legitimum tempus absolutionis expectet, deinde ut
 castigatis, tertio ut qualibuscumque escis uilioribusque con-
 5 tentus sit. quidquid autem extra consuetudinem praesumitur 2
 usumque communem, ut uanitatis et gloriae atque ostentationis
 morbo pollutum antiquissima patrum traditio notat. nec quem-
 quam ex his, quos merito scientiae ac discretionis enituisse
 peruidimus uel quos ad imitandum gratia Christi uelut splen-
 10 didissima luminaria omnibus praelocauit, esu panis, qui apud
 eos uilis habetur ac facilis, abstinuisse cognouimus, nec eorum
 quempiam, qui hanc regulam declinantes praetermisso panis
 usu leguminum uel holerum seu pomorum refectionem sectati
 sunt, inter probatissimos habitum aliquando conspeximus, sed
 15 ne discretionis quidem aut scientiae gratiam consecutum. non 3
 solum enim ceteris inusitatas escas expetere monachum non
 debere decernunt, ne uidelicet cursus eius uelut in propatulo
 cunctis expositus inanis factus ac uacuis cenodoxiae morbo
 depereat, sed ne ipsam quidem ieiuniorum castigationem com-
 20 munem cuiquam facile patefieri oportere pronuntiant, uerum
 quantum fieri potest contegi pariter et abscondi. aduentantibus
 autem fratribus magis humanitatis ac dilectionis offerri debere
 uirtutem, quam continentiae districtiorem et cotidiani propositi
 rigorem manifestari probabilius censuerunt, nec quid uoluntas
 25 utilitasque nostra seu desiderii ardor exposcat attendere, sed
 quod aduenientis requies uel infirmitas exigit praeponere et
 gratanter implere.

XXIII. Cum de Syriae partibus seniorum scita discere cu-
 pientes Aegypti prouinciam petissemus ibique tanta cordis ala-

1 excolentioribus *AL*¹ 3 absolutionis tempus *A* expectet *H* 4 escis
om. A contentis *G*¹ 5 quicquid *AH²L* autem] enim *Ar: om. T* con-
 sinitudinem *A*¹ 6 uanitatis et] nanae *Hr* 10 apud *A* 11 habeatur *G*¹
 b
 habeatur *H* sustinuisse *L* 12 praetermissos panes *L*¹ 13 refectione *L*
 17 uidelicet *A* 18 coenodoxiae *GH* cenod. *L* 19 quidem *AG*: quo-
 que *HLLv* 20 uerum] sed *A* 22 autem] duces *A* humilitatis *A*
 23 districtiorem *G*¹ praepositi *L* 28 XXIII *H* siriae *G¹H*
 29 aegyptii *H* prouinciam *L* petissemus *H*¹ ubique *L*

critate nos suscipi miraremur. ut nulla prorsus, sicut fueramus
 in Palaestinae monasteriis instituti, usque ad praestitutam ie-
 iunii horam refectionis regula seruaretur, sed absque legitimis
 quartae sextaeque feriae, quocumque perrexissemus, cotidiana
 statio solueretur, quidam seniorum percontantibus nobis, cur 5
 ita indifferenter apud eos praeterirentur cotidiana ieiunia, re-
 spondit: ieiunium semper est mecum, uos autem continuo di-
 missurus mecum iugiter tenere non potero. et ieiunium, licet
 utile sit ac necessarium, tamen uoluntarii muneris est oblatio,
 opus autem caritatis impleri exigit praecepti necessitas. itaque 10
 suscipiens in uobis Christum reficere eum debeo, deducens
 autem uos humanitatem eius obtentu praebitam districtiore
 ieiunio in memet potero coupensare. non enim possunt filii
 sponsi ieiunare, donec cum illis est sponsus: cum
 autem discesserit, tunc licito ieiunabunt. 15

XXV. Quidam seniorum, cum reficientem me ut adhuc pau-
 lulum quid ederem hortaretur, iamque me dixissem non posse,
 respondit: ego iam sexies diuersis aduenientibus fratribus mensam
 posui hortansque singulos cum omnibus cibum sumpsi, et adhuc
 esurio, et tu primitus nunc reficiens iam te dicis non posse? 20

XXVI. Uidimus alium in solitudine commorantem, qui num-
 quam se soli sibi cibum indulsisse testatus est, sed etiam si
 per totos quinque dies ad eius cellam nullus e fratribus ad-
 uenisset, refectionem iugiter distulisse, donec sabbatorum uel
 dominico die deuotae congregationis obtentu procedens ad eccle- 25

11] cf. Matth. 10, 40. 13] Matth. 9, 15.

2 palestinae *codd.* 3 regulã *L*¹ 4 perreximus *H* 5 percontan-
 tibus *AGS*²: percunctantibus *S¹HL* 6 indifferenter *H*¹ aput *A* 7 me-
 cum est *A* dimissuros *L*¹ 9 uoluntati *G*¹ 10 implere *H* impleri
rell. 12 autem *om. H* uos deducere eum debeo humanitatem *A* hu-
 manitatis *H* eius *om. H*¹ districtione *G*¹ districtiori *G*² distric-
 tionem ieiunii *H* 13 mimet *H*¹ memet ipso *Lv* filii *G*¹ 14 iugere
H cum Uulg. 15 ieiunabunt *GHLv*: ieiunabo *AST* 16 XXIII *H*
 reficiente *L* paulolum *G*¹ 17 dixisse *G*¹ dixisse non possem *L*¹ 19 ad-
 posui *L* sumsi *A* 21 XXV *H* et alium *H* 22 solo (*o alt. in ras.*) *L*
 cibum sibi* *L* indulsisse cibum *H* 23 totus *H*¹ 24 detulisse *H*¹
 sabbato *G¹Lc* 25 dominica *L* deuote defectae *H* ecclesiam *A*

siam peregrinorum quempiam repperisset, quem exinde reducens ad cellam consorte eo refectionem corpori non tam suae necessitatis obtentu quam humanitatis gratia causaque fratris adsumeret. itaque ut norunt aduentu fratrum indifferenter
 5 soluere cotidiana ieiunia, ita discedentibus eis refectionem ob illos indultam continentia maiore compensant, perceptionem cibi paruissimi acriore castigatione nec sola panis, sed etiam somni ipsius deminutione durius exigentes.

XXVII. Apud senem Paesium in heremo uastissima com-
 10 morantem cum senex Iohannes magno coenobio ac multitudini fratrum praepositus aduenisset, et ab eodem uelut antiquissimo sodali perquireret, quidnam per omnes quadraginta annos, quibus ab eodem separatus in solitudine minime a fratribus interpellatus est, egisset, numquam me sol, ait, reficientem
 15 uidit. et ille, nec me, inquit, iratum.

XXVIII. Eundem senem cum alacrem tamquam ad propria transmigrantem in extremo iam anhelitu positum anxii fratres circumuallantes suppliciter precarentur, ut aliquod eis memoriale mandatum uelut hereditarium quoddam legatum relinqueret,
 20 per quod possent ad perfectionis culmen praecepti compendio facilius peruenire, ingemescens ille: numquam, ait, meam feci uoluntatem nec quemquam docui quod prius ipse non feci.

XXVIII. Uidimus senem Macheten nomine a turbis fratrum eminus commorantem hanc a domino gratiam diuturnis pre-
 25 cibus inpetrasse, ut, quotquot diebus ac noctibus agigaretur conlatio spiritalis, numquam somni torpore penitus laxaretur. si quis uero detractationis uerbum seu otiosum temptasset

1 repperisset *L* 2 cellulam *Gv* corpori *AGT*: corporis *HLv* 4 aduentus *L*¹ in aduentu *Av* 5 discedentibus *L*¹ 6 maiori *H* 7 paruissimi cibi *A* acriori *H* 8 summa *H* diminutione *GH* 9 XXVI *H* apud *A* paesium *H* pelusium *L* 10 iohannis *H*¹ coenobio *H*¹ multitudine *H*¹ 12 sodale *v* 13 seperatus *L*¹ separatus \tilde{e} *G*² 14 est *H*: *om.* *AGLv* 15 inquit *A* 16 XXVII *H* 17 in *om.* *A* anxii *H* 20 possint *G* 21 ingemescens *SL*¹: ingemiscens *AGHL*^{2v} ait numquam *L* 22 quicquam *H*² ipse prius non fecerim *L* 23 XXVIII *H* macheten *A*: machetem *GHTv* macentem *L* 24 commanentem *A* 25 quodquod *AH*¹ ageretur *L* 26 laxaretur *H*¹ 27 uero quis *A* detractationis *AG*¹*H*¹: detrectationis *H*² detractationis *G*²*LTv*

inferre, in somnum protinus concidebat, ac ne usque ad aurium quidem eius pollutionem uirus obloquii poterat peruenire.

XXX. Hic idem senex cum institueret nos neminem diiudicare debere, intulit tria fuisse in quibus discussertit uel reprehenderit fratres, quod scilicet uuam sibi nonnulli paterentur abscidi, quod haberent in cellulis sagum, quod oleum benedicientes exposcentibus saecularibus darent, et haec omnia se incurrisse dicebat. nam aegritudinem uuae contrahens tamdiu, inquit, eius languore distabui, donec tam doloris necessitate quam seniorum omnium adhortatione compulsus abscidi eam permitterem. cuius etiam infirmitatis obtentu sagum quoque habere coactus sum. oleum etiam benedicere ac supplicantibus dare, quod prae omnibus execrabar, utpote iudicans illud ex magna cordis praesumptione descendere, circumdantibus me repente saecularibus multis ita constrictus sum, ut alias eos euadere nullatenus possem, nisi a me summa ui et obtestationibus extorsissent, ut oblato ab eis uasculo manum meam inpresso crucis signaculo superponerem: itaque se credentes benedictionis oleum consecutos tandem me aliquando relaxarunt. quibus mihi manifeste conpertum est isdem causis ac utiis monachum obligari, in quibus de aliis iudicare praesumpserit. oportet enim unumquemque semet ipsum tantummodo iudicare et circumspecte cauteque in omnibus custodire, non aliorum conuersationem uitamque discutere, secundum illud apostoli praeceptum: tu autem quid iudicas fratrem tuum? suo domino stat aut cadit, et: nolite iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. praeter hanc enim quam diximus causam etiam ob hoc iudicare de aliis periculosum est, quod ignorantes uel necessitatem uel

25] Rom. 14, 10 et 4. 26] Matth. 7, 1—2.

1 somnium *H*¹ 3 XXVIII] *H* instrueret *A* instituerit *H*¹ mineum diiudicare . . . §. 2 saecularibus multis *desunt in A* deiudicare *H*¹ 7 et in haec *HLT* 9 inquit *G*¹*H* 11 huius *H* optentu *L* 13 exsecrabar *L* utpute *GH*¹*L*¹ 14 descendere *H*¹ 15 nullatenus euadere *Hv* 16 possim *AGH*¹ 17 inpraeso *H* 19 me *om. A* relaxerunt *H*¹ 20 isdem *G*²*L*: hisdem *rell.* 21 implicari *A* 24 illut *A* 25 autem quis es qui iudicas *L* 27 iudicabimini] iudicabitur de uobis *H* 28 iudicare ob hoc *H*

rationem, qua illi haec in quibus offendimus aut recte coram deo aut ueniabiliter agunt, inuenimur eos temere iudicasse et per hoc admittimus non leue peccatum, secus quam oportet de nostris fratribus aliquid sentientes.

5 XXXI. Hic idem senex otiosarum fabularum diabolum esse fau-
torem ac spiritalium conlationum inpugnatorem semper existere
his declarauit indicis. nam cum fratribus quibusdam de rebus
necessariis ac spiritalibus disputaret, eosque uideret Lethaeo
quodam sopore demergi nec posse ab oculis suis pondus somni
10 depellere, otiosam repente fabulam introduxit. ad cuius oblecta-
tionem cum eos euigilasse confestim atque erectas aures suas ha-
bere uidisset, ingemescens ait: nunc usque de rebus caelestibus
loquebamur, et omnium uestrum oculi letali dormitione de-
primebantur: at cum otiosa fabula intromissa est, omnes ex-
15 pergefacti torporem somni dominantis excussimus. uel ex hoc
ergo perpendite, quisnam conlationis illius spiritalis fuerit in-
pugnator aut quis huius infructuosae atque carnalis insinuator
existat. ille etenim esse manifestissimeprehenditur, qui
malis adgaudens uel istam fonere uel illam inpugnare non
20 desinit.

XXXII. Nec minus hoc quoque opus fratris erga puritatem
sui cordis intenti et erga contemplationem diuinam ualde sol-
liciti commemorari necessarium reor. qui, cum ei post annos
quindecim patris ac matris amicorumque multorum de prouincia
25 Ponti conplures epistulae delatae fuissent, accipiens grandem
fasciculum litterarum diuque apud semet ipsum uoluens: quan-
tarum, inquit, cogitationum causa erit mihi harum lectio, quae

2 dño *H* uenialiter *Lv* 4 sentiendum *L* 5 XXX *H* diabulum *H*¹
6 expugnatorem *L* existere *G²HL²* 8 disputare *L* letheo *codd.*
9 quoddam *L*¹ demergi *L* 10 huius *H* 11 erectas ceruices aures *H*
12 ingemescens *AGHL^{2v} (non S)* huc usque *A* 13 dormitione *HT^r*
depremebantur *A* depraeuebantur *H*¹ 15 somnii dominantes *L*¹ dormi-
tantes *H* 16 quis *H* spiritalis *om. A* 18 existat *G²HL* etenim
GLv: enim *AHT* 20 desinet *AG*¹ 21 XXXI *H* quoque hoc *L*^{1v}
quoque (hoc eras.) *L*² 23 commemorare *s. l. L, et c* 24 prouintia *L*
25 pontico (o altera in a mutat.) plures *H* cūplures *L*¹ epistolae
G²HL 26 apud *A* 27 inquit *AH*

me uel ad inane gaudium uel ad tristitias infructuosas in-
 2 pellent. quot diebus horum recordatione qui scripserunt in-
 tentionem pectoris mei a proposita contemplatione reuocabunt.
 post quantum temporis digerenda est haec mentis concepta
 confusio quantoque labore rursus iste tranquillitatis reparandus 5
 est status, si semel animus litterarum permotus affectu eorumque
 recensendo sermones ac uultus, quos tanto tempore dereli-
 quit, iterum eos reuisere ipsisque cohabitare animo ac mente
 coeperit interesse. quos profecto corporaliter deservisse nihil
 proderit, si corde eos incipiat intueri ac memoriam, quam 10
 saeculo huic renuntians quisque uelut mortuus abdicauit, re-
 3 uiuiscens eidem rursus admiserit. haec uoluens in suo pectore
 non solum nullam resolvere epistulam definiuit, sed ne ipsum
 quidem fasciculum resignare, ne scilicet eorum qui scripserant uel
 nomina recensendo uel uultus recordando a spiritus sui inten- 15
 tione cessaret. itaque, ut eum constrictum susceperat, igni tradi-
 dit concremandum: ite, inquam, cogitationes patriae, pariter con-
 cremamini nec me ulterius ad illa quae fugi reuocare temptetis.

XXXIII. Uidimus etiam abbatem Theodorum, summa sanc-
 titate et scientia praeditum non solum in actuali uita, sed 20
 etiam notitia scripturarum, quam ei non tam studium lectio-
 nis uel litteratura mundi contulerat quam sola puritas cor-
 dis, siquidem uix ipsius quoque Graecae linguae perpauca
 uerba uel intellegere posset uel proloqui. hic cum explana-
 tionem cuiusdam obscurissimae quaestionis inquireret, septem 25

1 inanem *L*¹ impellat *L* 2 quod *AH*¹ recordationes *H* recor-
 dationē *L*¹ qui . . . intentionem *om.* *L* scripserunt *A* 4 dige**renda *H*
 5 quantoque . . . est status *om.* *A* 6 status est *L* post semel *rasura*
 1—2 *litt. in A* eorum quoque *H* 7 recensendos *L*¹ dereliquid *A*
 dereliqui *HT* dereliquit, t *in ras.* 3—4 *litt. L* 8 iterum interdum *H*
 in ipsisque *H* animo *GSHLT*: et animo *Av* et mente *H* 9 coepero *L*
 profecto quos *L* 11 scō *G* mortuos *H*¹ reuiuiscens *S* 12 eandem *L*^{2v}
 ammisserit *L* 13 reuoluere *A* epistolam *G²H²L* diffiniuit *H*¹ 14 desi-
 gnare *A* scripserunt *A* scripti erant *L* 15 ab *L* sui *om.* *A* 16 susci-
 perat *AG¹H¹* 18 nec] ne *L* temptatis *H*¹ 19 XXXII *H* 20 et
 scientia *AHT*: ac scientia *L* ac perfecta scientia *G* *cf. Conl. VII, 1 init.*
in om. H 21 scribturarum *A* tam] tantum *A* 22 quā+m (*non tu*
eras.) *A* 23 graecae quoque *A* 24 possit *AHL*

diebus ac noctibus in oratione infatigabilis perstitit, donec solutionem propositae quaestionis domino reuelante cognosceret.

XXXIII. Hic ergo quibusdam fratribus admirantibus tam praeclarum scientiae eius lumen et ab eodem quosdam scrip-
 5 turarum sensus inquiringibus ait, monachum scripturarum notitiam pertingere cupientem nequaquam debere labores suos erga commentatorum libros impendere, sed potius omnem mentis
 industriam et intentionem cordis erga emundationem uitiorum carnalium detinere, quibus expulsis confestim cordis oculi sub-
 10 lato uelamine passionum sacramenta scripturarum naturaliter contemplarentur, siquidem nobis non, ut essent incognita uel obscura, spiritus sancti gratia promulgata sint, sed nostro
 uitio uelamine peccatorum cordis oculos obnubente reddantur obscura: quibus rursum naturali redditis sanitati ipsa scriptu-
 15 rarum sanctarum lectio ad contemplationem uerae scientiae abunde etiam sola sufficiat, nec eos commentatorum institutionibus indigere, sicut oculi isti carnales ad uidendum nullius
 egent doctrina, si modo fuerint a suffusione uel caligine caecitatis immunes. ideo namque et tanta uarietas erroresque inter
 20 ipsos exorti sunt, quod plerique, minime erga purgationem mentis adhibita diligentia prosilientes ad interpretandum eas, pro pinguedine uel inmunditia sui cordis diuersa atque contraria uel fidei
 uel sibimet sentientes ueritatis lumen comprehendere nequuerunt.

XXXV. Hic idem cum inopinatus ad meam cellulam in-
 25 tempesta nocte uenisset, quidnam rudis adhuc anachoreta solus agerem paterna curiositate latenter explorans, meque ilico finita

1 orationem *A* infatigabili *L* perstetit *G¹L¹* 3 XXXIII *H*
 4 scribaturarum *A* 5 sensus . . . scripturarum *om. L¹H* scribaturarum *A*
 8 emundationem *A¹H* 9 oculis *GL* 10 scribaturarum *A* nelut naturaliter incipient contemplari *Av cf. praef. §. 6* 11 contēpl**entur *L* ut non *H* 12 sunt *Hv* 13 oculis *H¹* obnubentem *L¹* redduntur *H²r*
 14 scribaturarum *A* sanctarum scripturarum *L* 16 habunde *H* sufficit (a *eras.*) *H* nec his eos *H* commentorum *A* 19 et *om. L*
 inter ipsos tractatores *G²* erroresque . inter ipsos . exortē sunt (errorisque *corr. m. 2)* *L* 21 pinguedine *G²LT²*: pinguidine *AG¹T¹* pinguidine *H* 22 cordis sui *Av* adque *H* nel fidei uel *om. A* 23 nequie-
 runt *H¹* 24 XXXIII *H* idem *AG¹HT*: idem senex *L* idem theodorus *G²Sv* inopinatis *G¹* cellam *A* 25 anachorita *AL¹* 26 me *H*

uespertina sollempnitate incipientem fessum corpus iam reficere
 et incubantem psiathio repperisset, protrahens intimo corde
 suspiria meoque me uocitans nomine: quanti, inquit, o Iohannes,
 hora hac deo conloquuntur eumque in semet ipsis amplectuntur
 ac retinent: et tu fraudaris tanto lumine, inertis sopore
 resolutus? et quoniam nos ad huiusmodi narrationem deuertere
 patrum uirtutes et gratia prouocarunt, necessarium reor
 memorabile opus caritatis, quam summi uiri Archebi humanitate
 sumus experti, huic uolumini commendare, quo puritas continentiae
 operi caritatis inserta propensius enitescat pulchra uarietate
 distincta. etenim tunc ratum deo ieiunii munus efficitur, cum hoc
 fructibus caritatis fuerit consummatum.

XXXVI Itaque cum de Palaestinae monasteriis ad oppidum Aegypti,
 quod Diocleos appellatur, rudes admodum uenissemus ibique plurimam
 turbam coenobii disciplina constrictam et optimo ordine monachorum,
 qui etiam primus est, institutam mirifice uideremus, alium quoque
 ordinem, qui excellentior habetur, id est anachoretarum, cunctorum
 praeconiis instigati sagacissimo corde uidere properauimus. hi namque
 in coenobiis primum diutissime commorantes, omnem patientiae ac
 discretionis regulam diligenter edocti et humilitatis pariter ac nuditatis
 uirtute possessa atque ad purum uitiorum uniuersitate consumpta,
 dirissimis daemonum proeliis congressuri penetrant heremi profunda
 secreta. huius igitur propositi uiros conperientes citra Nili fluminis
 alueum commorari in loco, qui uno latere eodem flumine, alio maris
 uastitate circumdatus insulam reddit nullis aliis quam monachis
 secreta expetentibus habitabilem

11] cf. Esai. 58, 6.

1 sollempn. *H* 2 repperisset psiathio *G* (*non S*) psiatio reperisset *L*
 imo *Av* cordis *L* 3 meoque *om.* *H* inquit *AH*¹ o *om.* *H* iohannis
*H*¹ 4 loquuntur *G*¹ conlocuntur *L* 5 inertis opere . solutus *L*
 7 diuertere *AG*²*H*²*L*²*v* prouocauerunt *H* prouocarunt *L* 8 memoriale
AH memoriabile *T* archebi *GL*² 9 humilitate *A* commendare *H*¹
 11 ueritate *L* districta *H*¹ gratum *HLT**v* 13 XXXV *H* palaestinae *codd.*
 14 diocleos *H* deulchos *L* ammodum *L* 16 obtimo *H* instituta *AL*
 17 uiderimus *H* 18 anachoritarum *AHL*¹ 19 hii *G*¹*H* 20 primum
om. *A* in omnem *G*²*S* 22 adque *HL*¹ 23 doemonum *G*¹ 24 ac
 secreta *H* 25 circa *L**v* 26 circumdatos insulam *H*¹ inde reddit *H*

(nec enim cuiquam culturae aptam esse eam salsitas soli ac sterilitas patitur harenarum), ad hos, inquam, summo desiderio festinantes ultra modum sumus labores eorum, quos contemplatione uirtutum et amore solitudinis tolerant, admirati. nam
 5 ipsius aquae tanta penuria constringuntur, ut tali eam diligentia scrupuloque dispensent, quali nemo frugalissimorum speciem pretiosissimi uini conseruat et parcit. tribus namque milibus uel eo amplius eam de praedicti fluminis alueo necessariis usibus aduehunt, quod tamen interuallum harenosis diuisum montibus
 10 laboris difficultate grauissima duplicatur.

XXXVII. His igitur uisis cum imitationis eorum nos ardor accenderet praedictusque Archebius probatissimus inter eos humanitatis nos gratia ad suam cellulam pertraxisset, explorato desiderio nostro confinxit se de eodem loco uelle discedere
 15 ac nobis cellulam suam uelut exinde migraturus offerre, sese id facturum, etiamsi minime adfuissemus, adfirmans. quam rem nos et desiderio commorationis accensi et adsertionibus tanti uiri indubitata commodantes fidem libenter amplexi cellam cum omni suppellectili utensilibusque suscepimus. itaque reli-
 20 giosa potitus circumuentione paucis diebus, quibus construendae cellae pararet impendia, de loco discedens, reuersus post haec aliam sibi summo labore construxit. quam rursum non longo post tempore superuenientibus fratribus eodemque desiderio cupientibus ibidem commorari simili caritatis mendacio circum-
 25 uentis cum uniuerso tradidit instrumento. ipse uero erga opus caritatis infatigabilis perseuerans tertiam sibi cellam, in qua commaneret, exstruxit.

XXXVIII. Operae pretium mihi uidetur aliud quoque eiusdem uiri caritatis opus memoriae tradere, quo nostrarum partium

1 salis *H* solis *L* 2 sterelitas *G¹H¹* inquam] etiam *L* 5 tantae *H¹*
 7 conseruet *H* parcat *H²* 8 uel] et *A* 9 iter uallum *L¹* diuisis *H*
 11 XXXVI *H* uiris uisis *H* imitationes *L¹* 13 sum *H¹* 14 confixit *H¹*
 15 cellulam *AL* offerret *A* 16 si etiam *L* adfuissemus *H* quamobrem
AH 17 prius et *om. A* 18 adcommodantes *A(v)* 19 suppellectili *G*
 supelectili *H* suppellectile *L* suscepimus *H* relegiosa *G¹* 20 potitus
S²v: potius *AGS¹HLLT* circumuentionem *G¹* 22 rursus *L²* 24 men-
 datio *G¹L* 27 cōmoraret** (ur *eras.*) *L* instruxit *AHT* 28 XXXVI
 (sic) *H* aliut *A* eius *A* 29 nastrarum *A¹*

monachi non solum continentiae rigorem, uerum etiam sincerissimum retinere dilectionis affectum unius eiusdemque uiri instituantur exemplo. hic namque non ignobili oriundus familia ad monasterium, quod a praedicto oppido ferme quattuor milibus distat, mundi huius ac parentum affectione contempta a puerilibus annis aufugit. ubi ita uitae suae omnem exegit aetatem, ut numquam prorsus per totos quinquaginta annos non solum uicium, ex quo egressus est, nec fuerit ingressus nec uiderit, sed ne cuiusquam quidem feminae uel ipsius matris suae conspexerit uultum. interea pater morte praeuentus centum solidorum debitum dereliquit. cumque hic esset omni inquietudine penitus alienus, utpote qui uniuersis facultatibus paternis esset extorris, a creditoribus tamen inquietari uehementer conperit 2 matrem. tum hic ab euangelico illo rigore, quo antehac in statu prospero parentibus constitutis nec patrem se in terra 15 norat habuisse nec matrem, pietatis consideratione mollitus ita se habere credidit matrem eique subuenire festinauit oppressae, ut nihil a proposita districtione laxaret. intra monasterii namque claustra perdurans soliti operis pensum sibimet triplicari poposcit, et ibi per totum anni spatium diebus pariter noctibusque 20 desudans debiti modum operis sudore partum creditoribus soluens matrem omni inquietudinis iniuria liberauit, ita eruens eam debiti sarcina, ut nihil de propositi rigore piaee necessitatis obtentu pateretur imminui: ita districtionem solitam custodiuit, ut nequaquam pietatis opus maternis uisceribus denegaret, 25 quam pro Christi caritate prius despexerat, pro eius rursum pietate cognoscens.

XXXVIII. Cum frater nobis optime carus nomine Symeon, penitus Graeci sermonis ignarus, e partibus Italiae commeasset,

1 rigore *L* 4 IIII *G* 5 a *om. H* 6 ibi *H* exigit *H* 7 ·L· *G*
 9 nec *L* conspexit *A* uultum conspexerit *L* 11 dereliquid *AL* dereliquit *H*¹
 12 utpote *G*¹*H*¹*L*¹ paternis facultatibus *Av* 13 conperit *GHLT*: ubi conspexit *A* 14 hic *om. A* antehaec *H* ante *L*² in *om. H*
 16 nouerat *HL*^{2r} 17 eique ita *A* 18 districtione *L* 19 solitum *A*
 21 partum *AG*: paratum *HLLT* 23 sarcinam *L*¹ piaee *om. H* necessita**s
 (ti *eras.*) pietatis *H* 24 districtionem *G*¹ 25 ut *om. L*¹ pietatis *om. L*
 26 et quam *A* despexerat *H*¹ 28 XXXVIII (*sic*) *H* obtime *H* simeon *H*
 29 grecis *L*¹ ex *L* commiasset *H*¹

quidam seniorum, erga eum utpote peregrinum caritatis opus quodam reddhibitionis colore cupiens exhibere, inquit ab eo cur otiosus sederet in cella, per hoc coniciens eum tam otii peruagatione quam penuria necessariorum rerum diutius in ea
 5 durare non posse, certus neminem posse inpugnationes solitudinis tolerare nisi eum, qui propriis manibus uictum sibimet fuerit parare contentus. quo respondente nihil se nec nosse 2 nec praeualere ex his quae illic exercebantur a fratribus operari praeter librariam manum, si tamen ullus in Aegypti regione
 10 Latinum codicem usui esset habiturus, tum ille tandem nactus occasionem, qua posset desideratum pietatis opus uelut debiti colore mercari, ex deo haec inuenta est, inquit, occasio: nam olim quaerebam qui apostolum Latinum hac mihi manu perscriberet. etenim habeo fratrem militiae laqueis obligatum et
 15 adprime Latinis instructum, cui de scripturis sanctis aliquid ad legendum aedificationis eius obtentu transmittere cupio. itaque Symeone hanc occasionem uelut ex deo oblatam sibi 3 gratanter suscipiente senex quoque colorem, cuius praetextu pietatis opus libere posset implere, libentius amplexatus confestim non solum uniuersas ei necessitates sub obtentu
 20 mercedum totius anni conuexit, uerum etiam membranas et utensilia quae ad scribendum necessaria erant conportans recepit post codicem scriptum, nullis usibus uel commodis profuturum (quippe uniuersis in illa regione notitia linguae huius
 25 penitus ignaris) praeter id quod hac subtilitate sumptuque prolixiore mercatus est, quemadmodum et ille sine confusionis uerecundia merito laboris et operis sui necessaria uictus ali-

1 utpote *H¹L¹* 2 reddhibitionis *G* redhibitionis *H²L* 3 coniciens *G¹*
 5 certus] certus enim *L* inpugnationis *G¹* 6 tollerare *G¹L* 7 prae-
 parare *H* nil *L* posse *HL¹* 8 praeualere] scire *H* 9 nullus *AH¹L¹*
 10 nactus *G²H²L* 11 occasione *A* quã *L¹* possit *AHL* 12 in-
 quid *AH¹* 13 latinum hac *codd.*: Latina *v* transcriberet *L* 15 scrib-
 turis *A* 16 optentu *G¹* 17 symeonem *A* simeone *H* 18 sub cuius *Ar*
 huius *H* 19 pietatis opus caritatis *H* possit *AH¹L* implere *G*: im-
 plere *rell.* libenter *AL* amplexatus *AGL*: amplexus *HTv* 20 neces-
 sitatis *H¹* 21 mercedem *H¹L¹* mercedis *H²* 22 recipit *H¹* 23 scrib-
 tum *A* 24 huius linguae *G* 25 ignarus *L¹* suptilitate *H* 26 prolixiori *H*
 quemammodum *L* confusione *L* 27 operisui^{co} *A*

menta perciperet, et ipse suae magnificentiae pietatem tamquam debiti necessitate conpleret: eo abundantius mercedem sibi conquirens, quo ambitu maiore peregrino fratri non solum uictus necessaria, uerum etiam operis instrumenta et operandi occasionem pariter contulisset. 5

XL. Sed quoniam in loco, ubi de ieiuniorum et continentiae rigore dicere aliquid proposuimus, adfectio et opera caritatis uidentur admixta, rursum ad propositum reuertentes quoddam puerorum aetate, non sensu, factum memorabile opusculo huic inseremus. nam cum ultra omnem admirationem ficus quidam 10 de Mareotae Libyae partibus uelut rem ante in loco non uisam abbati Iohanni oeconomio in heremo Sciti detulisset, qui dispensationem ipsius ecclesiae temporibus beati Pafnutii presbyteri ab eodem sibi creditam gubernabat, hic confestim eas ad senem quendam, qui in interioribus deserti mala ualitudine 15 laborabat, per duos adulescentulos misit: siquidem decem et octo milibus longe ab ecclesia commanebat. qui pomis acceptis cum ad praedicti senis tenderent cellam, quod ibi perfacile solet etiam senioribus euenire, infusa repente densissima nebula tramitem recti itineris perdidierunt. cumque tota die ac nocte 20 discurrentes per auiam heremi uastitatem nequaquam potuissent aegrotantis cellulam repperire, tam itineris lassitudine quam inedia sitique confecti fixis genibus in orationis officio spiritum domino reddiderunt. qui post haec uestigiorum suorum indiciis 3 diutissime perquisiti, quae in locis illis harenosis tamquam niuibus impressa signantur, donec ea uel leui uentorum flatu tenuis harena discurrens rursus operiat, inuenti sunt ficus intactas ut 25

2 necessitatem *A* habund. *H*¹ 3 quo *G*²*SL*²: quod *AG*¹*HL*¹
 6 XXXVIII *H* 7 rigorem *L*¹ dicere *om.* *G* 9 memoriale *H*
 10 inserimus *A* inseramus *L* ammirationem *L* 11 mareote (mareote *H*) libie partibus *HT(v)*: mareote *GL (om. Libyae partibus)* libyae partibus *A (om. Mareotae)* non uisam in loco *A* 12 sciti *H*¹: scitii *AG*¹*H*² scitii *G*² scithii *LT* intulisset *A* 13 ecclesiae *A* pafhnutii *L* pbr̄i *G* presbyteri *L* 14 cūfestim *L* 15 deserto *L*¹ 16 aduliscentulos *AG*¹*H*¹ adolescentulos *G*²*L* decim *L*¹ X et VIII *G* 17 ecclesia *A* 19 senioribus deserti uastitate euenire *H* infussa *H*¹ 20 ac] et *Av* 22 cellolam *L*¹ repperire *G*²*L* 24 suorum *om.* *GL fort. recte* indiciis *H*¹ 26 inpraesa *H* 27 arena *A*

acceperant reseruasse, eligentes scilicet animam magis quam fidem depositi prodere uitamque potius amittere temporalem quam senioris uiolare mandatum.

XLI. Adhuc unum beati Macari proferetur nobis salutare
 5 mandatum, quo libellum ieiuniorum et continentiae tanti uiri claudat sententia. ita inquit debere monachum ieiuniis operam dare ut centum annis in corpore commoraturum, ita motus animi refrenare et iniuriarum obliuisci tristitiasque respuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere tamquam cotidie
 10 moriturum. in illo namque utilis est prudensque discretio, aequali monachum districtione faciens semper incedere nec permittens sub occasione debilitati corporis de arduis ad perniciosissima praerupta deuolui, in hoc uero magnanimitas salutaris, quae
 15 ualeat non solum quae uidentur prospera mundi praesentis despiciere, uerum etiam aduersis tristibusque non frangi et ea uelut parua nullaque contemnere, illic habens defixum iugiter suae mentis intuitum, quo cotidie singulisque momentis accersendum esse se credit.

LIBER SEXTUS.

DE SPIRITU FORNICATIONIS.

20

CAPITULA.

I. De duplici pugna aduersum spiritum fornicationis.

II. De principali correctione aduersus spiritum fornicationis.

1 acciperant *AH*¹ elegentes *G*¹*H*¹ 4 XL₄ *H* beati nobis *H*
 macari *A*¹: macarii *A*² machari *H*¹ macharii *GH*²*L* proferetur *A*¹*Lr*:
 profertur *A*²*Gc* proferimus *H* nobis *om* *H* 6 claudet sententiam *L*¹
 inquit *AH*¹ 7 annos *L*² 9 contemnere *H*¹*L*¹ 12 debilitatis *H*
 pernit. *G*¹ 14 mundi huius praesentis *H* dispicere *G*¹*H*¹ 15 ad-
 uersis trib. q. *H*¹ aduersitatibus *H*² 16 habentes *L* fixum *Ar* ad-
 fixum *H* 17 qua cottidie *G* arcessiendum *H*¹ 18 credit. Explicet de
 s̄p̄u gastrimargiae (castrim. *L*) liber V (liber V *om*. *A*) *AGL*: *om*. *H* In-
 cipit de s̄p̄u fornicationis (de fornicatione liber sextus *H*) *AH*: *om*. *GL*
 Capitula de s̄p̄u fornicationis *A* Incip̄ capit̄ presentis lib̄ *G* Incipiunt
 capitula de fornicatione. liber VI. *L*: *om*. *H*

22 aduersus *Hr* titulum *om*. *L*; in marg. legitur: cap̄lm .i. dē
 23 correptione *HLT* aduersum *T*

III. Quantum ad superandum fornicationis uitium remedii conferat cum continentia solitudo.

IIII. Quid intersit inter continentiam et castitatem, et an utraque simul semper habeantur.

V. Quod inpugnatio fornicationis solo humano studio non possit euinci. 5

VI. De peculiari gratia dei in munere castitatis.

VII. Exemplum de agone mundiali secundum sermonem apostoli.

VIII. De conparatione purificationis eorum, qui in terreno agone certamen habituri sunt. 10

VIII. Quantam semper cordis puritatem parare dei oculis debeamus.

X. Quod sit indicium perfectae et integrae puritatis.

XI. Quo uitio inlusio nocturna procedat. 15

XII. Quod carnis puritas sine munditia cordis nequeat obtineri.

XIII. Quae sit purgationis carnalis prima custodia.

XIII. Quod non laudem studeamus texere castitatis, sed effectum eius exponere.

XV. Quod specialiter castitatis uirtus ab apostolo sanctimonia nuncupetur. 20

XVI. De alio apostoli testimonio super eadem sanctimonia castitatis.

XVII. Quod spes sublimioris praemii debeat custodiam castitatis augere. 25

XVIII. Quod, sicut absque humilitate castitas obtineri non potest, ita sine castitate scientia.

XVIII. Sententia sancti episcopi Basili de qualitate uirginitatis suae.

1 suspirandum *L* conferat remedii *A* 2 solitudo *om.* *H* 3 inter] in *T* et ante an *om.* *A* 5 non *om.* *T* 7 peculiare *T* 11 sint *H* 12 quanta *L* spem per *AH* puritate cordis parere *L* 13 debemus *T* 16 sine] se *T* obteneri *H* obtinere *L*¹ 17 purgatio *A* carnis *T* 18 exercere *L* caritatis *HT* 19 affectum *L* expendere *L* 20 uirtutis *L*¹ 21 nuncupatur *HT* n̄cupetur *ex* n̄cupatur *L* 24 praemi *H* 25 agere *HT* 26 castitatis *T* obteneri *H* obtinere *LT* 27 caritate *H* ita sinceritate *T* 28 basili *HLT* de *om.* *HT*

XX. Qui finis uerae integritatis ac puritatis sit.

XXI. Quemadmodum perfectae puritatis statum retinere possumus.

XXII. Usque ad quem modum possit integritas corporis nostri perduci, uel quod indicium sit ad purum mentis excoctae.

XXIII. Remedia curationis, quibus perfecta possit cordis et corporis nostri puritas permanere.

10 I. Secundum nobis traditione patrum aduersus spiritum fornicationis certamen est, longum prae ceteris ac diuturnum et perpauca ad purum deuictum, inmane bellum et quod, cum a primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominum genus, non nisi prius cetera uitia superentur extinguitur. duplex
15 namque est obpugnatio gemino armata uitio consurgens ad proelium. et idcirco similiter ei gemina est acie resistendum, siquidem, ut morbo carnis animaeque concretum uires acquirit, ita nisi utrisque pariter dimicantibus nequeat debellari. nec enim sufficit solum corporale ieiunium ad conquirendam uel
20 possidendam perfectae castimoniae puritatem, nisi praecesserit contritio spiritus et oratio contra hunc immundissimum spiritum perseuerans, dein continuata meditatio scripturarum, huicque fuerit scientia spiritalis adiuncta, labor etiam opusque manuum, instabiles cordis peruagationes coeruens ac reuocans,
25 et ante omnia fundata fuerit humilitas uera, sine qua nullius penitus uitii poterit umquam triumphus adquiri.

1 Qui finis uerae om. T ac HLT: et A 2 quemadmodum L statum] suę statum L possumus T 5 sit om. L 6 remedium H perfecte T posse H 7 permanere. Finiunt capitula de sp̄u fornicationis A Expliciunt capitula de libro VI. L: om. GH Inc, liber A Incipit de spiritu fornicationis liber sextus G Incipit textus eiusdem libri L nihil inscriptum in H

10 I deest in L nobis] nobis certamen est A traditionem HL¹ aduersum T 11 certamen est om. A 14 prius om. A 16 praelium H ei om. H 17 adquiret H¹S 18 utrisque A demicantibus L 19 solum om. A ad^{ad}quirendam H 20 praecesserit . . . 21 oratio om. G processerit L 22 dein GHT: deinde A dehinc L continua^{ta} L scribtturarum AG¹ 24 instabilis AL coeruens HLT: coeruens AG reuocans^{mouens} H 25 nullus L

II. Principaliter enim uitii huius correctio de cordis perfectione descendit, ex quo etiam huius morbi uirus domini uoce prodire signatur. de corde, inquit, exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia et cetera. illud ergo est primitus expiandum, unde fons uitae mortisque manare cognoscitur dicente Salomone: omni custodia serua tuum cor: ex his enim sunt exitus uitae. caro enim eius arbitrio atque imperio famulatur. et ideo summo studio parsimonia ieiuniorum sectanda est, ne escarum abundantia relecta caro praeceptis animae salutaribus aduersata rectorem suum spiritum deiciat insolescens. ceterum si omnem summam in castigatione tantum corporis conlocemus, anima non similiter a ceteris uitis ieiunante nec meditatione diuina et spiritalibus studiis occupata, nequaquam ad illud sublimissimum uerae integritatis fastigium poterimus ascendere, illo quod in nobis est principali puritatem nostri corporis infestante. oportet ergo nos mundare prius iuxta sententiam domini id quod intus est calicis et parabsidis, ut fiat et id quod de foris est mundum.

III. Dein cetera uitia etiam usu hominum et exercitio cotidiano purgari solent et quodammodo ipsius lapsus offensione curari: ut puta irae, tristitiae, impatientiae languor meditatione cordis ac peruigili sollicitudine, fratrum etiam frequentia et adsidua prouocatione sanantur, dumque commota manifestantur

3] Matth. 15, 19. 7] Prou. 4, 23 (LXX). 18] Matth. 23, 26.

1 uitii *H*¹ 2 descendit *H*¹ 3 prodere *L* inquit *AH*¹ 5 illud *A* andum . . . *cap. 6 init.* cunctorum expug *extant in C* 6 mortisque *CGL*: et mortis *v om. AHT* emanare *H* solomone *AG*¹ 7 cor tuum cor *L*¹ cor tuum *HL²T²v* 8 improperio *L*¹ 10 scarum *C* habundantia *H* relecta *CAGLT*: referta *HSv* 11 deiciat *G*¹ 12 castigationem *C* 13 conlocemus *GS*¹: collocemus *vell.* animam *L*¹ ieiunantem *L*¹ 14 occupatam *L*¹ 15 illum *AH* sublime *ex* sublimissimum *L* 16 principale *G²LT²v* 18 sentiam *L* in*^{ta}tus *L* parabsidis *CL*: parapsidis *AGHT* 20 dein . . . hominum *euan. in C* deinde *Lc* hominum usu *L*¹ et *om. H* exercitio ^{ta} cotidiana *H* 21 labus *CA* 22 langor *C* 24 commota ^{NI} *H*

saepius et crebrius arguuntur, ocius perueniunt ad salutem. hic uero morbus cum corporis afflictione et contritione cordis solitudine quoque ac remotione indiget, ut possit ad integrum sanitatis statum perniciose aestuum febris deposita peruenire.

5 sicut plerumque certa aegritudine laborantibus utile est, ut cibi noxii ne oculorum quidem ipsorum obtutibus offerantur, ne quod aspectus occasione desiderium eis letale gignatur, ita plurimum confert ad depellendum hunc specialiter morbum quies ac solitudo, ut mens aegra minime diuersis figuris inter-

10 pellata ad puriorem perueniens contemplationis intuitum facilius pestiferum concupiscentiae fomitem radicitus possit eruere.

III. Nemo tamen ex hoc negare nos putet etiam in congregatione fratrum positos inueniri continentes: quod perfacile posse fieri confitemur. aliud enim est continentem esse, id est

15 ἐγκρατῆ, aliud castum, et ut ita dicam in affectum integritatis uel incorruptionis transire, quod dicitur ἀγόν, quae uirtus illis solis tribuitur maxime, qui uirgines uel carne uel mente perdurant, ut uterque Iohannes in nouo testamento, in ueteri quoque Helias, Hieremias, Danihel fuisse noscuntur. in quorum

20 gradu hi quoque non inmerito reputabuntur, qui post experimenta corruptionis ad similem puritatis statum per laborem longum et industriam integritate mentis et corporis peruenerunt et aculeos carnis non tam inpugnatione concupiscentiae turpis, quam naturae tantummodo motu sentiunt. quem statum

25 dicimus difficillime posse inter hominum turbas adprehendi. utrum uero et impossibile sit, unusquisque non nostra sen-

1 otius *HL* quantocius *ATc* sanitatem *A*: cf. *Conl. V, 4, 6* 3 solitudinē et remotionē *L*¹ 4 permit. *G*¹*L* febra *H*¹ febris *L* febre *H*²*S*² 6 ne] sine *A* 7 occasione *H* letale *L* laetale eis *H* 8 depellendum *CGLT*: debellandum *A* ^{de}bellandum *H* morbum specialiter *H* 9 egra minime ex egramine *H* 12 nemo . . . putet *euan. in C* potest *G* 13 positos *H*¹: *om. A* 14 fieri posse *Av* aliud *A*, *item infra* 15 ἐγκρατῆ *CG* ἐγκρατῆν *A* ἐγκρατῆν *L* anfapaan *H* 16 uel] aut *L* ἀφνοῦ *H* aut *NON* *L* 17 solis *om. C* tribuetur *G* uel mente uel carne *Ac* uel mente *om. G* 18 ut *om. L* iohannis *CAG*¹*H*¹ 19 ac daniel *H* quo *HT* 20 hii *H* experiētiā (~ *add. m. 2*) *H* 22 ad integritatem *L* integritatē mentis *G* (*ad man. 2*) 23 carnales ex carnalis *H* 24 motus *L* sentiant *G*¹ 26 et *om. H* unusquisque *nr̄m* non ex nostra *H*

tentia expectet agnoscere, sed conscientiae suae rimetur examine. ceterum continentes multos existere non dubitamus, qui inpugnationem carnis, quam uel raro uel cotidie sustinent, seu metu gehennae seu desiderio regni caelorum extinguunt atque conpescunt. quos seniores sicut pronuntiant posse non penitus incentiuus obrui uitiorum, ita securos et insauciatos semper existere non posse definiunt. necesse est enim quemque in conluctatione positum, quamuis frequenter aduersarium uincat ac superet, et ipsum tamen aliquando turbari.

V. Quapropter si nobis cordi est agonem spiritalem cum apostolo legitime decertare, hunc inmundissimum spiritum superare omni mentis intentione non nostris uiribus confidentes (hoc enim perficere industria humana non praeualet), sed opitulatione domini festinemus. tamdiu namque hoc uitio animam necesse est inpugnari, donec se bellum gerere supra uires suas agnoscat nec labore uel studio proprio uictoriam obtinere se posse, nisi domini fuerit auxilio ac protectione suffulta.

VI. Et reuera eum in omnibus uirtutum profectibus et cunctorum expugnatione uitiorum domini sit gratia atque uictoria, in hoc praecipue peculiare beneficium dei ac speciale donum et patrum sententia et experimento purgationis ipsius manifestissime declaratur his, qui eam meruerint possidere. quodammodo enim exire de carne est in corpore commorantem et ultra naturam est, fragili carne circumdatum carnis aculeos non sentire. et idcirco impossibile est hominem suis ut ita dixerim pinnis ad tam praeclsum caelesteque praemium subuolare, nisi eum gratia domini de terrae caeno munere castitatis eduxerit. nulla etenim uirtute tam proprie carnales homines

11] cf. II Tim. 4, 7.

1 expectet cognoscere *H* 2 existere *G²HL* 3 sustinentes *L* 4 extinguunt *A²G²* 7 existere *G²HL* diffiniunt *H¹L* quemque *CGHT*: unumquemque *ALv* 8 conluctationem positam *G¹* 9 ac] et *H* 10 quapropter . . . agonem *euan. in C* 11 legitime *om. A* 12 omni*** *A* 13 perficere *om. HT* industria humana perficere *Ac* 15 inpugnare *H¹* 16 optinere *A* 17 fuerit *om. L* suffultus *A* 18 et . . . uirtutum *euan. in C* 20 bonum *L* 21 experimenta *G¹* ipsius *om. G* 22 meruerunt *H¹* quodam enim modo *H* 23 est in] et in hoc *L* et eras. in *L* 24 natura *A* 26 pinnis *AG¹HT¹*: pennis *G²LST²* praeclarum *H* 27 ceno *H* 28 eduxerit castitatis *A(c)*

spiritalibus angelis imitatione conuersationis aequantur quam merito et gratia castitatis, per quam adhuc in terra degentes habent secundum apostolum municipatum in caelis, quod deposita corruptela carnali habituros sanctos promittitur in
5 futurum, hic iam in carne fragili possidentes.

VII. Audi quid dicat apostolus: omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. a quibus omnibus dixerit inquiramus, ut possit nobis spiritalis agonis instructio comparatione carnalis adquiri. illi etenim, qui in hoc agone
10 uisibili student legitime decertare, utendi omnibus escis quas desiderii libido suggererit non habent facultatem, sed illis tantum quas eorundem certaminum statuit disciplina. et non solum interdictis escis et ebrietate omnique crapula eos necesse est abstinere, uerum etiam cuncta inertia et otio atque
15 desidia, ut cotidianis exercitiis iugique meditatione uirtus eorum possit aderescere. et ita omni sollicitudine ac tristitia negotiisque 2 saecularibus, affectu etiam et opere coniugali efficiuntur alieni, ut praeter exercitium disciplinae nihil aliud nouerint nec ulli mundiali curae penitus implicentur; ab eo tantum qui certamini praesidet sperantes cotidiani uictus substantiam et coronae gloriam condignaque praemia uictoriae laude conquirere. atque in tantum se mundos ab omni coitus pollutione custodiunt, ut, cum se praeparant agonum certamini, ne qua forsitan per somnum nocturna delusi fallacia uires minuant multo
20 tempore conquisitas, lamminis plumbeis renium contegant loca, quo scilicet metalli rigor genitalibus membris adplicitus obscenos umores ualeat inhibere, intellegentes se procul dubio esse uincendos nec iam posse propositum certamen demptis uiribus

3] Phil. 3, 20. 4] cf. Matth. 22, 30. 6] I Cor. 9, 25.

1 imitatio G¹ 6 dicit L 9 agone hoc G 12 tantummodo H
15 dissidia H desideria L¹ cottid. L exercitiis H¹ 17 saecularibus G
ab affectu L 19 certamine L¹ 21 condigneque G¹ 23 praeparant H¹
certamina G¹ 24 somnium AHT 25 consequitas H lamminis GH²
contegant G¹ et (ant in rus.) H: contegant AG²LT¹ 26 silicet H ri-
gore GLv adplicito (appl.) G²L²v 27 humores G²HL ualeant G²v

adinplere, si prouisam pudicitiae soliditatem fallax noxiae uoluptatis imago corruperit.

VIII. Itaque si agonis mundialis intelleximus disciplinam, cuius exemplo beatus apostolus nos uoluit erudire, docens quanta in illa sit obseruatio, quanta diligentia, quanta custodia, quid nos conueniet facere, qua puritate oportebit custodire nostri corporis atque animae castitatem, quos necesse est cotidie sacrosanctis agni carnibus uesci, quas neminem inmundum contingere etiam ueteris legis praecepta permittunt? in Leuitico namque ita praecipitur: omnis mundus manducabit carnes. et anima quaecumque comederit de carnibus sacrificii salutaris quod est domini, in qua est inmunditia, peribit coram domino. quantum est igitur integritatis munus, sine qua et illi, qui erant sub ueteri testamento, sacrificiis typicis non poterant interesse, et qui mundi huius corruptibilem coronam cupiunt adipisci, nequeunt coronari.

VIII. Itaque omni custodia cordis nostri sunt latebrae primitus expiandae. quod enim illi in corporis puritate cupiunt adsequi, nos debemus etiam in arcanis conscientiae possidere, in qua dominus arbiter atque agonotheta residens pugnam cursus et certaminis nostri iugiter spectat, ut ea, quae in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur, et in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem coniuentia polluamur. quae licet possit hominum praeterire notitiam, sanctorum tamen angelorum ipsiusque omnipotentis dei scientiam, quam nulla subterfugiunt secreta, latere non poterit.

X. Cuius puritatis hoc erit euidentis indicium ac plena probatio, si uel nulla imago inliciens quietis nobis et in soporem

10] Leu. 7, 19—20 (LXX).

1 adimplere *AGL* promissam *H* uoluntatis *H¹T* 2 corrumpit *H¹T* 3 intellegimus *H* 6 conueniat *H* 11 ederit *H* 14 et *GHLT*: etiam *Av* 17 primitus latebrae *L* 19 debere *A* etiam *om. L* in arcanis] in cordis archanis *H* in cordis *L* conscientia *L* 20 agonitheta *G²HL* 21 et] atque *H* spectat *Gr et duo codd. apud Cuyckium*: expectat *ASLT* expectet *H* 22 amittere *L* coaliscere *A* 23 in s. l. *G* 24 conibentia *GL* 25 tamen] namque *A* 27 supterfugiunt *A* 28 plana *H* 9 inliciens *Ar*: decipiens *GHLTe* quiescentibus *Av* sopore *L*

laxatis occurrat, uel certe interpellans nullos concupiscentiae motus ualeat excitare. licet enim ad plenam peccati noxam talis commotio minime reputetur, tamen necdum perfectae mentis indicium est nec ad purum excocti uitii manifestatio,
 5 cum per fallaces imagines huiusmodi operatur inlusio.

XI. Qualitas enim cogitationum, quae distentionibus diei neglegentius custoditur, probatur quiete nocturna. et idcirco cum intercesserit aliqua talis inlusio, non culpa somni credenda est, sed neglegentia temporis praecedentis et manifestatio
 10 morbi latentis intrinsecus, quem non primitus noctis hora parturiit, sed intimis animae reconditum fibris ad cutis superficiem somni refectione produxit, arguens occultas aestuum febres, quas per totum diei spatium noxiis cogitationibus pasti contraximus: ut solent malae quoque ualitudines corporum non
 15 ea colligi tempestate in qua uidentur emergere, sed neglegentia sunt praeteriti temporis acquisitae, quo pastus quis imprudenter escis contrariis noxios umores sibimet letalesque contraxit.

XII. Ideoque humani generis creator et conditor deus, opificii sui naturam prae omnibus emendationemque cognoscens,
 20 illic curam adhibuit medicinae, unde causas morbi principaliter nouerat emanare quicumque, inquires, uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. petulantes oculos notans non tam eos arguit quam illum interiorem sensum, qui officio eorum male utitur
 25 ad uidendum. cor namque est aegrum et saucium libidinis telo quod ad concupiscendum uidet, beneficium intuitus recte sibimet a creatore concessum suo uitio ad operum prauorum ministeria contorquens et in semet ipso reconditum concupiscentiae morbum contemplationis occasione producens. idcirco

21] Matth. 5, 28.

1 nullus *HL* 6 non *distinguit H* distinctionibus *L* 8 somnii *HL*
 9 neglig. *G*¹ 10 ora parturit *H* 11 reconditus *L* febris *H*¹*L*¹ 12 per-
 duxit *H* 13 febris *L* 14 ualetudines *A* ualitudinis *L*¹ 15 collegi *H*¹
 in *om. Ar* neglig. *G*¹ 17 escis saluti contrariis *Lv* humores *L* leta-
 lisque *H*¹ letalesque *L* 18 XI *H* opifici *H*¹ 19 emendationisque *A*
 emendationesque *T* 20 principalis *A* 22 concupiscendam *H*¹ mechatus
*G*¹*H* 23 nutans *H* 25 sauciatum *H* 28 ipsum *A* 29 occasione *H*

ergo huic praecipitur salutare mandatum, cuius uitio pessimus languor uisus occasione procedit. non enim dicitur 'omni custodia serua tuos oculos, quos utique oportuit principaliter custodiri, si ex ipsis concupiscentiae prodiret affectus (nihil enim amplius oculi quam simplex animae praebent uisionis officium), sed dicit: omni custodia serua tuum cor, illi potissimum inposita medicina, quod ubique abuti potest oculorum ministerio.

XIII. Haec igitur erit purgationis huius prima custodia, ut, cum menti nostrae memoria sexus feminei per subtilem suggestionem diabolicae calliditatis obrepserit, primum recordatione praemissa matris, sororum uel parentum seu certe feminarum sanctarum quantocius eam de nostris recessibus extrudere festinemus, ne, si fuerimus in ea diutius inmorati, occasionem sexus semel indeptus inlex malorum ad eas personas exinde subtiliter deuoluat ac praecipitet mentem, per quas noxias cogitationes possit inserere. quamobrem illius praecepti iugiter meminisse debemus: omni custodia serua tuum cor, et secundum dei principale mandatum sollicite serpentis obseruare noxium caput, id est cogitationum malarum principia, quibus serpere in animam nostram diabolus temptat, nec sinamus per negligentiam penetrare in cor nostrum reliquum eius corpus, id est oblectationis adsensum, qui procul dubio, si fuerit intro- missus, morsu uirulento mentem interimet captiuatam. emergentes etiam peccatores terrae nostrae, id est sensus carnales, in matutinis sui ortus nos oportet extinguere, et dum adhuc

6] Prou. 4, 23 (LXX). 18] l. c. 19] cf. Gen. 3, 15. 25] Ps. 100, 8.

1 praecipitur *om. H* 2 occupatione *H* 4 custodire *A* proderit *H¹L¹* procederet *H²* 6 illo *A* 7 utrobique *L* utique *T* potest ad uidendum oculorum *A* 9 XII *H* 10 mentis *L* memoriam *AL* feminae *A* suptilem *AH* suggestionem *A* subiectionem *L* 12 sororis *A* sororumque *HT* 13 quantotius *GH²L* quantotius *H¹* eam de] eandem de *H¹* eandem *L¹* 14 nisi *L¹* inmorari *G¹* demorati *H* occasione *G²H²* occasione *H¹* 15 illex *G²* index *L²* 16 suptiliter reuoluat *A* 17 cogitationis *H¹* 20 malorum *G¹H¹* 21 diabolus *H* 22 neglig. *G¹* corporis *L* 23 oblectationes *H¹L¹* 24 murso uirolento *H¹* interimet *L*

paruuli sunt adlidere filios Babylonis ad petram, qui nisi dum tenerrimi sunt fuerint enecati, adulti per coniuentiam in perniciem nostram ualidiores insurgent aut certe non sine magno gemitu ac labore uincuntur. dum enim fortis, spiritus
 5 scilicet noster, domum suam custodit armatus, recessus cordis sui dei timore communiens, in pace erit omnis substantia eius, id est emolumenta laborum ac uirtutes longo tempore conquisitae. si autem fortior superueniens uicerit eum, id est diabolus cogitationum consensu, arma
 10 eius diripiet, in quibus confidebat, id est memoriam scripturarum uel timorem dei, et spolia eius diuidet, uirtutum scilicet merita per contraria uitia quaeque dispergens.

XIII. Et ut cuncta praeteream, quae in sanctis scripturis ob laudem uirtutis huius inserta sunt (non enim mihi propositum est laudem texere castitatis, sed de qualitate ipsius, uel quemadmodum
 15 uel quemadmodum adquiri et custodiri debeat quae sit finis eius, patrum traditionibus explicare), unam tantummodo ponam apostoli beati sententiam, qua pateat qualiter illam Thessalonicensibus scribens uirtutibus praetulerit uniuersis, tali eam
 20 uerbi nobilitate commendans.

XV. Haec est, inquit, uoluntas dei, sanctificatio uestra. et ne forte dubium nobis relinqueret uel obscurum, quidnam sanctificationem uoluerit appellare, utrum iustitiam an caritatem an humilitatem an patientiam (in omnibus enim
 25 istis uirtutibus creditur adquiri sanctificatio), infert et manifeste designat, quid proprie sanctificationem uoluerit appellare: haec est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abs-

1] Ps. 136, 9. 4] Luc. 11, 21. 8] l. c. 22. 21] I Thess. 4, 3.
 27] l. c. 3—5.

1 babylonis *A* babilonis *H* 2 teneri *H* enecti *H*¹ conibentiam *GL* 3 pernit. *G*¹*L* insurgunt *HL* 4 uincuntur *L* 5 scilicet spiritus *Hv* 6 sui cordis *L* commonens *H*¹ 8 longo] multo *A* conquaesitae *H*¹ 9 uincerit *G*¹*H*¹ diabolus *H* consensum *L*¹ 11 scribaturum *AH* 13 XIII *H* scribturis *A* 14 laude *A* propositum mihi *H* 15 de qualitate] qualitatem *Ar* 16 quemammodum *L* et] uel *AHv* qui uel *G* 18 beati apostoli *Hv* thesalonic. *H* 19 praetulerat *H*¹ 21 XIII *H* 22 uobis reliquerit *L*¹ 24 an *post* caritatem *om.* *L* 26 quod *L*¹

tineatis uos, inquit, a fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in honore et sanctificatione, non in passione desiderii, sicut et gentes quae ignorant deum. uide quibus eam laudibus prosequatur, honorem uasis, id est corporis nostri, et sanctificationem appellans eam. igitur e contrario, qui in passione desiderii est, in ignominia et immunditia consistit et alienus a sanctificatione uersatur. tertio quoque post pauca infert, rursus eam sanctimoniam pronuntians: non enim uocauit nos deus in ignominiam sed in sanctimoniam. itaque qui haec spernit, non hominem spernit sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. auctoritatem praecepto suo inuiolabilem iunxit dicens qui haec spernit, id est quae de sanctimonia praefatus sum, non hominem spernit, hoc est me qui haec praecipio, sed deum, qui in me loquitur, qui etiam spiritui suo sancto cor nostrum habitaculum deputauit. cernis simplicibus uerbis ac puris quibus eam praeconiis quantisque extulerit laudibus, primum uirtuti huic sanctificationem proprie tribuendo, deinde per hanc adserens uas nostri corporis immunditia liberandum, tertio, quod abiecta ignominia et contumelia in honore sit et sanctificatione mansurum: postremo, quae summa est perfecti praemii ac beatitudinis remuneratio, per hanc habitorem pectoris nostri sanctum fore spiritum designauit.

XVI. Et licet ad finem libelli tendat oratio, aliud adhuc simile huic praeter promissum eiusdem apostoli testimonium ponam. ad Hebraeos namque scribens pacem, inquit, sectamini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo

9] l. c. 7—8. 15] II Cor. 13, 3. 16] cf. Eph. 2, 22. 27] Hebr. 12, 14.

1 inquit *AH* 2 suum uas *L* sanctificatione et honore *Lv et Uulg.* 4 ignorant] non nouerunt *L* nides *Ar cf. contra Nestor. IIII, 11, 2* 7 et in immunditia *AL^{2c}* et in ignominia et immunditia *H* 8 rursum *H* 9 deus *om. AG* 10 ignominiam *GHLT*: immunditiam *Av et Uulg.* sanctificationem *Gv et Uulg.* 12 sanctum suum *H* 13 innoxit *H* 14 sanctimonio *H¹* 18 uirtutibus *L¹* 20 ab immunditia *GLv* 21 contumelia *A* 22 summa sit perfectio *H* hac *L¹* 25 XV *H* aliut *A* 26 premissum *S*: cf. pag. 123, 17 27 hebreos *codd.* inquit *H*

uidebit deum. hic quoque euidenter sine sanctimonia, quam solet integritatem mentis uel puritatem corporis appellare, pronuntiauit deum penitus uideri non posse. siquidem et hic similiter infert eundem sensum explanans: ne quis fornicator aut profanus ut Esau.

XVII. Itaque quantum subline caelesteque est praemium castitatis, tanto grauioribus aduersariorum insidiis lacessitur. et idcirco propensius nobis est non solum continentia corporis, uerum etiam contritio cordis adsiduis orationum gemitibus adhibenda, ut elibanus carnis nostrae, quem rex Babylonius incendiis suggestionum carnalium succendere non desistit, descendente in corda nostra rore sancti spiritus extinguatur.

XVIII. Ut enim hanc seniores aiunt adprehendi non posse, nisi prius humilitatis in corde fundamenta fuerint conlocata, ita ne ad fontem quidem uerae scientiae perueniri posse definiunt, donec penetralibus animae nostrae radix uitii huius insederit, et possibile quidem esse integritatem sine scientiae gratia repperiri, impossibile uero scientiam spiritalem sine integritatis castimonia possideri, quia et diuersa sunt dona et non omnibus una gratia spiritus sancti tribuitur, sed ad quam se unusquisque studio uel industria sua dignum aptumque praebuerit. denique cum in omnibus apostolis sanctis uirtus integritatis perfecta fuisse credatur, abundantius tamen scientiae donum exuberauit in Paulo, quia se ad hanc aptum sollerti studio atque industria praeparauit.

XVIII. Fertur sancti Basili Caesarionensis episcopi districta sententia: et mulierem, inquit, ignoro, et uirgo non sum. in tantum intellexit incorruptionem carnis non tam in mulieris

4] l. c. 16. 10] cf. Dan. 3.

6 non distinguit II 8 ante et in II cap. 16 incipit 9 assiduis AL
10 babylonius A babilonius II 11 suggestionum A descendente in
corde H¹ 13 XVII H aiunt seniores hanc A 14 collocata GSL
16 penetralibus G: penetrabilibus AII²LS penetrabilibus H¹ 17 insiderit S
esse om. A integritatem corporis L scientiae gratia] scientia A 18 re-
pperiri G²III 20 distribuitur L 21 quisque studio . . . VII, 1 erga
deum te extant in C 23 scientia L 24 solerei H¹ solerti L 25 ad-
que C 26 non distinguit H fertur . . . epis euan. in C basili A¹: basili
A²GIIIT cessariensis H districta CG¹L¹ 27 inquit CHT: om. A

esse abstinentia quam in integritate cordis, quae uere incorruptam perpetuo sanctimoniam corporis uel timore dei uel castitatis amore custodit.

XX. Itaque hic est integritatis finis ac perfecta probatio, si quiescentibus nobis titillatio uoluptatis nulla subreperit ac pro necessitate naturae nobis inconsciis concrectiones egerantur obscenae. quas sicut abscidere per omnia et in perpetuum amputare supra naturam est, ita reuocare ad ineuitabilem rarissimamque naturae necessitatem summae uirtutis est, quae pulsare monachum duobus interpositis mensibus solet. quod tamen dictum sit secundum nostram experientiam, non secundum sententiam seniorum, a quibus etiam hae memorati temporis induciae admodum iudicabantur angustae, ne, si hoc modo quo ab ipsis percepimus uoluerimus exponere, his forte, qui pro neglegentia sua uel remissione studio puritatem hanc minus experti sunt, incredibilia uel impossibilia descripsisse credamur.

XXI. Quem statum ita tenere perpetuo poterimus ac nunquam naturalem modum nec tempus excedere superius comprehensum, si deum non solum secretorum actuum nostrorum, uerum etiam cogitationum cunctarum diurnum pariter nocturnumque inspectorem esse et conscium cogitemus, ac pro omnibus quae in nostro corde uersantur, sicut pro factis et operibus nostris, rationem nos ei reddituros esse credamus.

XXII. Huc usque igitur festinandum est nobis et eo usque aduersus animae motus uel carnis incentiua pugnandum, donec

1 abstinentiam *A* in s. l. *GH* integritatem *A* incorruptum *C*
 2 perpetuo *om.* *H* dñi *H* 3 amorem *L*¹ 4 XVIII *H* itaque . . . ac
euang. in C 5 uoluntatis *H* 6 concrectionis *H*¹ 8 amputare *A* super *L*²
 10 interpositis *H* 11 sitam *H* peritiam *L* 12 quibus] senioribus
 enim *A* he* *G* haec *H*¹ 13 induciae *H* iudicabantur *AG*²*T*¹ in-
 dicabantur *L* ne si *S*²: nisi *CAGS*¹*L* si *HT* 14 quod *L* perci-
 pimus *L*¹ recepimus *ex* recipimus *H* is *L* 15 negligentia *G*¹ negle-
 gentiã suã *L*¹ remissione *G*¹*T* remissiori *L* *ex corr.* remissione
 studii *A* 16 descripsisse *A* discipississe *G*¹*H*¹ 18 XVIII *II* non
distinguit A quem . . . perpetuo po *euang. in C* perpetuo tenere *AIIT*
 20 nisi *A*. 21 cunctarum] internarum *Ar* diuturnum *H*¹ 25 XXI *A*
non distinguit H huc usque . . . est no *euang. in C* nobis est *S* 26 animi *S*

ista carnis condicio necessitatem naturae expleat, non suscitet uoluptatem, concretam exuberantiam sine ullo pruritu noxae propellens, non pugnam suscitans castitati. ceterum mens, dum adhuc dormiens in agnitione deluditur, nouerit se necdum
 5 ad integram perfectionem castitatis excoctam.

XXIII. Igitur ut inlusiones hae ne dormientibus quidem nobis subrepere ualeant, aequale moderatumque est semper tenendum ieiunium. quisquis enim mensuram districtio-
 10 nis excesserit, necesse est ut modum quoque remissionis excedat. qua inaequalitate detentus ab hoc tranquillitatis planissimo statu sine dubio reuocabitur, nunc quidem nimia inanitate defectus, nunc autem cibo propensiore distentus. cum in-
 15 mutatione siquidem refectionis qualitatem quoque puritatis nostrae necesse est inmutari. deinde iugis humilitas ac patientia cordis adhibenda perpetuo est atque intenta aduersus iram uel ceteras
 20 passiones per diem cautio. ubi enim furoris insidet uirus, libidinis quoque necesse est incendium penetrare. ante omnia uero peruigil necessaria est sollicitudo nocturna. nam sicut puritas et custodia diei nocturnam praeparant castitatem, ita
 nocturnae uigiliae cordi pariter et obseruationi diurnae statum solidissimum roburque praemittunt.

1 conditio *GLS* necessitatis *L*¹ 2 uoluntatem *H* pruritu *H*¹
 noxae *G*²*H*²*S*²: noxiae *C* ut *uid. et S*¹ noxiamque *AG*¹*H*¹*L* 3 casti-
 tati uoluntatiq. *H* 5 integrum *L* perfectione *L*² excoctamq. peruenire *H*
 6 *XXII A* *XX H* igitur . . . dormien *euan. in C* ut *om. L* 7 subre-
 pere *CG*¹: subripere *rell.* semper est *L* 8 districtio-
 nis *H*¹ 9 utut *H*¹ 10 quia *H*¹*L*² plenissimo *Ar* 12 prosperiore *L*
 inmutatione *L* 14 inmutari *CL* 15 adque intanta *C* 16 passiones ceteras *H*
 insidet *C* insederit *ex* insiderit *L* 18 peruigili *C* peruigil *A* 19 et]
 ex *A* 20 obseruationis *G*² obseruatione *H*¹*L*¹ diurnae *H*¹ 21 ro-
 borque *G*¹*H*¹ praemittunt. *INCP · DEFILARGYRIA · LIB · VII · sic C, in quo*
capitulatione omissa statim libri VII capitulum primum sequitur Ex-
 plicit de spū fornicationis (de fornicatione *L*) liber VI (sextus *GH*: *om. A*)
AGHL Incipit de spū filargyriae *A* Incipit de filargiria liber septimus *H*
 Incipit de spū fylargirię liber VII *L*: *om. G hoc loco* Incip̄ capit̄ libri
 sequent̄ *G* Incipiunt capitula eiusdem libri *L*: *om. AH*

LIBER SEPTIMUS.
DE SPIRITU FILARGYRIAE.

CAPITULA.

- I. Quod peregrinum sit bellum filargyriae et eadem non sit
in homine naturalis ut cetera uitia. 5
- II. Quam perniciosus sit morbus filargyriae.
- III. Quae nobis in uitis naturalibus sit utilitas.
- III. Quod inesse nobis quaedam naturalia uitia sine crea-
toris dicamus iniuria.
- V. De uitis quae extra naturalem motum nostro uitio con- 10
trahuntur.
- VI. Receptus semel filargyriae morbus quam difficile pellatur.
- VII. Quibus initiis filargyria generetur uel quantorum ma-
lorum sit eadem procreatrix.
- VIII. Quod filargyria omnes uirtutes impediat. 15
- VIII. Quod monachus habens pecunias in coenobio permanere
non possit.
- X. Quem filargyriae laborem subeat desertor monasterii, qui
ante pro leuissimis operibus murmurabat.
- XI. Quod occasione custodiendae pecuniae feminarum con- 20
tubernia requirantur.
- XII. Exemplum cuiusdam tepidi monachi filargyriae laqueis
obligati.
- XIII. Quid conferant seniores iunioribus in denudatione
uitiorum. 25
- XIII. Quibus exemplis morbus filargyriae triplex esse doceatur.
- XV. Male renuntians a non renuntiante quo differat.

4 nobis sit *II* hilum *A*¹ filargyriae *H* (*passim*) fylargyriae *L*
(*passim*) 5 ut *HLT*: sicut et *A* 6 perniciosus *L* moribus *L*¹
7 naturalis *A* 8 insint *A* 9 ducamus *L om. A* 10 modum *L*
13 inuitis *H* uitis *v* fylargyriae *L* 16 pecuniã *L* 18 labore *L*
qui ante] quante *H* 20 occasiones *H* 21 requirentur *H* 22 exem-
plum enim *H* 23 est obligatus *H* 24 conferunt seniorib. *H* emen-
datione *H* 26 moribus *H* 27 a *om. H* quod *L*

XVI. Cuius testimonii se colore tueantur, qui exui facultatibus suis nolunt.

XVII. De renuntiatione apostolorum et ecclesiae primitinae.

XVIII. Quod, si apostolos imitari uelimus, non debeamus nostris definitionibus uiuere, sed illorum exempla sectari.

XVIII. Sententia sancti episcopi Basili aduersus Syncretium prolata.

XX. Quam ignominiosum sit a filargyria superari.

XXI. Quemadmodum superanda sit filargyria.

XXII. Quod possit quis etiam non habens pecunias filargyrus iudicari.

XXIII. Exemplum de Iuda.

XXIII. Quod filargyria nisi nuditate nunci non possit.

XXV. De exitu Annaniae et Sapphira et Iudae, quem filargyria impellente subierunt.

XXVI. Quod filargyria lepram animae inferat spiritalem.

XXVII. Testimonia de scripturis, quibus perfectionem desiderans edocetur non resumere quae renuntians abdicauit.

XXVIII. Quod aduersus filargyriam uictoria non aliter possit nisi nuditate conquiri.

XXVIII. Quemadmodum possit nuditas a monacho retentari.

XXX. Remedia contra morbum filargyriae.

XXXI. Quod non possit quis filargyriam uincere nisi in coenobio perseuerans, et quemadmodum possit ibidem permanere.

1 se colere *H* colore se *A* colore (*om. se*) *L* quiq. *H* 3 ecclesiae *A*
 primitiuorum *L* 4 ap^ost^ol^os *H* uellimus *H* debeamus *LT*: deberemus *A*
 debemus *Hr* 5 definitionibus *H* difin. *L* 6 basili *AT*: basillii *HL*
 sincretium *L* senclitium *T* 8 sit *om. L* 9 quemadmodum *L* 10 filar-
 girus *H* fylargicus *L* 13 nisi in *H* posse *H* 14 sapphyrae *A*
 saffyre *H* saffire *L* et Iudae *om. A* philargyria *L* filargyria . . .
 16 quod *om. H* 15 implente *L* 16 philargyria *L* libram *L*¹ 17 scrib-
 turis *AH* 19 phylargyriam *L* (*passim*) uictoria *L* aliter non *H*
 21 monacho nuditas (*om. a*) *A* 23 in *om. HL* 24 permanere. Finiunt
 capitula de spū filargyriae *A* Expliciunt capitula *L*: *om. GH* Inc, liber *A*
 Incipit de spū h^{el}l^{el}argyriae liber septimus *G* Incipit***** liber de phylar-
 gyria *L*: *om. H*

I. Tertius nobis conflictus est aduersus filargyriam, quam nos amorem pecuniarum possumus appellare, peregrinum bellum et extra naturam nec aliunde in monacho sumens principium quam de corruptae ac torpidae mentis ignauia, et plerumque initio abrenuntiationis male arrepto et erga deum tepido amore fundato. cetera namque uitiorum incitamenta humanae inserta naturae uelut ingenita uidentur in nobis habere principia, et quodammodo inuiscerata carni ipsique propemodum coeua natiuitati discretionem boni malique praeueniunt, et licet prima arripiant hominem, longo tamen labore uincuntur.

II. Hic uero morbus posterius superueniens et extrinsecus accedens animae quanto facilius caueri potest ac respui, tanto neglectus et intromissus semel cordi fit perniciosior cunctis difficilisque propellitur. malorum namque omnium efficitur radix, multiplices fruticans fomites uitiorum.

III. Ut puta carnis simplices motus nonne uidemus non solum in pueris, in quibus adhuc innocentia boni malique praeuenit discretionem, uerum in paruulis atque lactantibus? qui cum ne initium quidem ullius libidinis in semet ipsis habeant, motus carnis naturali incitamento sibi inesse designant. irae quoque aculeos truces nonne similiter in paruulis iam uigere conspiciamus, et antequam patientiae uirtutem agnoscant, iniuriis eos cernimus commoueri et uerborum sentire etiam per iocum contumelias inrogatas? ac nonnumquam, cum desint uires, uoluntas tamen ultionis ira instigante non deest. nec hoc dico quo uocem naturam conditionis in culpam, sed quo adseram motus hos, qui procedunt ex nobis, quosdam quidem utilitatis causa nobis insertos, quosdam uero negligentiae uitio ac malae

14] I Tim. 6, 10.

1 I om. L tertius . . . 2 amorem pe euan. in C est conflictus L filargyriam GH (ita H passim) fylargyriam L 4 turpidae CL turbidae H 5 renuntiationis A 6 post fundato in H cap. 2 incipit 10 arripiant G¹ 11 III H intrinsecus L¹ 12 accidens G²LSr 13 pernit. L 15 fructificans HLTv 16 non distinguit H · motos L¹ 17 et mali H 19 nec H 20 motos H¹ tamen carnis H 21 iam om. G 24 contumelias] iniurias Ar 23 conditionis (ita codd.) . . . adseram om. H 28 causam L¹ in nobis H

uoluntatis arbitrio extrinsecus introduci. namque hi quos supra
diximus motus carnales ob reparationem subolis et posteritatis
propaginem suscitandam utiliter sunt corpori nostro prouidentia
creatoris inserti, non ad perpetranda flagitia stuprorum et adul-
5 teria, quae legis etiam auctoritate damnantur. irae etiam acu- 3
leos nonne saluberrime nobis intellegimus adtributos, ut nostris
uitiis et erroribus indignantes uirtutibus potius ac spiritalibus
studiis occupemur, omnem caritatem deo et patientiam nostris
fratribus exhibentes? tristitiae quoque utilitas quanta sit no-
10 uimus, quae inter cetera uitia, cum in contrarium affectum
est mutata, numeratur. est enim et secundum dei timorem
pernecessaria et secundum saeculum admodum pernicioosa, ut
docet apostolus dicens: quae enim secundum deum est
tristitia, paenitentiam ad salutem stabilem operatur:
15 saeculi autem tristitia mortem operatur.

III. Non ergo, si dixerimus hos motus a creatore nobis in-
sertos, ex eo culpabilis ille uidebitur, si nequiter his abusi
maluerimus eos ad noxia potius ministeria detorquere, et ue-
limus pro infructuosis ac saecularibus lucris, non pro salutari
20 paenitentia et uitiorum correctione tristari, uel certe si non
nobismet ipsis utiliter, sed contra interdictum domini nostris
fratribus irascamur. et si ferrum quis ad necessarium et utile
ministerium contributum ad necem uoluerit insontium detor-
quere, non ex hoc infamabit materiae conditorem, si, quod
25 ille ad usum bene uiuendi aptum ac necessarium praestitit,
iste hoc usus est ad nocendum.

V. Dicimus tamen quaedam uitia sine ulla praecedente natu-
rali occasione concreescere, sed solius corruptae ac malae

13] II Cor. 7, 10. 21] cf. Matth. 5, 22.

1 intrinsecus *L* introductos *Ar* hii *H¹T* hi namque *Av* 2 sobolis
GH²Lv prosperitatis *L* 6 adtributus *H¹* 7 uitis *H¹* irascentes *Av*
8 dño *H* 10 cum *et* 11 prius est *om. A* 11 motata *H¹* muneratur *T* con-
numeratur *Av* et *om. L* 12 sc̄m *G* seculum *L* ammodum *L* pernit.
GL 13 docet] docens *H¹* 14 penitentiam *GH* 16 motos *H¹* insertos
nobis *Ac* 17 abuti maluerimus *H¹* 18 uellimus *G¹H¹* 19 seularim? *G¹*
20 penitentia *G* penit. *H* paenitentiae *L* correptione *GH²* corrup-
tione *H¹* 21 nostri *Lr* 22 ut si *H²* 23 misterium *H* innocentium *H*
24 infamauit *L* 26 est] sit *L* 27 praecedente *GT*: praecedenti *AHL*

uoluntatis arbitrio, ut est inuidiae ipsiusque etiam filargyriae: quae cum nulla habeant in nobis de naturali instinctu principia, extrinsecus contrahuntur. quae tamen quantum facilia sunt ad cauendum et oportuna ad declinandum, tantum occupant mentem atque possessam miseram faciunt uixque ad sanitatis concedunt remedia peruenire, siue quod non merentur curari celeri medicina qui ab his sauciati sunt, quos uel ignorare uel uitare uel facillime uincere potuerunt, uel certe quod male fundati uirtutum structuram et perfectionis suscipere culmen indigni sunt.

VI. Quamobrem nulli uilis despectusque uideatur hic morbus, qui sicut potest perfacile declinari, ita si quemquam possederit, ad sanitatis remedia uix peruenire concedit. receptaculum namque est uitiorum malorumque omnium radix, et inextricabilis nequitiae fomes efficitur dicente apostolo: radix omnium malorum est filargyria, id est amor pecuniae.

VII. Haec igitur cum remissam tepidamque monachi possederit mentem, primitus eum in exigua summa sollicitans iustos quosdam et uelut rationabiles ei colores, ob quos uel reseruare sibi aliquid pecuniae debeat uel parare, describit. nam et ea quae praebentur in monasterio queritur non esse sufficientia et sano robustoque corpore uix posse tolerari. quid faciendum si ualitudo mala carnis emerit et reconditum non fuerit aliquid peculiare, quo sustentetur infirmitas? praestationem monasterii esse pertenuem et negligentiam erga aegrotantes maximam. si proprium aliquid non fuerit quo cura corporis ualeat adhiberi, misere esse moriendum. ipsum etiam uestimentum non sufficere quod praebetur, nisi procurauerit

15] I Tim. 6, 10.

1 uoluntatis *H* fylargyriae *L* 2 instrictu *H*¹ 6 sanitatum *L*
 remedia concedunt *H* 7 qui] quia *L* his ipsis *H* quos *AGS*¹*L*:
 quae *S*²*HTv* 11 non distinguit *H* despectusque *AG*²*H*¹*L*¹ 12 pos-
 siderit *AL*¹*S*¹ 15 fomis *AL*¹ 16 est post malorum *om.* *AH*¹ filar-
 giria *H* fylargyria *L* 17 VI *H* possederit (possiderit *H*¹) monachi *He*
 18 eam *L* exiguam *L*¹ 20 aliquid *L*¹ 21 quaeritur *AH*¹*L* 25 mona-
 sterii *om.* *AHT*: *rasura longior in L* negligentiam *G*¹ 26 si proprium
 si *L* 27 moriendum fame *H*

unde sibi aliud ualeat exhibere. postremo nec diu posse in eodem loco uel monasterio commorari, et nisi parauerit sibi uiatici sumptus euectionisque transmarinae mercedem, non posse cum uoluerit transmigrare, et necessitate inopiae coartatum laboriosam ac miserabilem absque ullo profectu uitam iugiter toleraturum, inopem quoque se semper ac nudum non sine inproperio aliena substantia sustinendum. itaque cum huiusmodi cogitationibus laqueauerit mentem, qualiter unum saltem denarium acquirere possit excogitat. tum peculiare opus, quod exerceat abbate nescio, sollicita mente perquirat. quod uendens clam et optato tandem potitus nummo, qualiter eum duplicet, acrius uehementiusque torquetur, ubi reponat cuius eum credat ambiguus. deinde quid ex eo coemere qualique illum commercio ualeat duplicare, cura grauiore distenditur. cumque illi et hoc ex uoto cesserit, audior fames adcrescit auri tantoque uehementior suscitatur, quanto etiam summa lucri maior adponitur. cum pecuniae etenim incremento rabies cupiditatis augetur. tum deinde uita longaeua promittitur, senectus incurua, infirmitates diuersae atque prolixae, quae, nisi maior summa in iuuentute fuerit praeparata, tolerari in senecta non possunt. agitur itaque infelix anima serpentinis nexibus obligata, dum materiam male concretam nequiore cura concupiscit augere, pestem sibi qua diutius inflammetur ipsa parturiens, totaque lucri cogitatione possessa nihil aliud respicit cordis intuitu quam unde pecuniam parare ualeat, per quam possit de monasterii disciplina quantocius euolare, nullam exhibens fidem, ubi potuerit nummi spes aliqua refulgere. pro hac non mendacii, non periurii, non furti facinus admittere perhorrescit,

1 aliud *A* 4 uoluerint *H*¹ cohortatum *L* 6 tolleraturum *G*¹ se quoque *AHTc* 7 sustentandum *AHTv*: cf. p. 140, 26 post sustentandum in *A* cap. 8 incipit 8 eius laqueauerit *L* 9 excogita**tū* (*t eras.*) *L* peculiariter *H* 10 abbatem *L*¹ nesciente *H* uindens *A* 11 obtato *H*¹ potius *H*¹*LT*¹ 12 eum] illud *A* 13 emere *L* illud *A* eum *HTv* commercio *G* commercio *H*¹ comertio *L* 14 grauiori *H* 15 famis *G*¹*H*¹*L* uehementius *HLv* 17 mento . . . pag. 134, 21 contentus non extant in *C* 18 tunc *L* 19 adque *C* 20 senectute non possit *H*, in quo statim cap. 7 incipit 22 nequiori *H* 23 diutius inflammetur *L* 24 aliud *A* intuitu] intuit *C* 26 quantotius *GHL* 27 mendacii crimen *H* 28 amittere *L*

non fidem frangere, non iracundiae noxio furore suppleri, si
 quoquam a spe quaestus deciderit, non honestatis, non humi-
 litatis modum transcendere pertimescit, fitque ei per omnia, ut
 aliis uenter, ita huic aurum et spes lucri pro deo. unde beatus
 apostolus huius morbi noxia uenena prospiciens non solum eam
 radicem esse omnium malorum, uerum etiam idolorum serui-
 tutem pronuntiauit dicens: et auaritia (quod in Graeco dicitur
 6 φιλαργυρία), quae est simulacrorum seruitus. cernis igitur
 ad quantam labem rabies haec per gradus singulos crescat, ut
 etiam idolorum uel simulacrorum seruitus apostoli uoce pro-
 nuntietur, eo quod figura dei et imagine praetermissa, quam
 deuote seruiens deo immaculatam in semet ipso debuit custo-
 10 dire, hominum figuras impressas auro diligere pro deo maluit
 et tueri.

VIII. Talibus igitur decessionum profectibus in deterius
 crescens nullam deinceps humilitatis, nullam caritatis, nullam
 oboedientiae non dicam uirtutem, sed ne umbram quidem re-
 tinere contentus indignatur ad omnia et ad singula opera
 murmurat atque suspirat, nullaque iam reuerentia reseruata
 uelut equus durissimus ad praecipitium fertur infrenis: nec
 20 uictu cotidiano nec solito indumento contentus non se diutius
 haec toleraturum esse testatur deumque non ibi solummodo
 esse proclamat nec salutem suam in illo tantum loco esse
 conclusam, unde si quoquam se non celerius asportarit, peri-
 turum protinus grauiter ingemescit.

VIII. Itaque instabilitatis suae uiaticum habens nummos,
 in quorum praesidio alarum sibi instar aptauit, iamque ad

7] Col. 3, 5.

1 noxium furorem supplere *H* 2 ab *HL* ob spē *T* decederit *H*¹
 3 pertimiscit *A* 6 esse *om.* *H* 7 greco *codd. praeter CA* 8 filargyria
CAG filargiria *H* fylargiria *L* quae] quod *L* simulacrorum serui-
 tus est *A* itaque *H* 11 figuram *L*¹ imaginem praetermissam *L*¹
 12 immaculatam *CGSL* 14 et intueri *HT* 15 non *distinguit A* tali-
 bus . . . profec *euang. in C* discessionum *G* descessionum *T* 17 ueri-
 tatem *H* quidem] quidem uirtutis *Gv* 18 indignatus *C* indignantur *G*¹
 19 adque *C* 20 durissimus] indomitus *H* 21 uicto *H*¹ 22 tolleratu-
 rum *G*¹ esse] ipse *H* deum (dñm *H*) quoque *AHTc* solummodo ibi *L*
 25 protinus *om.* *G* grauiter *om.* *Ar* ingemescet *A* ingemiscit *H*²*L*²

transmigrandum paratus insolenter ad omnia praecepta re-
 spondet, et tamquam peregrinum extraneumque se gerens,
 quaecumque indigentia correctione perspexerit, negligit atque
 contemnit. cumque furtim possideat reconditam pecuniam, ne 2
 5 calciamenta quidem ac uestimenta se habere conqueritur darique
 sibi tardius indignatur. ac si forte dispensatione senioris ei
 prius, qui nihil penitus habere cognoscitur, aliquid horum fuerit
 inperitum, maioribus irae stimulis inardescit seque despici
 ueluti extraneum putat, nec ad ullum opus manus suas adcom-
 10 modare contentus reprehendit omnia quae necessario fieri mo-
 nasterii compellit utilitas. deinde occasiones quibus offendi uel
 irasci debeat studiose perquirat, ne leuiter motus de coenobii
 disciplina uideatur exire. nec solus tamen transmigrare con- 3
 tentus, ne tamquam suo uitio deseruisse credatur, quantos
 15 potuerit susurrationibus clandestinis deprauare non desinit.
 quodsi etiam temporis asperitas itineris seu nauigationis eius
 intercluserit commeatum, per omne illud tempus suspenso
 anxioque residens corde tristitias serere uel excitare non cessat,
 discessus solacium et excusationem leuitatis non se aliter cre-
 20 dens quam nota uel macula monasterii reperturum.

X. Agitur itaque facibus pecuniarum suarum magis ac magis
 accensus, quae possessae numquam monachum uel in mona-
 sterio residere uel uiuere sub regulae institutione permittunt.
 cumque exinde eum uelut feralis quaedam bestia de coetu
 25 gregis separans pecus oportunum praedae destitutione sodalium
 fecerit et deuorationi facilem contubernii priuatione reddiderit,
 eum, qui prius opera monasterii leuia exercere despexerat, die
 ac nocte spe quaestus infatigabiliter laborare compellit: non
 orationum sollempnia, non ieiuniorum modum, non uigiliarum

1 insolenter *L*¹ respondit *A* 3 correptione *H* 4 nec *LTv* 5 se
 om. *A* conqueritur *H*¹*L* 7 cognoscetur *H*¹ 8 stimulis inardescit]
 incitatur stimulis *A* despici *H*¹*L*¹ 9 uelut *L* cōmodare *A* 10 mo-
 nasterio *L*¹ 11 occasiones *H* 15 poterit *G*² susurrationibus *H*
 glandestinis *L* desinet *A* 17 cūmeatum *L*¹ illud *A* 19 solatium *HL*
 excussationem *H*¹ excusationis leuitatem *A* 20 reperiturum *H*¹ 21 fo-
 mitibus *H* 24 bistea *A*¹ 25 segregans *Av* destitutione *G*¹*H*¹ 26 facile *H*
 27 monasteri *H* dispexerat *AG*² 28 spei *L* 29 sollempnia *H*¹

regulam custodire permittit, non honestarum intercessionum explere officia sinit, dummodo uel auaritiae rabiem satiare uel cotidianis usibus possit occurrere, cupiditatis ignem, dum acquirendo extinguendum credit, accendens.

XI. Hinc iam nonnulli per abruptum praecipitium lapsi in-
reuocabili ruina feruntur ad mortem, et non contenti soli
possidere quas uel numquam habuerant uel initio malo reser-
uarant pecunias inquirunt contubernia feminarum, quae debeant
ea quae male congesta uel retenta sunt custodire. tantisque
se occupationibus noxiis ac perniciosis inuoluunt, ut usque ad
profundum inferi deuoluti, dum adquiescere illi apostolicae sen-
tentiae rennuunt, ut habentes uictum et uestimentum
his sint contenti quae monasterii frugalitas exhibeat, sed
uolentes diuites fieri incidant in temptationem et
laqueum diaboli et desideria multa et inutilia et no-
xia, quae mergunt homines in interitum et perdi-
tionem. radix enim omnium malorum est cupiditas,
id est filargyria, quam quidam adpetentes errauerunt a
fide et inseruerunt se doloribus multis.

XII. Non ignoro quendam, qui semet ipsum autumat mo-
nachum sibi que (quod est deterius) de perfectione blanditur.
qui receptus in coenobio cum a suo moneretur abbate, ne re-
uolueretur ad illa quae renuntians abdicarat, seseque de radice
omnium malorum filargyria terrenisque laqueis expediret, ac,
si mallet pristinis passionibus emundari, quibus eum grauissi-
me singulis momentis uidebat urgueri, cessaret adfectare ea

12] I Tim. 6, 8. 14] l. c. 9—10.

2 dummodū *G* 5 hic *H*¹ lapsi *A* 6 solum *L* 7 quae *A*
habuerunt *L* reseruarēnt *H* reseruauerant *Lc* 9 retinenda *H* sunt
uel retenta *A* 10 pernit. *GL* 11 inferni *HT* sententia *L*¹ 12 re-
nuunt *G*² rennuunt *H* uestitum (*ita et T*) his contenti sint *A* 13 ex-
hibeat *G*¹*H*¹*Tr*: exhibet *A* exhibebat *G*²*SH*²*Lc* 14 incedant *H*¹ in-
cidunt *L* temptatione *A* 15 diabuli *H*¹ multa] mala *H* et inutilia
et noxia *GHT*: et noxia et inutilia *L* inutilia et nociua *A et Uulg.*
16 et in perditionem *H* 18 filargyria *H ut solet* fylargyria *L* 21 sibi
quoque *L* 23 abdicauerat *H* 24 fylargyria *L* expediret] eripere
festinaret *A* 25 mallit *H*¹ grauissimis *L* 26 urgeri *GH*

quae ne antea quidem possederat, quorum nexibus conpeditus ad purgationem uitiorum suorum sine dubio peruenire non posset, truculento uultu eidem respondere non haesitauit: si tu habes plurimos unde sustententes, me similiter habere cur prohibes?

5 XIII. Haec autem nemini uideantur uel superflua uel molesta. nisi enim prius exposita fuerint genera uulnerum et origines causaeque morborum fuerint indagatae, nec infirmis poterit adhiberi congrua medicinae curatio nec ualidis conferri perfectae custodia sanitatis. nam et haec et multo his plura ad instruc-
10 tionem iuniorum solent a senioribus, qui innumeros diuersorum casus ac ruinas experti sunt, in conlotione proferri. quorum multa saepenumero cognoscentes in nobis, ita senioribus exponentibus ac reuelantibus, uelut qui isdem ipsi quoque passionibus pulsarentur, absque confusionis nostrae nerecundia
15 curabamur, cum et remedia pariter et causas infestantium nos uitiorum taciti disceremus. quae nos non fraternitatis ueriti corpus uel obteximus uel praeteriuimus, sed ne forte delapsus liber in manus eorum, qui in hoc proposito minus instituti uidentur, patefaciat inexpertis, quae desudantibus solis ac festi-
20 nantibus culmen perfectionis adtingere debent esse conperta.

XIII. Triplex itaque est huius ualitudinis morbus, qui ab uniuersis patribus aequali detestatione damnatur: unus hic, cuius superius descripsimus labem, qui decipiens miserabiles quosque ea, quae ne ante quidem cum in saeculo degerent
25 possidebant, congerere persuadet: alius qui haec, quae in primordiis suae renuntiationis abiecerant, post haec resumere ac

1 ne^c *G* ante *HT* possiderat *AG¹L¹* quorum sine dubio nexibus *AHr* impeditus *A* 2 sine dubio *GLT*: penitus *Ar* omnino *H* peruenere *H¹* possit *A* (*ex corr.*) *H¹* 3 respondisse *AHT* non haesitauit *om. A* haesitauit *H* 4 unde plurimos *Ac* 6 enim *om. A*: *cf. 25, 1. VIII, 8, 3. 18, 2. 20, 2* fuerit *L* 7 potest *A* adhibere *H* 8 ualentibus *A* 9 multo et *H* institutionem *H* 11 causas *H¹* collatione *L* 12 agnoscentes *H* 13 hisdem *AG¹* ipsi *om. L* 14 confusione *L* uerecundiae *L* 15 curabantur *L¹* 16 non *om. A* 17 sed *om. A* dilapsus *A* 19 inexpertus *A¹* inexpertis ea *H* ac] et *H* solis ac festinantibus *om. L* 21 namque *L* ualitudinis *A* 23 descripsimus *A* 24 antea *AL^{2v}* 25 congerere *GL*: congregare *AHT^v* *cf. III, 14 tit.* persuadit *A* 26 conuersionis abiecerat *A* postea *Av* sumere *H*

rursum desiderare compellit: tertius qui initio malo uitiosoque
 contractus et ab imperfectione incipiens eos, quos semel hoc
 tepore mentis infecerit, paupertatis ac diffidentiae timore per-
 territos spoliare se cunctis mundi facultatibus non sinit, eosque
 pecunias uel substantias, quas utique renuntiantes abicere de-
 buerant, reseruantes ad euangelicam perfectionem numquam
 peruenire concedit. quarum trium ruinarum exempla etiam in
 scripturis sanctis inuenimus non leui poena fuisse damnata.
 2 nam Giezi ea quae ne ante quidem possederat uolens acquirere
 non modo gratiam prophetiae possidere non meruit, quam per
 successionem uelut hereditariam a suo habuit magistro susci-
 pere, uerum etiam e contrario aeterna lepra sancti Helisaei
 maledictione perfunditur, Iudas autem uolens resumere pecunias,
 quas antea Christum secutus abiecerat, non solum ad prodi-
 tionem domini lapsus apostolatus gradum perdidit, sed etiam
 uitam ipsam communi exitu finire non meruit eamque bio-
 thanati morte conclusit, Annanias et Sapphira reseruantes
 partem quandam ex his quae possederant apostolico ore morte
 multantur.

XV. De his igitur, qui dicentes renuntiasse se huic mundo
 rursus incredulitate fracti nudari terrenis opibus timent, in
 Deuteronomio mystice praecipitur: si quis est homo formi-
 dolosus, et corde pauido, non egrediatur ad bellum: uadat,
 et reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda
 fratrum suorum, sicut et ipse timore perterritus est.
 hoc testimonio quid euentius quaeso? nonne manifeste mauult

9] cf. III Reg. 5, 27. 13] cf. Matth. 27, 5. 17] cf. Act. 5, 5 et 10.
 22] Deut. 20, 8.

1 rursus *HL* 3 tempore *H¹L* infecerit *A* inficeret *II¹* perter-
 ritus *H¹* 4 sinit *A¹H¹* eas qui *H* 5 abiecere *G¹H¹* 7 contendit *G*
 8 scribituris *AG* 9 possiderat *AG¹* 10 profetae *AG* non meruit pos-
 sidere *Av* quem *L* 11 heredit. *G* 12 lepra aeterna *AHT* helisei
GHL 13 maledictionem *II¹* autem *om. A* 14 sequutus *G¹* ob
 traditionem *H* 15 lapsus *A* gradum perdidit apostolatus *AHT*
 16 ipsam] suam *H* eamque] sed eam *A: om. T* 17 more *L* ana-
 nias *GT* saffira *G* saffyra *HL* 18 possiderant *AG¹II¹L¹* morte
om. A 19 mulcantur *A²* 20 se *om. AT* 21 in incredulitate *L*
 22 homo *om. H* 25 et ipse] ipse *A et Uulg.* 26 manifestem *G¹*

eos scriptura professionis huius nec initium sibimet usurpare
 nec nomen, quam exhortatione exemploque corrupto etiam alios
 ab euangelica perfectione reuocare et infideli infirmare terrore?
 iubetur itaque eis ut discedentes e pugna reuertantur in domum 2
 5 suam, quia non potest quisquam duplici corde bella domini
 proeliari (uir enim duplex animo inconstans in omnibus
 uis suis), et cogitantes secundum illam euangelii parabolam
 eum, qui cum decem milibus progreditur, contra regem cum
 uiginti milibus uenientem non posse configere, adhuc eo longe
 10 posito postulent pacem, id est ut ne initium quidem renun-
 tiationis arripiant potius quam tepide eam post exsequentes
 maiori discrimine semet inuoluant. melius est enim non
 uouere, quam uouere et non reddere. pulchre autem 3
 hic cum decem milibus et ille cum uiginti uenire describitur.
 15 amplior enim impugnantium nos uitiorum numerus est quam
 uirtutum pro nobis dimicantium. nemo autem potest deo ser-
 uire et mamonae, nec ponens quisquam manum suam
 super aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.

XVI. Hi ergo occasionem auaritia^e pristinae sibimet intro-
 20 mittere quadam scripturae sanctae auctoritate conantur, quam
 uitiosiore intellectu interpretantes apostoli, immo domini sen-
 tentiam corrumpere atque ad suum desiderium gestiunt de-
 prauare. non suam uitam uel intellectum scripturarum sensui
 coaptantes, sed uim scripturis pro desiderio suae libidinis in-

6] Iac. 1, 8. 8] cf. Luc. 14, 31—32. 12] Eccles. 5, 4 (LXX).
 16] Matth. 6, 24. 17] Luc. 9, 62.

1 scribitura *AG* 3 euangelica *L* 4 discedentes *A* discedentes *H*¹
 descendentes *L*¹ descendentem *L*² 6 inconstans est *H*²*L*²*v* et *Uulg.*
 7 euangelii *L* 8 *X G* decem *H*¹*L* progreditur . . . 9 milibus *om. H*
 9 *XX G* 10 postulant *H* postolat *L* 11 exequentes *AG (non S)* 12 ma-
 iore *T* semet ipsos *HLTe* inuoluant *G*¹ 14 hic cum cum *L*¹ *X G*
 decem *HL* *XX G* uiginti milibus *H* 15 impugnantium nos uitiorum
GHLT: nos impugnantium (*om. uitiorum*) *A* 16 enim *L* 17 mamonae *A*:
 mammonae *rell.* quis *AHT* 18 dei regno *L* 19 hii *H*¹ hic *L* o*ca-
 sione (*c eras.*) *L* 20 scribiturae *AG*¹ 21 uitiosiori *H* 22 adque *A* ad
om. H suum ad suum *L* 23 non suam . . . *pag. 140, 15* ex eis quae re
desunt in A scribiturarum *G*¹ 24 cooptantes *H*¹ scribituris *G*¹ scrip-
 turae *L*

ferentes consentire eas suis opinionibus uolunt aiuntque scriptum esse: beatus est magis dare quam accipere. cuius interpretatione prauissima eneruatam domini putant illam esse sententiam qua dicitur: si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me, et hoc arbitrantur colore diuitias suas se abicere non debere, beatiore scilicet semet ipsos pronuntiantes, si pristinis suffulti substantiis aliis quoque de earum superabundantia largiantur, dum erubescunt pro Christo gloriosam cum apostolo suscipere nuditatem nec opere manuum nec monasterii parsimonia uolunt esse contenti. quibus superest ut se aut circumuenire nouerint semet ipsos et nequaquam renuntiassent huic mundo diuitiis pristinis incubantes, aut si professionem monachi re atque opere cupiunt experiri, dispersis abiectisque omnibus nihilque ex eis quae renuntiauerant reseruantes cum apostolo glorientur in fame et siti, in frigore et nuditate.

XVII. Quasi uero et ille similiter non potuerit facultatibus pristinis sustentari, qui se non ignobilem etiam in huius mundi ordine fuisse testatur, cum se adserit a natiuitate eius Romani dignitate praelatum, si hoc esse ad perfectionem commodius iudicauisset, et illi qui Hierosolymis, cum essent possessores agrorum aut domorum, uendentes omnia nihilque sibi ex his penitus reseruantes adferebant pretia eorum et ponebant ante pedes apostolorum, non potuerint necessitatem corporis sui facultatibus propriis sustinere, si hoc perfectius fuisset ab apostolis iudicatum uel ipsi esse utilius probauissent:

2] Act. 20, 35. 4] Matth. 19, 21. 16] II Cor. 11, 27. 20] cf. Act. 22, 28. 22] l. c. 4, 34—35.

1 scribunt *G*¹ 2 est *om.* *IIIc* 3 esse illam *L* 5 quaecumque *H* 6 caelū *L* 7 abicere *G*¹ 8 substantiis *II* 9 dum *GHLT*: dumque *v* 10 apostolis *L* 12 se *om.* *Gc* 13 renuntiassent se *L* 16 gloriantur *G¹II* gloriantes *L* et in siti *H* 17 in] et *L* 18 non distinguit *H* 19 modi *L* 20 ordinem *A¹IP¹L* a *om.* *H* 21 commodius *II*¹ 22 iudicauisset *AGLc*: iudicasset *SHT^r* post hoc uerbum in *II* cap. 17 incipit hierosolymis *A* hierosolymis *III* 23 aut] uel *Av* 24 pretia praediorum eorum *H* 25 apostolorum] discipulorum *Ac* potuerint *S²II*: potuerunt *AGS¹LT* 26 sustentare *HT^r*

sed uniuersas simul abicientes substantias maluerunt labore proprio uel conlatione gentium sustentari. de quorum sumptu 2
 sanctus apostolus ad Romanos scribens suumque eis in hoc ministerium praedicans ac subtiliter eos ad hanc conlationem
 5 prouocans ait: nunc uero proficiscar Hierusalem ministrare sanctis. conplacuit enim Macedoniae et Achaiae conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Hierusalem. conplacuit enim, et debitores sunt eorum: quoniam si spiritalium eorum participes
 10 factae sunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis. ad Corinthios quoque horum sollicitudinem similiter gerens 3 monet eos, ut ante aduentum suum conlationem, quam ad usus eorum mittere disponebant, sollicitius praepararent: de collectis autem quae fiunt in sanctis, sicut ordinaui ecclesiis
 15 Galatiae, ita et uos facite. unusquisque uestrum per unam sabbati thesaurizet apud semet ipsum recondens quod ei bene placuerit, ut non cum uenero tunc collectae fiant. cum autem uenero, quoscumque probaueritis per epistulas, hos transmittam perferre gratiam
 20 uestram in Hierusalem. et ut eos ad largiorem prouocaret conlationem, infert: quodsi dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt, id est si talis fuerit oblatio uestra, quae mea quoque mereatur prosecutione deferri. ad Galatas quoque, cum 4 praedicationis ministerium cum apostolis partiretur, hoc idem
 25 se depectum cum Iacobo, Petro et Iohanne testatur, ut licet praedicationem susceperet gentium, pauperum tamen qui erant

5] Rom. 15, 25—27. 13] I Cor. 16, 1—3. 21] 1. c. 4.

3 apostolos *H*¹ 4 ac *om.* *L* 5 autem *Ac* $\overline{\text{IIM}}$ *A* hierosolimam *L*
 6 machedoniae *HL* 8 $\overline{\text{IIM}}$ *A* in hierusalem *H* conplacuit enim
GHLT: placuit enim eis *A* et *Uulg.* 9 spiritaliter *L* 10 facti *L* factae
 sunt gentes participes *H* 11 corintheos *G*¹*H*¹ 12 in usus *H* 13 eorum] sanctorum *L*
 disponebat *Hc* 14 sanctos *Ar* et *Uulg.* ecclesiis *A*
 16 thesaurizat *L*¹ apud *A* 17 conplacuerit *H*¹ 18 quos *Ac* et *Uulg.*
 19 epistolas *G*²*L* 20 $\overline{\text{IIM}}$ *A* 21 conlationem prouocaret *Ar* et *om.* *A*
 23 mereatur *om.* *H* prosecutione *G*¹ galathas *HL* 25 depectum
*AG*¹: depectum *L*¹*T* depectum *Hv* depectu *L*² ad hoc idem se delectum
*G*² scilicet *H* 26 susceperint *L* qui tamen *L*

Hierosolymis nequaquam sollicitudinem curamque respueret, qui propter Christum uniuersis rebùs suis renuntiantes spontaneam subierant egestatem: et cum uidissent, inquit, gratiam dei quae data est mihi Iacobus et Cephas et Iohannes, qui uidebantur columnae esse, dextras dederunt mihi et Barnabae societatis, ut nos inter gentes praedicaremus, ipsi autem in circumcisionem: tantum ut pauperum memores essemus. quam rem omni sollicitudine se testatur inplisse dicens: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. qui igitur sunt beatiore? utrumnam hi qui nuper de numero gentium congregati nec praeualentes euangelicam perfectionem conscendere adhuc suis substantiis inhaerebant, in quibus magnus fructus apostolo ducebatur, si saltem ab idolorum cultu et fornicatione et suffocatis et sanguine reuocati fidem Christi cum suis facultatibus suscepissent, an illi qui euangelicae satisfaciētes sententiae crucem domini cotidie portantes nihil sibi de propriis facultatibus superesse uoluerunt? cumque ipse beatus apostolus uinculis et carceribus obligatus seu uexatione itineris impeditus et ob haec consuetam uictus substantiam parare, ut erat solitus, suis manibus non occurrens a fratribus se, qui de Macedonia uenerant, supplementum suae necessitatis adserit accepisse (nam quod mihi, inquit, deerat subpleuerunt fratres qui uenerunt a Macedonia, et ad Philippenses ipse referens:

3] Gal. 2, 9—10. 9] l. e. 10. 14] Act. 15, 20. 17] Matth. 10, 9. 23] II Cor. 11, 9.

1 hierosolimis *G*¹ hierosolimis *L* in hiernsolimis *H* respuerent *L* 3 et cum uidissent . . . pag. 143, 12 definitionibus ad extant in *C* inquit *CAH*¹*L*¹ gratiam . . . 4 est mihi *om. C* 4 cefas *CG*¹ chephas *A* 5 iohannis *CH*¹ dexteris *G* et *Uulg.* (*non S*) mihi dederunt *H* 6 in *L* et *Uulg.* inter *H* 7 circumcisionem *CHT*: circumceisione *rell. v* 9 se ipse *H* inplisse *H*: implisse *rell.* 11 hii *G*¹*H*¹ ne *L* 12 euangelicam *L* 13 ab apostolo *Hv* 14 saltem *H*² 15 suffocatis *A* sanguinem *C* 16 suscepissent *H*¹ 17 domini] *xpi H* 19 uexatione *C* 20 ob hoc *v* sollicitus *H*¹ 21 se] sed *H*¹ fratribus siquidem qui *L* machedonia *G*¹ 22 uenerunt *L* necessitati *L* adsereret *C*: *om. H* 23 inquit *A* subpleuerunt *H*¹: suppl. *rell.* 24 uenerant *G* machedonia *L* filippenses *CA* philipeuses *G*¹, *item infra* referens scripsit *L* ipse . . . pag. 143, 1 Philippenses *om. H*

scitis enim et uos, Philippenses, quia in principio euangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati et accepti nisi uos soli, quia et Thessalonicam et semel et bis
 5 in usum mihi misistis), erunt secundum istorum sententiam, quam mente tepida conceperunt, et isti beatiore apostolo, quia de suis inueniuntur ei substantiis inpertisse? quod amens quilibet dicere non audebit.

XVIII. Quamobrem si euangelico praecepto uolumus oboedire
 10 et apostoli ac totius ecclesiae illius primitiuae seu patrum, qui uirtutibus ac perfectioni eorum nostris temporibus successerunt, imitatores existere, non nostris definitionibus adquiescamus, de hoc tepido ac miserabili statu perfectionem nobis euangelicam pollicentes, sed illorum sectantes uestigia circumuenire nosmet
 15 ipsos minime studeamus et ita monasterii disciplinam institutionemque pariter expetamus, ut in ueritate renuntiemus huic mundo, nihil ex his quae contempsimus infidelitate nos retrahente seruantes, cotidianum uictum non recondita pecunia, sed opere proprio conquiramus.

20 XVIII. Fertur sententia sancti Basili Caesariciensis episcopi ad quendam prolata Syncretium tali quo diximus tempore torpentem. qui cum se renuntiasset diceret huic mundo, quaedam de propriis facultatibus sibimet reseruauit, nolens exercitio suarum manuum sustentari et humilitatem ueram nuditate
 25 et operis contritione monasteriique subiectione conquirere. et

1] Phil. 4, 15—16.

1 filippenses *C* 2 eunang. *L* sum machedoniam *L* 3 ecclesia *A* accipiendi *H*¹ 4 thessalonicam *C* thessalonica *AL*¹ thesalonicam *H* et ante semel *om. H cum Uulg.* 5 usus *GH* usibus *T* 6 qua *L* conceperant *C* 7 eis inueniuntur *C* inueniuntur eis *L* quislibet *H*¹ 9 quamobrem . . . praecepto *euan. in C* eunang. *L* 10 ecclesiae *A* illius *om. AT cf. II, 5, 3* patribus *C* 12 emitatores *H*¹ existere *G²HL* 13 eunang. *L* 16 expetimus *H*¹ expectamus *L*¹ huic mundo *om. A* 17 iis *H*¹ contempsimus *A* nostra et 18 reseruantem *H fort.* seruantes (et) 20 basili *A: basilii rell.* caesariensis *H* 21 sincretium *HLT* quod *H¹L* tempore *H*¹ 22 renuntiasset se *Ac* huic diceret *L* quaedam sibi *Av* 23 sibimet *om. Av* 24 et nuditatem et *L* nuditatemque (*om. et*) *H* 25 monasterii quoque *A*¹

senatorem, inquit, Syncretium perdidisti et monachum non fecisti.

XX. Itaque si agonem spiritalem certare legitime cupimus, hunc quoque perniciosum hostem a nostris cordibus extrudamus: quem quantum superare non magnae uirtutis est, tantum ab eodem uinci ignominiosum plenumque dedecoris. a potente enim elidi, licet sit in deiectione dolor et gemitus in amissione uictoriae, tamen quodammodo de aduersarii robore uictis nascitur consolatio: sin uero et inimicus exilis et genus conuictationis infirmum, ultra deiectionis dolorem confusio turpior et ignominia detrimento grauior infertur.

XXI. De quo haec erit summa uictoria triumphusque perpetuus, ut, quemadmodum dicitur, ne minuto quidem nummo conscientia monachi polluat. impossibile namque est eum, qui uictus in exigua stipe concupiscentiae semel in corde suo radicem suscepit, non maioris desiderii protinus incendio conflagrari. tamdiu namque miles Christi uictor ac securus cunctaque cupiditatis inpugnatione erit externus, donec initia concupiscentiae huius hic nequissimus spiritus in eius corde non seuerit. quapropter cum in cunctis generibus uitiorum generaliter serpentis caput oporteat obseruari, in hoc praecipue diligentius conuenit praecaueri. quod si fuerit intromissum, sua materie conualescens ipsum sibimet uehementiora suscitabit incendia. ideoque non solum pecuniarum cauenda possessio, uerum etiam uoluntas ipsa de animo penitus extrudenda. non enim tam effectus filargyriae uitandus est quam affectus ipsius radicitus amputandus: nihil enim proderit pecunias non haberi, si uoluntas in nobis fuerit possidendi.

21] cf. Gen. 3, 15.

1 inquit *H*¹ sineletium *L* sineleti *H* sineletii *T* 3 legitime certare *HT* 4 peruitiosum *GL* perniciosissimum *et* cordibus nostris *H* 8 uictus *L*¹ 9 si *L* 10 infirmus *L*¹ 16 suscipit *H*¹ 17 xp̄i miles *G* (*non S*) 18 cupiditatis huius *L* 19 huius *om. L* hic *om. H* seruauerit *H*¹ 21 capud *H*¹ obseruare *L* diligentius *L*¹ 22 praecanere *L*¹ suae *H*¹ sue *L* materie *AG*; materie (-ae) *LH*¹ materia *H*²*Tv* 23 conualescens *A* ipse *H* ipsi *L* suscitauit *L*¹ 24 pecuniarum . . . pag. 145, 4 paupertatis *desunt in A* 25 extrudenda est *H* tamen *H*¹ 26 phylargyriae *L* (*passim*) 27 etenim *L* habere *Hv* 28 possidendi *H*¹

XXII. Possibile namque est etiam non habentem eas nequaquam filargyriae morbo carere nihilque ei prodesse beneficium nuditatis, quia cupiditatis uitium resecare non ualuit, paupertatis bono non uirtutis merito delectatus et necessitatis
 5 onere non sine cordis languore contentus. quemadmodum etiam corpore non pollutos euangelicus sermo pronuntiat corde moechatos, ita pecuniae quoque pondere minime sarcinatos affectu ac mente cum filargyris condemnari possibile est: occasio enim
 10 eis habendi defuit, non uoluntas, quae semper apud deum solet magis quam necessitas coronari. itaque festinandum nobis est, ne in uanum laborum nostrorum emolumenta depereant. miserabile namque est paupertatis ac nuditatis exitus tolerasse, fructus uero earum cassae uoluntatis uitio perdidisse.

XXIII. Uis nosse quam perniciose, quam noxie fomes iste,
 15 nisi fuerit diligenter excisus, ad eius interitum qui eum conceperit fruticet et omnigenis pullulet ramunculis uitiorum? respice Iudam apostolorum numero deputatum, quia noluit serpentis huius caput letale conterere, qualiter eum suo ueneno peremerit et concupiscentiae laqueis inretitum ad quam abrupti praecipitii crimen ineperit, ut redemptorem mundi et
 20 humanae salutis auctorem triginta argenteis persuaserit uendere. qui nequaquam esset ad tam scelestum proditionis facinus deuolutus, si non filargyriae morbo fuisset infectus, nec dominicae negationis reus sacrilegus extitisset, nisi prius solitus
 25 fuisset creditos sibi loculos compilare.

6] cf. Matth. 5, 28. 18] cf. Gen. 3, 15. 25] cf. Ioh. 12, 6.

3 qui *L*² refrenari *L* maluit *H* 4 et] sed *A* 5 corde *L*¹ quemadmodum *L* 6 pollutus *H*¹*L*¹ mechatos *G*¹ moechatus *H*¹ 8 phylargyrii *L* possibile] necesse *L* occasio *H*¹ ocasio *L*² 9 apud *A* 10 est nobis *H* 11 emolumenta *H*¹ aemulumenta *L*¹ 12 miserabile . . . pag. 146, 17 morte multauit *desunt in A* misserabile *H* est *om. L* 13 eorum *L*¹ causae *G*¹*HT* et *L* ex corr. 14 perniciose *SL* fomis *L*¹ 15 coeperit *H* 16 fruticet *Gr*: fructificet *HLTc* omne genus *L* ramunculis *H*¹ ramusculis *H*²*Tv* 17 in iudam *H* non noluit *H* 18 letale *L* 19 perimerit *G*¹*L*¹ peremeret *H*¹ quam *GL*: tam *H* 20 inperigerit *G*¹ mundi . . . 21 auctorem *om. G* 21 XXX *G* ob triginta argenteos *H* 22 ad tam esset *H* 24 negationis *GHT* et *v* in textu: necationis *L* et *v* in margine: cf. 25, 1 reus ac *H* extetisset *H*¹

XXIII. Inmane satis et euidens tyrannidis huius exemplum, quae semel, ut diximus, animae captiuatae nullam permittit honestatis regulam custodire nec ulla quaestus adiectione satiari. finis enim rabiei huius non diuitiis, sed nuditate conquiritur. denique cum hic ipse ob hoc oculos dispensationi pauperum 5 deputatos suae potestati creditos accepisset, ut saltem pecuniarum abundantia satiatus concupiscentiae suae modum inponeret, in tantum copia earum in abundantio-rem fomitem cupiditatis exarsit, ut iam non oculos clancule compilare, sed ipsum dominum uenundare maluerit. uniuersas enim diuitiarum 10 moles rabies cupiditatis huius exsuperat.

XXV. Denique princeps apostolorum his eruditus exemplis, sciens habentem quippiam cupiditatis frena non posse moderari nec finem eius in parua summa magnaue consistere, sed in sola uirtute nuditatis, Annaniam et Sapphiram, quorum superius fecimus mentionem, quia sibi quippiam de sua facultate seruauerant, morte multauit, ut interitum, quem ille ultro sibi pro reatu dominicae proditi-onis intulerat, hi pro mendacio cupiditatis exciperent. quanta in hoc quoque facinoris ac supplicii similitudo concurrit. ibi filargyriam proditio, hic falsitas 20 subsecuta est. ibi ueritas proditur, hic mendacii crimen admittitur. licet enim operis eorum dissimilis uideatur effectus, 2 unus tamen finis in utroque concurrit. ille namque refugiens paupertatem resumere quae abiecerat concupiuit, hi, ne fierent pauperes, de substantia sua, quam aut apostolis offerre fideliter 25 aut totam dispergere fratribus debuerant, quiddam retinere temptauerunt: et idcirco utrobique sequitur mortis damnatio,

16] cap. 14, 2.

1 euidentes *H*¹ 2 simul *L*¹ 3 adiectioni *H*¹ 4 diuitis *H*¹ 5 dispensatione *H*¹ dispensationis *L*¹ 6 disputatos *L*¹ accepisset *H* saltem *H*² 7 habund. *G*¹ 8 eorum *H* habund. *H* 9 clancule (e *in ras.* *G*) *GS*²*HT* clancule(-ae) *S*¹*L* clanculo *v* compilaret *L*¹ 11 exuperat *G*² 13 non posse frena *H* 15 ananiam *G* saffiram *G* saffyram *H* sapphyram *L*. 16 quidpiam *G*¹ 18 hii *H*¹ mendatio *SL* 19 quantum *L* supplicii *H*¹ 20 cucurrit *H* 21 proditor *A* 22 etenim *H*: *om.* *A* operariis *H* dissimiles *H*¹ 23 cucurrit *H* 24 hii *H*¹ 26 totum *H* debuerunt *GT* 27 utrobique *A*: utrumque *GT*² utrobique *L* in utroque *H* utroque *T*¹

quia utrumque crimen de filargyriae radicibus pullulauit. itaque si in eos, qui non alienas concupierunt substantias, sed propriis parcere temptauerunt, nec habuere desiderium acquirendi, sed reseruandi tantummodo uoluntatem, processit tam seuera sententia, quid censendum de his, qui numquam possessas pecunias cupiunt congregare et nuditatem coram hominibus praeferentes affectu concupiscentiae coram deo diuites conprobantur?

XXVI. Qui secundum similitudinem Giezi spiritu ac mente leprosi esse noscuntur, qui mundi huius caducas pecunias concupiscens inmundae leprae contagione respersus est. per quam nobis euidentis reliquit exemplum, omnem animam cupiditatis labe pollutam spiritali uitiorum lepra respergi inmundamque apud deum perenni maledictione reputari.

XXVII. Igitur si perfectionis desiderio dimittens omnia secutus es Christum dicentem tibi: uade uende omnia quae habes et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni sequere me, quid missa super aratrum manu respicis retro, ut eiusdem domini uoce pronuntieris non esse aptus regno caelorum? super tectum euangelici culminis stabilitus quid descendis tollere aliquid de domo tua, ex his uidelicet quae antea contempsisti? constitutus in agro atque operatione uirtutum substantia mundi, qua te renuntians spoliasti, quid recurrens niteris reuestiri? si uero paupertate praeuentus nihil quod dimitteres habuisti, multo minus acquirere debes quod nec antea possedisti. ob id enim ita domini beneficio prae-
paratus es, ut expeditior ad eum nullis pecuniarum laqueis impeditus adcurreres. uerumtamen nullus in hoc egens fran-

8] cf. III Reg. 5, 27. 15] Matth. 19, 21. 17] cf. Luc. 9, 62.
19] cf. Luc. 17, 31. 21] l. c.

1 quia . . . 8 secundum simi *desunt in A* pululauit *H*¹ 2 alienos *L*¹
3 conquirendi *L* 4 deseruandi *L* tam *om. G* 5 censendum est de *H*
8 *non distinguit H* *iezi *G* 9 pecunias caducas concupiscentes *A* 10 res-
persus est] respergi merentur *A* 11 reliquit] datur in giezi typo *A* reli-
quid *G*¹*T* 12 respargi *H*¹ 13 aput *A* 14 XXVI *H* 15 omnia *om. L*
16 thesaurum *G*¹ 17 manum *L*¹ respiciens *G*¹*L*¹ respicies *H*¹
18 ut] et *L*¹ 19 luminis *H* 20 descendes *A* discendis *G*¹*H*¹ 21 con-
tentsisti *A* adque *H* 22 substantiam *L* 24 dimitteris *A* demitteris *H*¹
multo magis acquirere nou *A* 25 dei *L* 27 accurreres *A*

gatur: nemo est enim qui non habeat quod dimittat. uniuersis renuntiauit facultatibus mundi, quisquis affectum possidendi eas radicitus amputauit.

XXVIII. Haec est igitur de filargyria perfecta uictoria, ut paruissimae cuiuslibet stipis in corde nostro residere non sinamus igniculum, certi quod restinguendi eum non habebimus ulterius facultatem, si quantulamcumque scintillae huius in nobis materiam fouerimus. 5

XXVIII. Quam uirtutem non alias retinere ualebimus inlibatam, nisi in monasterio consistentes secundum apostolum habentes uictum et uestimentum his contenti fuerimus. 10

XXX. Damnationem ergo Annaniae et Sapphirae memoriter retinentes horrescamus aliquid ex his reseruare quae renuntiantes penitus abdicare deuouimus. Giezi quoque pertimescamus exemplum, qui ob filargyriae culpam aeterno supplicio leprae multatur, et aliquid ex his quae nec ante possedimus caueamus acquirere. nec non etiam Iudae uel meritum uel exitum formidantes quicquam pecuniae resumere, quam semel a nobis abieciimus, tota uirtute uitemus. super haec omnia considerantes condicionem fragilis incertaeque naturae nostrae caueamus, ne dies domini sicut fur in nocte superueniens maculatam uel uno obolo nostram conscientiam deprehendat, qui omnes fructus nostrae renuntiationis euacuans illud, quod in euangelio diuiti dictum est, ad nos quoque faciat uoce dominica dirigi: stulte, hac nocte animam tuam expetunt a te: quae autem praeparasti, cuius erunt? nihilque de 25

11] I Tim. 6, 8. 21] I Thess. 5, 4. 25] Luc. 12, 20.

2 et affectum *H* 3 amputarit *ex* amputaret *H* 4 XXVII *H* 5 huiuslibet *H* resedere *H*¹ 6 restringendi *H*¹ 7 ulterius *om. L* hius *H* in nobis *om. L* 9 non distinguit *H* inlibata *G*¹ 10 consistentes secundum apostolum *om. G* 12 non distinguit *H* ananiae *G* sapphirae *GH* 13 horrescamus *H*¹ 14 *iezi *G* gezi *H*¹ pertimescamus *AG*¹*H*¹ 15 aeternae *A* et *v* in textu (aeterno in marg.) supplicio *H* 16 lepra *L* mulcatur *A* ne *H* 17 uel ante meritum *om. A* 18 exitium *A*¹ resumere *L* 19 totam *L*¹ 20 consideremus *H* condicionem *GHL* fragiles *L*¹ 21 ueniens *L* 22 conscientiam nostram *H* 23 illud *A* 25 expetunt *HL*: expetent *GTr* repetunt *Ac* et *Uulg.* 26 parasti *GLTr* et *Uulg.*

crastino cogitantes numquam nos de coenobii disciplina patiamur auelli.

XXXI. Quod sine dubio nequaquam permittimur implere, sed ne sub institutionis quidem regula permanere, nisi prius patientiae uirtus, quae non aliunde quam de humilitatis fonte procedit, in nobis fuerit firma soliditate fundata. illa namque nulli commotiones nouit inferre, haec uero inlatas sibi magnanimitate tolerare.

LIBER OCTAUS.

DE SPIRITU IRAE.

CAPITULA.

I. Quod quartum certamen aduersus irae sit uitium, et quanta mala generet haec perturbatio.

II. De his qui iram dicunt non esse noxiam, si delinquentibus irascamur, quia et ipse deus irasci dicatur.

III. De his quae in deo ex nostrae naturae consuetudine nominantur.

III. Qualiter de affectibus membrisque humanis, quae indemutabili et incorporeo deo adscribi legimus, sentiendum sit.

V. Cuius placiditatis monachum esse conueniat.

VI. De iniusta iracundiae commotione uel iusta.

VII. In quo tantummodo nobis ira sit necessaria.

VIII. Quibus beati Dauid exemplis ira salubriter adsumatur.

VIII. De ira aduersus nosmet ipsos suscipienda.

1 de om. *H* 2 repelli *L* 3 non distinguit *H* implere *HT*: implere *rell.*
7 nullas *H* 8 tolerare. Expl, de sp̄u filargyriae. Inc de sp̄u irae *A*
Explicit de spiritu filargyriae · liber · VII · Incip̄ cap̄ sequentis lib · *G* ·
Explicit de filargyria liber septimus · Incipit de ira liber VIII · Incipit capil
libri VIII · *H* · Explicit de phylargyria id est amor^e pecuniae liber · VII ·
Incip̄ de ira liber VIII · Incipiunt capitula eiusdem libri *L*

12 quod om. *HT* quantum *HL* aduersum *A* 13 proturbatio *H*
15 irascantur *A* quia] quibus *A* et om. *HT* dicitur *A* 16 consuetudine *A*
18 quem demotabili *H* quae inmutabili *L(v)* 19 asseribi *L*
adsacrificabili (*sic!*) *H* 21 de iusta *HT* commotatione *H* uel iniusta *H*
22 in quo dummodo *H* 23 dād *A* 24 suscipiendas *H*

X. De quo sole dicatur, ut non occidat super iracundiam nostram.

XI. De his, quorum iracundiae ne occasus quidem solis istius modum ponit.

XII. Quod hic finis tristitiae uel irae sit, ut hoc quod prae- 5
ualet unusquisque perficiat.

XIII. Quod ne momentaneam quidem iram liceat retentari.

XIII. De reconciliatione fraterna.

XV. Quod uetus quoque lex iram non tantum de effectu, 10
sed etiam de cogitatione conuellat.

XVI. De superflua secessione eorum qui ab inemendatis moribus non recedunt.

XVII. Quod tranquillitas cordis nostri non in alterius arbitrio, sed in nostra debeat ditione consistere.

XVIII. Quo studio heremum debeamus expetere et qualium 15
inibi sit profectus.

XVIII. Qua comparatione aestimandi sint qui tunc tantum patientes sunt cum a nemine prouocantur.

XX. De amputanda ira secundum euangelium.

XXI. In eo quod in euangelio scriptum est: qui irascitur 20
fratri suo, utrum recipiendum sit quod adiectum est: sine causa.

XXII. Remedia quibus iram de cordibus nostris eradicare possimus.

20] Matth. 5, 22.

1 hunc titulum om. H ut om. L 2 nostram Ar: uestram Lc 3 o-casus (e eras.) L istius quidem solis occasus A 4 modum om. A inponit A 5 finis om. HT 7 momentaneum quidem spatium iram A 10 de om. L 11 emandatis H 13 titulos capp. 17 et 18 inter se commutauit L in om. HT 14 nostro HT ditione LT 15 studium L¹ 17 comparatione AL sunt HT tũ (ũ in ras.) L 19 anputanda. A 20 in ante eo om. A scribturn AH 21 sit om. L abiectum HL¹ est] sit HT 23 ira L eradicari H 24 possimus. Finiunt capitula de spu irae. Incipit liber A Incipit de spiritu irae liber octauus G Expliciunt capitula de libro VIII. Incipit textus eiusdem libri L: om. H

I. Quarto quoque certamine est irae mortiferum uirus de recessibus animae nostrae funditus eruendum. hac enim in nostris cordibus insidente et oculum mentis noxiis tenebris obcaecante nec iudicium rectae discretionis acquirere nec honestae
 5 contemplationis intuitum nec maturitatem consilii possidere nec uitae participes nec iustitiae tenaces, sed ne spiritualis quidem ac ueri luminis capaces poterimus existere, quia turbatus est, inquit, prae ira oculus meus. nec sapientiae participes
 2 effici, tametsi sapientes omnium pronuntiarum opinione uideamur, quia ira in sinu insipientium requiescit, sed ne uitam quidem immortalitatis consequi poterimus, quamuis prudentes uideamur definitione hominum iudicari, quia ira perdit etiam prudentes. nec iustitiae moderamina perspicaci discretionem cordis ualebimus obtinere, licet perfecti sanctique cunctorum
 15 opinionibus aestimemur, quia ira uiri iustitiam dei non operatur. ipsam quoque honestatis grauitatem, quae etiam uiris saeculi huius solet familiaris existere, nullo modo possidere poterimus, licet nobiles et honesti natalium praerogatiua putemur, quia uir iracundus inhonestus est. consilium etiam
 3 maturitatem nullatenus ualebimus obtinere, quamuis graues et scientia summa praediti uideamur, quia iracundus agit sine consilio, sed nec quieti esse a perturbationibus noxiis, nec poterimus carere peccatis, tametsi nequaquam nobis inquietudines ab aliis inferantur, quia uir animosus parit rixas,
 25 uir autem iracundus effodit peccata.

7] Ps. 30, 10. 10] Eccl. 7, 10 (LXX). 12] Prou. 15, 1 (LXX).
 15] Iac. 1, 20. 19] Prou. 11, 25 (LXX). 21] Prou. 14, 17 (LXX).
 24] Prou. 29, 22 (LXX).

1 I deest in GL 2 haec G¹L¹ 3 insedente H¹ noxiis H¹ obcaecantem A¹L¹ 5 consilii H¹ 6 iustitiae] uite G¹ spirituales AG¹L¹ 7 existere HL 8 est om. L¹ inquit AG¹H¹ prae ira om. H patientiae A 9 etsi H 12 perdet A 14 optinere L
 15 opinionibus A aestimetur H¹ 16 honestatem grauitatemque L
 17 existere HL possidere H¹ 19 consilii H¹ 20 ualemus G
 optinere L grauis L¹ 22 sed ne H noxiis H¹ 23 inquietudinis L¹
 24 alis H¹ parat L 25 offendit peccatum H

II. Nonnullos audiuius hunc animae perniciosissimum morbum ita excusare temptantes, ut eum detestabiliore interpretatione scripturarum extenuare gestirent, dicentes non esse noxium, si delinquentibus fratribus irascamur, siquidem ipse deus contra eos, qui eum uel scire nolunt uel scientes contemnunt, furere atque irasci dicatur, ut ibi: et iratus est furore dominus in populum suum, uel cum orat propheta dicens: domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, non intellegentes, quod, dum hominibus occasionem pestiferi uitii uolunt concedere, immensitati diuinae ac fonti totius puritatis iniuriam carnalis passionis admisceant.

III. Si enim haec, cum dicuntur de deo, carnali et pingui secundum litteram significatione percipienda sunt, ergo et dormit, cum dicitur: exsurge, quare obdormis domine? de quo dicitur: ecce non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israhel, et stat ac sedet, cum dicit: caelum mihi sedes est, terra autem scabillum pedum meorum, qui metitur caelum palmo, et terram suo pugillo concludit, et crapulatur uino, cum dicitur: et exsurrexit sicut dormiens dominus, sicut potens crapulatus a uino, qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem: ut praeteream ignorationem et obliuionem, quae de ipso legimus in scripturis sanctis frequenter inserta, deinde liniamenta membrorum, quae tamquam de homine figu-

6] Ps. 105, 40. 8] Ps. 6, 2. 14] Ps. 43, 23. 15] Ps. 120, 4.
16] Esai. 66, 1 (LXX). 18] Esai. 40, 12. 19] Ps. 77, 65. 21] I Tim. 6, 16.

1 hanc *L* pernit. *HL* 2 excusare *H*¹ detestabiliore *H*
3 scriburarum *AG*¹ 5 eum uel scire *GHLT*: scire eum *A* contem-
pnunt *GH* 6 furere *H*¹ adque *G*¹ dicitur *L* 7 furore *GHLT*:
ira *A* populo suo *GL* uel] et *A* profeta *A* 8 furore tuo] ira
tua *AT* 9 ira tua] furore tuo *AT* 10 uitii *H*¹ concidere *H*¹ 11 ad-
miscant *L* 12 pinguis *G*¹ 13 littere *L* significationē *L*² 14 ex-
urge *A* dormis *H* 15 dormitauit *L* dormiet *Hv* et *Uulg.* 16 ~~id~~ *A*
israhel *G* sedit *H* 17 sedis *AG*¹*H* est *om.* *Lr* scabillum *A*: sca-
bellum *rell.* 18 palma *H*¹ 19 tamquam dormiens *HT* 20 potans *L*
potans et *AT* 21 et lucem habitat *GLT*: lucem habitans *A* et lumen
habitat inaccessibile (*altera i in e mut.*) *H* 22 ut *om.* *L* praeterea *L*²
23 scribuntur *AG*¹ 24 dein *H* membrorum *G* figurato *H*

rali et composito describuntur, capillis scilicet, capite et naribus, oculis ac facie, manibus et brachio, digitis, utero pedibusque. quae omnia secundum uilem litterae sonum si uoluerimus admittere, deum liniamentis membrorum et corporea figura compositum, quod dictu quoque nefas est quodque absit a nobis, necesse est aestimari.

III. Itaque ut haec secundum litteram non absque nefando sacrilegio possunt intellegi super eo, qui inuisibilis, ineffabilis, inconprehensibilis, inaestimabilis, simplex et inconpositus sanctarum scripturarum auctoritate definitur, ita ne furoris quidem et irae perturbatio illi indemutabili naturae sine ingenti blasphemia poterit coaptari. nam huiuscemodi significatione membrorum diuinis efficientias dei et immensas operationes eius sentire debemus, quae nobis nisi per haec usitata membrorum uocabula nequeunt intimari. ut puta significatione oris conlocutionem eius, quae in arcanos animae sensus solet elementer infundi, uel quod in patribus nostris atque prophetis idem locutus sit agnoscamus. in oculis immensitatem perspicaciae, qua uniuersa perlustrat ac perspicit, et quod nihil eum ex his quae a nobis geruntur gerendaue sunt seu cogitantur lateat, scire possimus. manuum nuncupatione prouidentiam et operationem, qua omnium ipse sit creator et conditor, sentiamus. brachium quoque uirtutis et gubernationis eius insignia, qua cuncta sustentat, moderatur ac regit, et ut de ceteris taceam, canities capitis quid aliud quam longaeuitatem deitatis et antiquitatem significat, qua sine ullo principio est et ante omnia tempora creaturas excedit uniuersas? ita igitur et de ira dei uel furore cum legimus, non ἀθροπωπεπαθῶς, id est secundum humilitatem

1 scilicet et *A* capitis ac naribus *L* 2 ac] et *L* pedibus *AH* 4 liniamentis *L* membrorum *G* et corpore ac *A* 5 dictum *L*¹ 6 sit *L* 7 ut *om.* *L*¹ secundum *G*¹ 10 scribiturarum *A* 11 blasfemia *A* 12 coaptari *H* membrorum *G* 13 efficientias *H* dei *om.* *A* 14 debimus *H*¹ usitata *H*¹ membrorum *G* 15 nequeant *L* imitari *G*¹ utpote *A* 16 archanos *G*¹*HL* 17 adque *H* profetis *A* 18 sic *L*¹ oculis *H* perspicaciae *HL* quia *H*¹ 19 inlustrat** *L* 21 possumus *L* nuncupationem *L*¹ 24 moderator *H* 25 aliut *A* 27 excidit *H* uel] uel cum *L*¹ furorem *A*¹ 28 ἀνοπί*ο *H* ἀνορωτοτεωσ *L* id est non *H* secundum humilitatem humanae perturbationis *GHLT*: humana passione *A*

humanae perturbationis, sed digne deo, qui omni perturbatione alienus est, sentire debemus, scilicet quo per haec eum iudicem et ultorem omnium quae inique geruntur in hoc mundo possimus aduertere, et retributorem terribilem actuum nostrorum his uerborum significationibus formidantes contra illius uoluntatem 5
 4 quicquam timeamus admittere. illos etenim timere consuevit humana natura, quos indignari nouit, et ueretur offendere: ut in nonnullis aequissimis iudicibus solet ab his, qui aliquo reatu suae conscientiae remordentur, ira ultrix timeri, non scilicet quod haec in animis eorum qui iuste iudicaturi sunt perturbatio consistat, sed quod ita metuentibus ille sentiatur affectus, qui pro executione legum et examinatione iustitiae et aequilibratione procedit. quae tamen quantalibet animi fuerit mansuetudine ac lenitate prolata, ab his, qui pro suo merito poena 5
 5 plectendi sunt, furor grauis et ira saeuissima iudicatur. longum 15 est nec praesentis operis, si uoluerimus omnia quae de deo humana significatione figuraliter in scripturis dicta sunt explanare. haec ad praesentem necessitatem, quae contra furoris uitium pertinebant, dixisse sufficiat, ut nullus exinde sibimet occasionem morbi mortisque perpetuae per ignorantiam trahat, 20 unde sanctitas et immortalitas uitae salutisque remedia conquiruntur.

V. Itaque monachus ad perfectionem tendens et agonem spiritalem legitime cupiens decertare ab omni irae furorisque uitio alienus existat, et audiat quid sibi uas electionis praecipiat: omnis, inquit, ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia (cum dicit: 25

26] Eph. 4, 31.

1 de deo *G*² omni (omne *H*¹) perturbatione (-em *G*¹) *GHTr*: ab omni perturb. *Lc* passibilitate et perturbatione *A* 2 debimus *H*¹ quod *A* 3 iniqua *Lc* possumus *A* 4 hiis *H* 7 post offendere *addit A*: quos seit ira moueri: *om. GHLLv* 8 iis *H*¹ 10 perturbatio *HL*^{2v}: perturbatione *AGL*^{1T} 11 quod *om. L* metuentibus *om. A* effectus *G*² 12 excusatione *L* et post legum *om. ATr* 14 hiis *H*¹ que *L*¹ 17 scribitur *AG*¹ 20 occasionem *H* morbis *L* 24 legitime *om. L* ira *L* 25 existat *G*²*HL* praecipiat *G*¹ 26 inquit *AH* blasphemia *A* 27 auferatur *H*

omnis ira tollatur a uobis, nullam penitus uelut neces-
sariam et utilem nobis exceptit), delinquentemque fratrem, si
necesse est, ita curare festinet, ut, dum medellam leuiore for-
sitan febricula laboranti procurat inferre, non semet ipsum
5 iratus taetriore morbo caecitatis inuoluat (oportet namque illum,
qui alterius uulneri mederi cupit, omni languoris morbo alienum
sanumque subsistere, ne illud euangelicum dicatur ei: medice,
prius cura te ipsum) ac uidens fistucam in oculo fratris
sui trabem in oculo suo non uideat. uel quomodo uidebit
10 eicere fistucam de oculo fratris sui, qui trabem furoris gestat
in oculo suo?

VI. Qualibet ex causa iracundiae motus efferuens excaecat
oculos cordis et acumini uisuum exitialem ualidioris morbi in-
gerens trabem solem iustitiae non sinit intueri. nihil interest,
15 utrum aurea lamina plumbeae seu cuiuslibet metalli ocu-
lorum obtutibus inponatur: differentiam caecitatis non facit
pretiositas metallorum.

VII. Habemus sane irae ministerium satis commode nobis
insertum, ad quod solum eam recipere utile nobis est ac sa-
lubre, cum contra lasciuientes cordis nostri motus indignantes
20 infremimus et ea, quae agere confundimur coram hominibus
uel proloqui, in latebras ascendisse nostri pectoris indignamur,
angelorum scilicet ac dei ipsius praesentiam ubique et omnia
penetrantis oculumque eius tota formidine tremescentes, quem
25 nequaquam possunt conscientiae nostrae latere secreta.

VIII. Uel certe cum contra hanc ipsam iram, cur nobis ad-
uersus fratrem inreperit, commouemur et irati letales instiga-

7] Luc. 4, 23. 10] cf. Matth. 7, 3—5.

1 ira] malicia *L* 2 excipit *HL* 3 ita *GHL*: sine ira *A* me-
delam *G²L* leuiori *GHTv* 4 ne *H* 5 tetriore *ALT*: tetriori *H*
deteriori *Gv* 6 omnis *L* 7 illnt *A* aliud *H* 8 temet *HL* ac si *L*
festucam *G²L* 9 tui *G¹T¹* tuo *AG²* nideas *AG²* 10 festucam *G²L*
fratri suo *H* 11 suo *om. A* 12 excicat *H¹* 13 uisum *H* uisus *Lv*
inferens *L* 14 trabes *ex trabis H* 15 ntrum] inter *G¹* auream *L¹*
lāminā *L¹* lamina *GL²* plumbeāue *L¹* 16 optutibus *GL* inpu-
tātūr *G* deferentiam *H* 17 pretiositas non facit *A* 19 at *L*
quot *L¹* recipere eam *L* 20 nostris *L¹* 22 indignemur *A* 24 pene-
trantes *L* tremiscentes *G* 27 commoueamur *L¹* letalis *H¹*

tiones eius extrudimus nec in adytis pectoris nostri noxias eam latebras habere permittimus. taliter nos irasci etiam ille propheta docet, qui in tantum hanc e suis abegerat sensibus, ut ne inimicis quidem propriis et quidem a deo sibi traditis mauerit reddere talionem irascimini, inquires, et nolite peccare. ille etenim cum aquam de cisterna Bethlehem concupisset eamque a uiris fortibus per medias hostium cateruas suscepisset adlatam, protinus effudit in terram, et ita uoluptuosam concupiscentiae passionem iratus extinguens libauit eam domino, et cupiditatis suae desideria non expleuit dicens: propitius mihi sit dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, et animarum periculum bibam? uel cum Semei in regem Dauid audiente eo lapides et maledicta coram omnibus inrogaret, uelletque Abisai filius Saruiae princeps militum conuicii regalis ultionem truncatione capitis eius explere, beatus Dauid aduersus diram suggestionem eius indignatione pia commotus humilitatis modum et patientiae rigorem inconcussa lenitate seruauit dicens: quid mihi et uobis, filii Saruiae? dimittite eum, ut maledicat: dominus enim praecepit ei ut malediceret Dauid: et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, quaerit animam meam: quanto magis nunc filius Iemini? dimittite eum ut maledicat iuxta praeceptum domini: si forte

5] Ps. 4, 5. 10] II Reg. 23, 17. 18] II Reg. 16, 10—12.

1 extrudamus *L*¹ adytis *A*: aditis *GL* abditis *HTv* 2 permittamus *L*¹ taliter *nra*m scientiam ille *G* profeta *A* 3 e] a *L* abigerat *H* 4 mauerit *H*¹ 5 tallionem *L*¹ 6 bethlehem *A*: bethleem *L* betlemitica *G*¹*H* bethleemitica *G*²*v* concupiscit *H*¹ 7 suscipisset *H*¹ 8 effundit *G*¹*H* 9 leuauit *H*¹ deo *L* 11 sit mihi *Hv* et *Uulg.* deus *L* numquam *H* 12 iustorum *H*¹*T*¹ istorum hominum *G* 13 bibebam *H*¹ dād *A*, *item infra* 14 uelitque *A* uellitque *H*¹ abyssus *H* 15 conuiciū *G*¹*L*² conuiciis *L*¹ conuici *H*¹ regales *G*¹*L*¹ ultione *L*¹ truncationem *H*¹ 16 suggestionem *A* sugestionem *L* 17 indignationē piā *L*¹ 18 dicens *om.* *HT* 19 filii *AH* dimitte *A* ut *om.* *AH*¹*T*¹ 20 enim *om.* *A* 21 sic *om.* *A* 23 nunc *om.* *A* emini *H* gemini *L* dimitte *G*¹*T*¹ 24 eum *om.* *A* ut *om.* *H*¹*T*¹ maledicat dād *A*

respiciat dominus ad afflictionem meam, et reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna.

VIII. Iubemur itaque irasci salubriter, sed nobismet ipsis ac suggestionibus ascendentibus prauis, et non peccare, ad effectum
 5 scilicet eas noxium perducentes. denique hunc eundem sensum eidentius explanat uersiculus sequens: quae dicitis in cordibus uestris, et in cubilibus uestris compungimini, id est quaecumque in cordibus uestris ingruentibus repentinis ac lubricis instigationibus cogitatis, consilii moderatione, omnem
 10 strépitum ac perturbationem furoris amouentes, uelut in cubili quietis positi compunctione saluberrima emendate atque corrigite. denique beatus apostolus usus huius uersiculi testimonio cum dixisset: irascimini et nolite peccare, subiunxit: sol non occidat super iracundiam uestram, neque detis locum
 15 diabolo. si noxium est super iracundiam nostram occidere solem iustitiae et irati confestim diabolo locum damus in corde nostro, quomodo superius praecepit ut irascamur, dicens: irascimini et nolite peccare? nonne euidenter hoc dicit: irascimini uitiis et furori uestro, ne coniuentibus uobis sol iustitiae
 20 Christus incipiat propter iracundiam uestram mentibus obscuratis occidere et discedente illo locum diabolo in uestris cordibus praebeatis?

X. De quo sole per prophetam deus euidenter commemorat ita dicens: timentibus autem nomen meum orietur sol
 25 iustitiae, et sanitas in pinnis eius. qui rursus peccatoribus et pseudoprophetis illisque qui irascuntur occidere

6] Ps. 4, 5. 13] Ps. 4, 5. Eph. 4, 26. 17] l. c. 24] Mal. 4, 2.

2 hac *om.* G^1T^1 odierna *H* 3 nobis *A* 4 suggestionibus *A* ascendentibus G^2 ad] in *A* affectum *H* 7 et *G*: *om.* *L* et *Uulgata*
 10 amouentes G^1 11 emendate *GHLT*: emendare possitis *A* corrigere *A* 12 huius uersiculi *GLT*: uersiculi huius *A* usus est uersiculi** *H* 13 subiunxit *H* 15 diabolo *AH* nostram *om.* *A* 16 diabulo A^1G^1H locum diabolo *L* 17 praecepit *GLT*: praecipit *AH* *cf. pag. 160, 19. 163, 24. 169, 14.* 18 dixit *L* dicens *H* 19 coniuentibus *GL* 21 occidere *A* occurrere *L* discedente A^1 discedente H^1 diabulo AG^1H^2 diabolum H^1 22 praeparetis *A* 23 prophetam *A* deus *om.* *H* 25 pinnis AG^1HT^1 : pennis *rell.*

dicitur in medio die dicente propheta: occidet eis sol in meridie. nel certe secundum tropicum sensum meus, id est 205; siue ratio, quae pro eo, quod omnes cordis cogitationes discretionisque perlustret, sol merito nuncupatur, irae uitio non 5 extinguitur, ne eadem occidente perturbationum tenebrae cum auctore suo diabolo uniuersum nostri cordis occupent sensum, et tenebris irae possessi uelut in nocte caeca, quid nos agere oporteat, ignoremus. tali sensu hunc apostoli locum institutis seniorum traditum nobis, quia necesse fuit quemadmodum de 10 ira sentirent, licet longiore sermone protulimus: qui eam ne ad momentum quidem cor nostrum penetrare permittunt, illud euangelii omnimodis obseruantes: qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. ceterum si usque occasum solis licitum sit irasci, ante furoris satietas et ultrices irae commotionem poterunt noxiae perturbationis explere, quam sol iste ad locum 15 sui uergat occasus.

XI. Quid uero dicendum de his (quod quidem dicere sine mea confusione non possum), quorum implacabilitati ne hic quidem sol occidens terminum ponit, sed per dies eam plurimos protelantes atque aduersus eos, in quos commoti fuerint, 20 rancorem animi reseruantes negant quidem se uerbis irasci, sed re ipsa et opere indignari grauissime conprobantur? nam neque eos congruo sermone compellant nec affabilitate eis solita conloquuntur, et in eo se minime delinquere putant, quod uindictam suae commotionis non expetant: quam tamen quia proferre palam et exercere aut non audent aut certe non possunt, 25

1] Am. 8, 9. 12] Matth. 5, 22.

1 occidet *G*: occedet *A* occidit *HLL* eis *GHT*: ei *L* illis *A* in *om.* *H* 3 non *H* omnes *om.* *A* 5 eodem *HL* occidentem *L*¹ 6 diabulo *AG*¹*H* 8 oporteat agere *L* 9 quemadmodum *L* 10 sentirent (dicere) *r* longioris *H*¹ longiori *H*²*L* nec *H* 11 illud *A* 13 usque *AG*: usque ad *HLL* 14 satietatem *H* societatem *T* ultrices *G*: ultrices *rell.* 15 poterant *L* potuerunt *T* perturbationis *GT*: perturbationes *rell.* 17 his est *L* 18 implacabilitate *G*¹ nec *L*² 20 adque *H* aduersum *A* in *om.* *A* 21 rancorem *H*¹ seruantes *G* se quidem *G* 23 affabilitate *G*¹ affabilitatem *L*¹ 24 conlocuntur *HL* eos *H* potant *G*¹ 25 exspectant *G*¹*H* expectant *L*¹

in suam perniciem uirus iracundiae retorquentes concoquunt eam in corde taciti ac silentes in semet ipsis consumunt, amaritudinem tristitiae non uirtute animi protinus expellentes, sed digerentes processu dierum et utcumque pro tempore mitigantes.

5 XII. Quasi uero non hic finis unicuique uindictae sit et abunde quis furori proprio uel tristitiae satisfecerit, si id, quod praenalet, ira instigante compleuerit (quod hi quoque facere noscuntur, qui motus suos non adpetitu placiditatis, sed inopia cohibent ultionis: nihil enim inferre amplius his quibus irati
10 sunt possunt, nisi ut cum eis affabilitate solita minime conloquantur), aut quasi in effectu operis solummodo sit iracundia moderanda et non potius ab arcanis nostri pectoris eruenda, ne tenebris illius obscurati nec consilii salubris nec scientiae lumen admittere, sed nec templum spiritus sancti, habitante in
15 nobis spiritu nequam, ualeamus existere. cohibitus enim in corde furor adstantes quidem homines non offendit, sed aequae spiritus sancti splendidissimum iubar ac si prolatus excludit.

XIII. Aut quemadmodum uel ad momentum uult eam dominus retentari, qui ne sacrificia quidem spiritalia orationum
20 nostrarum permittit offerri, si uel alium contra nos aliquid rancoris habere cognoscimus, dicens: si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et uade prius reconciliare fratri tuo,
25 et sic ueniens offeres munus tuum? quomodo ergo non dicam usque in dies plures, sed uel usque ad occasum solis

21] Matth. 5, 23—24.

1 suam in *H* pernit. *GL* concoquunt *H* 2 ipsos *AHT* 5 uero *om.* *A* 6 uel tristitiae *om.* *A* 7 compleuerit *AL* hii *H* 8 motos *H*¹ adpetitu *GHT*: appetitu *AL* 9 coibent *G*¹ hii *H* 10 ut *om.* *L* 12 archanis *G*¹*L* 13 consilii *H*¹ scientiae suae *L* 14 habundante *H* 15 spiritu nequam *AHLT*: spiritu irae nequaquam *G* existere *HL* 16 offendet *A* 18 quemadmodum *L* non uult *H* eum *L* uult eam uel ad momentum *A* 19 nec *GT* 21 rancoris *H*¹ offers *GT*²: offeres *AT*¹ offer*s (i. *eras.*) *H* offe*r*s *L* 22 quia *L* 24 reconciliari *L* 25 offeres *ALH*²: offeris *H*¹ offer *G* 26 in *GL*: ad *AHT* sed ne uel *L* ad *om.* *G*¹*H* fort. recte solis istius *G*: solius istius *L* istius solis *AHT* cf. pag. 158, 15

istius permittimur contra fratrem retinere tristitiam, qui ne illo quidem aliquid habente aduersum nos orationes nostras deo offerre concedimur? quibus praecipitur ab apostolo: sine intermissione orate, et: in omni loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione. superest igitur, ut aut numquam oremus huiuscemodi uirus retinentes in cordibus nostris et apostolico huic praecepto siue euangelico, quo indesinenter et ubique iubemur orare, simus obnoxii, aut, si nosmet ipsos circumuenientes precem fundere contra eius interdictum praesumimus, non orationem domino, sed rebellionis spiritu contumaciam nos eidem nouerimus offerre. 5 10

XIIII. Et quia plerumque seu laesos fratres et contristatos contemnimus uel certe non uitio nostro dicentes eos offensos despiciamus, animarum medicus et occultorum conscius, occasiones iracundiae uolens radicitus a cordibus nostris euellere, non solum si laesi fuerimus iubet nos remittere et reconciliari fratribus nostris nullamque aduersus eos iniuriae seu laesionis memoriam retinere, sed etiam si illos aduersum nos seu iuste siue iniuste habere aliquid nouerimus. similiter praecepit, ut munus nostrum relinquentes, id est concupiscentes orationes nostras, ad eorum prius satisfactionem tendere festinemus et ita fratris curatione praemissa orationum nostrarum munera inlibata deferre. non enim ita nostris obsequiis communis omnium dominus delectatur, ut, quod in uno acquirit, perdat in altero dominante tristitia. in cuiuslibet namque dispendio unum patitur detrimentum, qui eodem modo omnium famulorum suorum salutem desiderat et expectat. et idcirco aequae

3] I Thess. 5, 17. 4] I Tim. 2, 8.

1 permittimur *G*: permittitur *rell.* retinere *H*¹ 2 aduersus *HL*
 3 concidimur *H*¹ 4 orare *H* 5 disceptatione *H* ut *om.* *A* 6 retinentes *H*¹ 7 quod *AL*¹ 8 orare iubemur *A* obnoxii *H*¹ 9 praecem *AG*¹*L* 10 rebelliori *H* spiritu *sc̄o* contumatiam *L* 11 offerre *GH*²*T*: offerri *H*¹ inferre *AL* 13 contemnimus *G*¹*H* 14 dispiciamus *H*¹
 oculorum *L* occasiones *H*¹ 15 auellere *A* 17 aduersum *H* laesiones *H*¹*L*¹ 18 retinere *H*¹ siue iuste *H* 19 cognouerimus *A* praecipit *AH* cf. p. 169, 14—15 20 concupiscentes *H*¹ 21 prius *om.* *A* 23 obsequis *H* 24 adquiret *A* 27 exspectat *G*¹*H*

habente aduersum nos fratre inefficax erit oratio nostra, ac si nos aduersus eum tumentispiritu indignationis amaritudinem reseruemus.

XV. Sed quid diutius praeceptis euangelicis atque apostolicis
 5 inmoramur, cum etiam uetus lex, quae aliquid habere remis-
 sionis uidetur, haec eadem praecaueat dicens: ne oderis
 fratrem tuum in corde tuo, et iterum: non eris memor
 iniuriae ciuium tuorum, et rursum: itinera eorum qui
 . memoriam retinent malefacti in mortem? uides et ibi
 10 nequitiam non in opere tantum, sed etiam in arcanis cogita-
 tionibus resecari, cum de corde odium et iniuriae non solum
 retributio, sed etiam ipsa memoria radicitus iubetur euelli.

XVI. Interdum superbia uel impatientia superati cum in-
 conditos mores nostros atque inordinatos nolumus emendare,
 15 solitudinem nos desiderare conquerimur, tamquam ibi nullis
 nos concitantibus ilico uirtutem patientiae reperturi, excusantes
 negligentiam nostram causasque commotionis non nostra di-
 centes impatientia, sed fratrum uitio generari: dumque in alios
 erroris nostri uergimus causas, numquam ad patientiae ac per-
 20 fectionis calcem ualebimus peruenire.

XVII. Summa igitur emendationis ac tranquillitatis nostrae
 non est in alterius arbitrio conlocanda, quod nequaquam nostrae
 subiacet potestati, sed in nostra potius dictione consistat. itaque
 ut non irascamur, non debet ex alterius perfectione, sed ex
 25 nostra uirtute descendere, quae non aliena patientia, sed propria
 longanimitate conquiritur.

XVIII. Porro heremum perfectos omnique uitio purgatos
 oportet expetere, et excoctis ad purum in congregatione fratrum

6] Leu. 19, 17. 7] l. c. 18. 8] Prou. 12, 28 (LXX).

1 aduersus *A* 2 aduersum *H* eam *L* 5 inmoramur *AL* quae
GHLT: cum *A* uidetur remissionis habere *H* 9 tenent *H* 10 opera *A*
 etiam *om. A* archanis *G¹L* 12 iubetur *A²G¹HLL*: iubemur *A¹* iubeatur
G²S 14 uoluntus *H* 15 conquerimus *A* conquirimus *L¹* conquiri-
 mur *HL²S* 16 repper*turi (*eras.*) *H* excussantes *H* 17 negligentiam *G*
 commonis *G¹* communes *G²S* commotiones *H¹* nostram *L¹* 18 inpa-
 tientiam *L¹* fratris *G* 19 uertimur *L* 20 calicem *G¹* 21 summam *G¹*
 23 potestate *L¹* dictione *A*: condicionem *GH* conditione *LT* constat *G*
 24 sed . . . 25 uirtute *om. H* 25 descendere *H¹*

uitiis non pusillanimitatis perfrugio, sed diuinae contemplationis
 obtentu et desiderio intuitus sublimioris intrare, qui non nisi
 in solitudine a perfectis solummodo poterit adprehendi. quae-
 cumque enim uitia incurata in heremum detulerimus, operata
 in nobis, non abolita sentientur. solitudo namque sicut nouit 5
 emendatis moribus contemplationem purissimam reserare et
 intuitu sincerissimo spiritalium sacramentorum scientiam re-
 uelare, ita eorum qui minus emendati sunt uitia non solum
 seruare, uerum etiam exaggerare consueuit: tamdiuque sibi
 patiens quis uidetur et humilis, donec nullius hominum con- 10
 misceatur consortio, ad naturam pristinam mox reuersurus,
 cum interpellauerit cuiuslibet commotionis occasio. emergunt
 quippe ex eo confestim uitia quae latebant, et uelut equi in-
 frenes certatim e suis repagulis otio longiore nutriti acrius ad
 perniciem aurigae proprii ferociusque prorumpunt. magis enim 15
 exercitio usuque humano cessante efferantur in nobis uitia,
 nisi fuerint ante purgata, ipsamque umbram patientiae, quam
 possidere imaginarie pernixti fratribus saltim pro eorum re-
 uerentia et nota publica uidebamur, desidia securitatis amittimus.

XVIII. Quasi uero uniuersa uirulenta serpentium genera 20
 uel ferarum, cum in solitudine suisque cubilibus inmorantur,
 non innoxia perseuerent. nec tamen ex eo pronuntiarum possunt
 innoxia, quia nulli noceant: hoc enim eis non affectus boni-
 tatis, sed necessitas solitudinis confert. quae cum laedendi
 nacta fuerint copiam, in semet ipsis reconditum uirus et 25
 animae feritatem protinus egerunt atque demonstrant. ideoque
 perfectionem quaerentibus non sufficit contra hominem non
 2 irasci. meminimus enim in solitudine commorantibus nobis
 contra calamum, cum aut crassitudo eius aut exilitas displiceret,

1 uitis *H*¹ pussillanim. *L* 2 optentu *G* 3 in solitudine *om. A*
 a *AG¹H²LT*: ac *G²H¹S* 4 intulerimus *A* aperta *H* 6 reseruare *GH*
 8 eorum *GHLT*: eis *A* 9 reseruare *H* 10 misceatur *H*: commisc.
rell. 11 mox pristinam *H* 12 commotionis cuiuslibet *L* occasio *H*
 13 infrenis *G¹L¹* 15 pernit. *L* propri *H* enim *om. A* 18 possidere *H¹*
 22 non *om. H* noxia *G²* perseuerint *H¹* 23 nocent *L* 24 lidendi *H¹*
 25 nacta *G²H* ^Nnacta *L* 28 solitudinem *G¹* 29 grossitudo *G²* displi-
 cerit *H¹*

contrae scalpellum, cum incidenda hebeti aeie segniter ex-
 secaret, contraque silicem, si forte ex ea festinantibus nobis ad
 lectionem tardius scintilla ignis emicuit, ita indignationis in-
 reppsisse motum, ut non alias perturbationem mentis quam uel
 5 contra insensibiles materias uel certe aduersus diabolum male-
 dictione prolata digerere atque euaporare possemus. quamobrem 3
 ad perfectionis dumtaxat rationem non satis proderit abesse
 homines, in quos ira moueatur, eum, si patientia prius non
 fuerit acquisita, etiam erga res mutas exereeri similiter irac-
 10 undiae possit affectus, qui residens in corde nostro nec ingem-
 nos possidere tranquillitatis statum nec residuis uitii carere
 permittet. nisi forte in eo putemus eomotionibus nostris
 luerum aliquod uel remedium comparari, quod maledictionibus
 uel iracundiae nostrae minime res inanimae mutaeque respon-
 15 deant et intemperantiam cordis nostri ad maiorem nequaquam
 prouocent exardescere furoris insaniam.

XX. Quapropter si illam summam diuini praemii cupimus
 adipisei, de quo dicitur: beati mundo eorde, quoniam
 ipsi deum uidebunt, non solum haec e nostris actibus am-
 20 putanda est, sed etiam de internis animae radicibus extirpanda.
 non enim ualde proderit iracundiae ehibitus furor in uerbo
 nec in effectum prolatus, si illum areanis pectoris nostri deus,
 quem secreta cordium non latent, inesse perspexerit. radices 2
 enim uitiorum potius excidi praecepit euangelicus sermo quam

18] Matth. 5, 8. 24] cf. Matth. 3, 10.

1 incidenda *H*¹ ⁱ incidenda* (s. *eras.*) *L* hebiti *HL*¹ signiter *H*
 3 emicuerit *H* 4 motu *L* perturbatione *L* 5 diabolum *H*¹ 6 de-
 gerere *L* adque *H* enapurare *H*¹ possemus *H*²: possumus *H*¹ pos-
 simus *rell.* 8 sapientia *H* prius *AHLT*: prius inter fratres *G* 9 ad-
 quesita *H*¹ res mutas *GL*: multas species *A* res mutas speciesque
 minutas *HTv*: cf. *infra u. 14* res inanimae mutaeque 10 effectus *H*
 resedens *H* 11 possidere *H*¹ tranquillitatis statum *GHLT*: tranquilli-
 tatem *A* 12 permittet *G*: permittit *AHT* permittit** *L* 13 compa-
 rari *AL* 15 temperantiam *H* 16 exardescere *A* 17 *numerum om. G*
 proemii *L* praeccepti *A* 18 qua *A²L²T* 19 haec e *A*: haec a *L* haec* *H*
 e nostris haec actibus *G* aputanda *A* 20 est *AHLT*: est sententia *G*
 intimis *H* animi *L* extirp. *G²H* 22 illam *H* archanis *G¹L* 23 cordi*
 nostro (o *alt. in i mutat.*) non *L* radicis *L*¹ 24 praecipit *AH*

fructus, qui procul dubio euulsis fomitibus nequaquam ulterius pullulabunt: atque ita mens poterit iugiter in omni patientia et sanctitate durare, cum haec non de superficie operationis et actuum, sed de cogitationum fuerint euulsa penetralibus. et 5
 idcirco ne homicidium perpetretur, ira odiumque succiditur, sine quibus homicidii crimen nullo modo ualebit admitti. qui irascitur enim fratri suo, reus erit iudicio, et: qui 3
 odit fratrem suum homicida est. in eo scilicet quod eum corde cupiat interire, cuius cruorem propria manu uel telo apud homines minime fudisse cognoscitur, affectu irae homicida 10
 pronuntiatur a domino, qui non solum pro operationis effectu, sed etiam pro uoluntatis ac uoti desiderio unicuique aut praemium reddet aut poenam, secundum illud quod ipse loquitur per prophetam: ego autem opera eorum, et cogitationes eorum: uenio ut congregem cum omnibus 15
 gentibus et linguis, et rursum: inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum.

XXI. Sciendum tamen in eo, quod in quibusdam exemplaribus inuenitur: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio, superfluum esse sine causa et adiectum 20
 esse ab his, qui amputandam iram pro iustis causis minime putauerunt, cum utique nullus quamlibet absque ratione commotus sine causa se dicat irasci. quamobrem apparet ab eis adiectum, qui propositum non intellexerunt scripturae uolentis 25
 fomitem iracundiae omnimodis amputare nullamque indignationis occasionem penitus reseruare, ne, dum iubemur irasci cum causa, etiam sine causa irascendi nobis intromittatur

6] Matth. 5, 22. 7] I Ioh. 3, 15. 14] Esai. 66, 18. 16] Rom. 2, 15—16. 20] Matth. 5, 22.

4 penetrabilibus *HL* 5 homicidium *H* 7 irascetur *H*¹ enim *om. AG* et *om. H* 8 quo *H* 9 cuius cum cruore *L* 10 apud *A* fudisse *H*¹ homicidia *L*¹ 11 pronuntiatus *A* 13 reddit *GL* illud *A* 14 profetam *A* 17 accusantibus *H* accusantium *L* defendentium *L* 18 dñs *H* 19 numerum *om. G* est in eo *H* 20 irascetur *H*¹ 22 amputandam *A* 23 quamlibet *ex* qualibet *H* 24 dicit *HL* 25 scripturae *AG*¹ 26 amputare *A* amputarem *G*¹

occasio. finis enim patientiae non in irascendo iuste, sed in penitus non irascendo consistit. licet a quibusdam hoc ipsum quod dicitur sine causa ita interpretari sciam, quod scilicet sine causa irascatur is, cui expetere ultionem irato non liceat.
 5 melius tamen est ita tenere, ut et nouella exemplaria multa et antiqua omnia inueniantur esse perscripta.

XXII. Quapropter athletam Christi legitime decertantem iracundiae motus radicitus oportet euellere. cuius morbi haec erit medicina perfecta, ut primitus credamus nullo modo siue
 10 iniustis seu iustis ex causis licere nobis irasci, scientes nos discretionis lumen rectique consilii firmitatem, ipsam quoque honestatem et iustitiae moderamina protinus amissuros, si principale cordis nostri eius fuerit tenebris obscuratum, tum deinde puritatem mentis nostrae mox proturbandam, templumque
 15 eam sancti spiritus effici omnino non posse iracundiae in nobis spiritu commorante: postremo ut cogitemus nequaquam licere nobis orare nec iratos fundere preces ad deum, et prae omnibus incertum statum condicionis humanae prae oculis habentes cotidie nos credamus e corpore migraturos, nihilque nobis continentia
 20 castitatis, nihil abrenuntiatione omnium facultatum, nihil diuitiarum contemptu, nihil ieiuniorum uigiliarumque laboribus conferendum, quibus propter iracundiam solam et odium ab uniuersitatis iudice supplicia promittuntur aeterna.

1 non in *G*: non *rell.* sed in *AL*¹: sed *rell.* 5 est tamen *H*
 6 perscripta *G*¹ praescripta *L* ita tenere, ut in nouella exemplaria multa et antiqua omnia continetur *A* 7 numerum *om. G* an-
 thletam *H*¹ 8 huius ^{mor}uerbi *H* 10 seu] siue *LT* siue iustis siue iniustis *Hv* ex *om. H* 13 nostri *AHLT*: nostri lumen *Gv* 18 conditionis *GL* cottidie *G* 19 continentiam *L*¹ 20 nihilque abrenuntiatione *L* 21 contentu *H* 22 solum *L*¹ et odium . . . 23 iudice *om. A*
 23 aeterna. Finit de sp̄u irae. Incipiunt capitula de sp̄u tristitiae *A*
 Expliç de sp̄u irae lib̄ VIII. Incipiunt capitula sequentis libri *G* Explicit de ira liber VIII. Incipit de sp̄u tristitiae liber VIII. *HL* Incipiunt tituli *L*: *om. H*

LIBER NONUS. DE SPIRITU TRISTITIAE.

CAPITULA.

- I. Quod quintum certamen sit aduersus spiritum tristitiae, et quae per ipsam menti inferantur dispendia. 5
- II. Qua cantione morbus tristitiae sit curandus.
- III. Quam conparationem habeat anima quae tristitiae moribus deuoratur.
- III. Unde uel quibus modis tristitia gignatur.
- V. Quod non aliorum, sed nostro uitio commotiones excitentur in nobis. 10
- VI. Quod nullus repentino lapsu conruat, sed paulatim per longam incuriam reccidens pereat.
- VII. Quod non sint fratrum deserenda consortia, ut perfectio conquiratur, sed patientia iugiter excolenda. 15
- VIII. Quod, si mores nostros emendatos habuerimus, possit nobis cum omnibus conuenire.
- VIII. De alio genere tristitiae, quod desperationem salutis inportat.
- X. In quo tantummodo nobis sit tristitia utilis. 20
- XI. Quemadmodum discernatur, quae sit utilis ac secundum deum tristitia, et quae diabolica atque mortifera.
- XII. Quod absque illa salutari tristitia, quae tribus modis generatur, omnis tristitia tamquam noxia repellenda sit.
- XIII. Remedia quibus tristitiam de cordibus nostris exterminare possimus. 25

4 quod quintum *ALT*: quantum *H* aduersus *H* 5 mentis *L* defendantur aeterna *H* 9 gignatur *LT*: gignitur *A* gignantur *H* 10 commotiones *H* excitantur *HT* 12 lapsu *A* conruat *T*: curruat *H*¹ corruat *ALH*² 13 reccidens *A*: recedens *HLLT* 14 sit *H* sunt *T* 15 conquiratur *H*¹ 16 nostras *H* 18 disperationem *AHLLT* 20 in quantum modo *HT* sit nobis *L* tristitiae *H* utilis] uitii *L*¹ 21 quemammodum *L* 22 deum *om. HT* 23 salutaris *HT* tristitiae *H* 24 repellenda *H* 26 possumus *LT* Finiunt (Expliciunt *L*) capitula *AL* Incipit de spiritu tristitiae lib. VIII. *G* Incipit textus eiusdem libri *L nihil inscriptum in AH*

I. Quinto nobis certamine edacis tristitiae stimuli retundendi sunt. quae si passim per singulos incursus et incertos ac uarios casus obtinendi animam nostram habuerit facultatem, ab omni nos per momenta singula separat diuinae contemplationis in-
 5 tuitu ipsamque mentem ab uniuerso puritatis statu deiectam funditus labefactat ac deprimit: non orationes eam explere cum solita cordis alacritate permittit, non sacrarum lectionum sinit remediis incubare. tranquillum quoque ac mitem fratribus esse non patitur et ad cuncta operationum uel religionis officia
 10 impatientem et asperum reddit, omnique perduto salubri consilio et cordis constantia proturbata uelut amentem facit et ebrium sensum frangitque et obruit desperatione poenali.

II. Quamobrem non minore prospectu, si spiritalis agonis certamina legitime cupimus desudare, hic quoque nobis curandus
 15 est morbus. sicut enim tineae uestimento, et uermis ligno: ita tristitia uiri nocet cordi: satis euidenter ac proprie uini noxii huius ac perniciosi uitii spiritus diuinus expressit.

III. Uestimentum namque esu tinearum adtactum nullius pretii uel honesti usus poterit ulterius habere commercium,
 20 totidemque lignum uermibus exaratum non iam ad ornatum uel mediocris aedificii, sed ad combustionem ignis merebitur deputari. ita igitur et anima, quae edacissimis tristitiae mor- sibus deuoratur, inutilis erit uel uestimento illi pontificali, quod unguentum spiritus sancti de caelo descendens prius in
 25 barbam Aaron, deinde in oram suam solere suscipere sancti Dauid uaticinio perhibetur, secundum illud: sicut unguentum

15] Prou. 25, 20. 26] Ps. 132, 2.

1 I *om.* L edaces L² 2 cursus H et *om.* H 3 cassus H¹ obtenendi H nostram] *meam* H habuerint L¹ 4 reparat H 6 de- premit AH¹ orationis H 7 lectionem L¹ 8 tranquillam H 9 re- legionis G¹ 10 asperam H² reddet A 12 frangit H obruet A disperatione AG¹H 13 minori H 14 nobis quoque L 16 corde H¹ 17 uitii H¹ 18 *non distinguit* H actactum L 19 pretii H¹ com- mertium GL 20 itidemque H^{2v} 21 edifici H¹ combust. AL 24 un- gentum A ^{qui} *sci* *fi* de (*sic*) L descendens H¹ 25 aaron A oram] stolam A 26 *dād* A uaticinatione H uaticinatio L illud A unguentum A

in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius: sed nec ad structuram templi illius spiritalis atque ornatum poterit pertinere, cuius Paulus architectus sapiens posuit fundamenta dicens: uos estis templum dei et spiritus dei habitat in uobis: cuius qualia sint ligna, sponsa describit in Cantico Canticorum trabes, inquit, nostrae cupressus, tigna domorum nostrarum cedri. et idcirco huiusmodi ad templum dei lignorum genera deliguntur, quae sunt et bonae fragrantiae et inputribilia, quaeque nec corruptelae uetustatis nec esui uermium ualeant subiacere.

III. Nonnumquam tamen irae praecedentis uitio subsequi seu concupiscentiae lucriue cuiusdam minus indepti generari solet, cum se harum rerum quadam spe mente concepta quis uiderit excidisse. interdum uero etiam nullis existentibus causis, quibus ad hanc labem conruere prouocemur, inimici subtilis instinctu tanto repente maerore deprimimur, ut ne carorum quidem ac necessariorum nostrorum aduentum solita suscipere adfabilitate possimus, et quidquid ab eis competenti fuerit confabulatione prolatum, inopportunum nobis ac superfluum iudicetur, nullaque eis reddatur a nobis grata responsio, uniuersos cordis nostri recessus felle amaritudinis occupante.

V. Unde manifestissime conprobatur non semper nobis aliorum uitio commotionum stimulos excitari, sed potius nostro,

4] II Cor. 6, 16. I Cor. 3, 16. 7] Cant. 1, 16 (LXX).

1 descendit *H* descendet *L* in barbam in barba *A* cf. *Conl. XIII*, 14, 3 descendet *L* 2 ora *HL* 3 cuius] huius *H* 4 fundamentum *AL* 6 sunt *H*¹ cantica *HL* 7 cypressus *GH*² compressus *H*¹ cuprassus *L*¹ 8 nostrorum *HL* huiusmodi *G* (*non S*) 9 deliguntur *G*: deleguntur *A* diliguntur *HLT* fragrantiae *AG*¹*HL*¹ fragrantiae *G*²*L*² 10 inputribilia *H*¹ corruptibili uetustati *HL* 12 III *H* praecedentis *H*¹ cedentis *L* 13 huiusdam *H* 14 earum *A* quadam spe mente concepta (concepte *H*) *GHLT*: spe quae mente conceperat *A* 15 excedisse *A* etiam *om. L* exist. *G*²*H* 16 subtilis *A* 17 deprimimur *A* nec *HL* 19 adfabilitate *GH*: affab. *rell.* quidquid *G*¹*H*¹: quicquid *rell.* competenti *L* 20 inopportunum *H* ac] et *L* 21 a nobis reddatur *L* gratia *HL* responsionis *H*²*L* 23 III *H* 24 stimulo *L* incitari *A*

qui reconditas in nobismet ipsis habemus offensionum causas ac seminaria uitiorum, quae, cum mentem nostram temptationum imber adlnerit, in germina confestim fructusque prorumpunt.

5 VI. Numquam enim quis alterius uitio lacessitus peccare compellitur, si repositam materiem delictorum in suo corde non habeat: nec tunc subito quispiam deceptus esse credendus est, cum conspecta mulieris forma in barathrum concupiscentiae turpis inciderit, sed potius occultos ac latentes medullitus
10 morbos occasione uisus in superficiem tunc fuisse productos.

VII. Ideoque creator omnium deus, opificii sui curationem prae omnibus noscens, et quia non in aliis, sed in nobismet ipsis offensionum radices causaeque consisterent, non deserenda praecepit fratrum consortia, nec uitari eos, quos laesos a nobis
15 uel a quibus nos arbitramur offensos, sed deliniri iubet, sciens perfectionem cordis non tam separatione hominum quam patientiae uirtute conquiri: quae firme possessa sicut potest nos etiam cum his qui oderunt pacem pacificos conseruare, ita, si
20 sunt, facit iugiter dissidere. occasiones enim commotionum, ob quas eos quibus iungimur deserere festinamus, in conuersatione humana deesse non poterunt: et idcirco tristitiae causas, ob
quas a prioribus separamur, non euadimus, sed mutamus.

VIII. Procurandum itaque nobis est, ut nostra potius emendare uitia et mores corrigere festinemus. quae procul dubio si fuerint emendata, non dicam cum hominibus, sed etiam cum
25 feris ac beluis facillime nobis conueniet secundum illud, quod in libro beati Iob dicitur: bestiae enim ferae pacatae erunt

28] Iob 5, 23 (LXX).

1 recondito *L*¹ offensionum *G*¹ causas *om.* *A* 2 semenaria *A*
3 ymber *G*² alluerit *L* appulerit *A* geminam^{rmen} *L* corrumpunt *G*¹
5 *V* *H* 6 materiam *HL* delectorum *A* corde suo *H* 9 incederit *H*¹
10 superficiem uisus tunc *A* 11 *VI* *H* opifici *H* 13 radicesq. *L*¹
14 praecipit *H* 18 oderant *L* si parta *AG*²: si parata *G*¹*LT*
separata *H* 20 desiderere *G* desedere *H*¹ 21 festinemus *G*¹*H*¹
24 *VII* *H* numerum *om.* *G* ita *L* 28 bisteae *A* ac fere *H* pacata *HL*¹

tibi. extrinsecus quippe uenientia non uerebimur offendicula nec ulla poterunt scandala nobis de foris inferri, si in nobismet ipsis intus radices eorum receptae insertaeque non fuerint. pax enim multa diligentibus nomen tuum: et non est illis scandalum.

VIII. Est etiam aliud detestabilius tristitiae genus, quod non correctionem uitae nec emendationem uitiorum, sed perniciosissimam desperationem animae incit delinquenti: quod nec Cain fecit post fratricidium paenitere nec Iudam post proditorem ad satisfactionis remedia festinare, sed ad suspendium laquei sua desperatione pertrahit.

X. Ideoque utilis nobis una re tantum tristitia iudicanda est, cum hanc uel paenitudine delictorum uel desiderio perfectionis accensi uel futurae beatitudinis contemplatione concipimus. de qua et beatus apostolus: quae secundum deum est, inquit, tristitia, paenitentiam ad salutem stabilem operatur: saeculi autem tristitia mortem operatur.

XI. Sed illa tristitia, quae paenitentiam ad salutem stabilem operatur, oboediens est, adfabilis, humilis, mansueta, suavis ac patiens, utpote ex dei caritate descendens: et ad omnem dolorem corporis ac spiritus contritionem infatigabiliter semet ipsam desiderio perfectionis extendens et quodammodo laeta ac spe profectus sui uegeta cunctam adfabilitatis et longanimitatis retinet suauitatem, habens in semet ipsa omnes fructus spiritus sancti, quos enumerat idem apostolus: fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, boni-

4] Ps. 118, 165. 15] II Cor. 7, 10. 25] Gal. 5, 22—23.

1 quippe] enim *L* 2 nobis scandala *L* 3 in ius *L* earum *A*²
 insertaeque *om. A* 6 VIII *H* numerum *om. G* etiam *om. A* aliud *A*
 7 correptionem *H* pernet. *G* pernit. *L* 8 disperationem *G*¹*H*¹*L*¹
 9 post *om. L* fratris homicidium *H* penitere *GHL* 11 disperatione *G*¹*H*¹*L*¹
 12 VIII *H* numerum *om. G* tristitiae *L* 13 haec *A*
 penitudine *GHL* delictorum *A* 14 cupimus *H* conspiciamus *L*
 16 inquit *AH*¹ penit. *GH* patientiam *L* 17 saeculi . . . operatur
om. AL 18 non distinguit *H* numerum *om. G* illi *H*¹ ille *L*¹
 penit. *GHL* 19 adfabilis *G*: affabilis *rell.* 20 utpote *H*¹*L*¹ discen-
 dens *H*¹ 23 uegeta *AG*¹*H*¹ uegetata *H*² cuncta *L*¹ adfabilitatis *G*:
 affab. *rell.* 24 retenet *H*¹ ipsã *A*

tas, benignitas, fides, mansuetudo, continentia. haec
 uero asperrima, impatiens, dura, plena rancore et maerore in-
 fructuoso ac desperatione poenali, eum quem complexa fuerit
 ab industria ac salutari dolore frangens ac reuocans, utpote in-
 5 rationabilis et intercipiens non solum orationum efficaciam,
 uerum etiam uniuersos quos praediximus fructus spirituales euac-
 uans, quos nouit illa conferre.

XII. Quapropter absque illa, quae uel pro salutari paenitentia
 nel pro studio perfectionis seu pro desiderio suscipitur futurorum,
 10 omnis tristitia tanquam saeculi et quae mortem inferat aequa-
 liter repellenda est ac sicut fornicationis spiritus seu filargyriae
 uel irae de nostris cordibus penitus extrudenda.

XIII. Hanc ergo perniciosissimam passionem ita de nobis
 expellere poterimus, ut mentem nostram spiritali meditatione
 15 ingiter occupatam futura spe et contemplatione repromissae
 beatitudinis erigamus. hoc enim modo uniuersa tristitiarum
 genera, siue quae ex praecedente ira descendunt, siue quae
 amissione lucri uel detrimento inlato nobis adueniunt seu de
 inrogata generantur iniuria, siue quae de irrationabili mentis
 20 confusione procedunt, seu quae letalem desperationem nobis
 inducunt, ualebimus superare, cum aeternarum rerum ac fu-
 turarum intuitu semper laeti atque immobiles perdurantes nec
 casibus deiectionibus nec prosperis fuerimus elati, utraque
 uelut caduca et mox transeuntia contemplantes.

1 mansuetudo *GHLT*: modestia *A* 3 desperatione *H*¹ 4 utpote *H*¹*L*¹
 5 efficaciam *HL* 6 spiritalis *G*¹*H*¹ 8 non distinguit *H* numerum
 om. *G* ulla *L*¹ nel om. *G*¹ nel quae *L* penitentia *GH* poenit. *L*
 9 suscipietur *H* 10 tristitiae *G*¹ infert *A* 11 philargyriae *HL* 12 pae-
 nitus *A* 13 non distinguit *H* numerum om. *G* ergo *GHLT*: igitur *A*
 pernit. *L* 15 occupata *A* 16 erigamur *L*¹ 17 praecedente *H*¹ di-
 scendunt *H*¹ descendit *L* 18 admixtionẽ *L*¹ detrimento inlato *scripsi*:
cf. Conl. V, 11, 8 detrimenti *codd.* inlata *A* inlati *GHLT* inlatio-
 nibus (om. nobis) *S*² detrimenti inlacione *v* seu] siue *G* 19 de om. *HT*
 20 desperationem *AH*¹*L*¹ 21 inducunt *G*²*L*²: inducant *L*¹ indicunt *rell.*
 23 cassibus *H*¹ 24 contemplantes. Explicit de sp̃u tristitię (*haec a m.*
s. VIII) . . . de sp̃u acediae *A* Explicit de spiritu tristitię lib̃ VIII.
 Incip̃ cap̃ presentis lib̃ *G* Explicit liber de sp̃u triš. Incipit de sp̃u accidie
 liber X. Item capitula de libro Xmo *H* Exp̃i de sp̃u tristitię lib̃ VIII.
 Incip̃ de sp̃u acidię lib̃ · X · Incipiunt capitula eiusdẽ lib̃ *L*

LIBER DECIMUS.
DE SPIRITU ACEDIAE.

CAPITULA.

- I. Quod sextum certamen sit aduersus spiritum acediae, et de natura eius. 5
- II. Expositio acediae, uel quemadmodum serpat in corde monachi, quaeue inferat menti dispensia.
- III. Quibus generibus monachum superet acedia.
- IIII. Quod acedia excaecat mentem ab omni contemplatione uirtutum. 10
- V. Quod duplex acediae sit inpugnatio.
- VI. Hi, qui ab acedia coeperint uinci, quateuus conlabuntur.
- VII. Apostoli testimonia contra spiritum acediae.
- VIII. Quod necesse sit inquietum esse eum, qui opere manuum suarum non uult esse contentus. 15
- VIIII. Quod non solum apostolus, sed etiam hi, qui cum illo erant, manibus suis operati sunt.
- X. Quod ob hoc manibus suis apostolus operatus sit, ut nobis operandi praeberet exemplum.
- XI. Quod non solum exemplo, sed etiam uerbis praedicans 20 monuerit operari.
- XII. De eo quod dicit: si quis non uult operari, nec manducet.
- XIII. De eo quod dicit: audiuiimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete. 25
- XIIII. Quod multa uitia amputet operatio manuum.
- XV. De humanitate etiam otiosis et neglegentibus inertienda.

22] II Thess. 3, 10. 24] I. c. 11.

4 acidaie *L* (*passim*) accidie *H* 6 quemammodum *L* 7 quaeue *L*
mentis *HT* 8 superat acdia *H* 9 acdia *H* excaecat *HLT* 11 sit
acdie *H* 12 hii *HT* abcidia *H* quatinus *L* 13 testimonium *L* aci-
diae *H(L)* 16 quod *HLT*: quomodo *A* apostolos *H* apostoli *L* 18 apo-
stolus *om. HT* apostolus manibus suis *A* operatam *H* 20 uerbis *om. H*
22 si *om. L* nec *AT*: non *HL* 25 ambulantes *HT* 26 quod *om. L*
operatio manuum (manũ *T*) *ALT*: operationum *H* 27 umanitate *H*

XVI. Quod non odii causa, sed dilectionis eos qui delinquant corripere debeamus.

XVII. Diuersa testimonia, quibus apostolus praecepit operari debere uel ipse operatus fuisse monstratur.

5 XVIII. Quod tantum operatus sit apostolus, quantum non sibi soli, sed etiam his qui cum eo erant posset sufficere.

XVIII. Quemadmodum intellegi debeat: beatius est magis dare quam accipere.

XX. De fratre desidioso, qui alios egredi de coenobio sollicitabat.

10 XXI. Diuersa testimonia de Salomone contra acedian.

XXII. Quod per Aegyptum fratres ita suis manibus operantur, ut non solum propriis necessitatibus satisfaciant, sed etiam his qui in carceribus sunt subministrent.

15 XXIII. Quod otii causa faciat in partibus Occidentis non esse coenobia monachorum.

XXIII. De abbate Paulo, qui singulis annis omne opus manuum suarum igne subposito concremabat.

XXV. Uerba abbatis Moysi, quae dixerit mihi de remedio acediae.

20 I. Sextum nobis certamen est, quod Graeci ἀκηδίαν uocant, quam nos taedium siue anxietatem cordis possumus nuncupare. adfinis haec tristitiae ac solitariis magis experta et in heremo

7] Act. 20, 35.

1 dilectionis *HLT*: correxionis *A* delinquent *H* 2 debemus *Tv*
 3 de uera *H* de diuersa *L* apostulus *H* praecepit *L*: praecipit *AHTr*
 4 deure *H* 5 quod non *L* sit apostolus *om. L* 6 posset *r*: possit
AHT posse *L* 7 est *om. L* 9 *titulum cap. 20 om. AHT* alio *L*
 de *om. L* 10 *XX AH* deuersa *H* salamone *H* acedian *A*: acci-
 diam *H* acidia *L* 11 *XXI AH* per *om. HT* aegyptum *L* ita *om.*
AHT 13 in *om. H* sumministrent *A* 14 *XXII AH* 15 esse *om. H*
 16 *XXIII AH* opus] tempus *HT* 17 supposito *AL* 18 *XXIII AH*
 moysi *HT*: mosi *AL* dixit *HT* mihi *om. HT* 19 accidiae *H* aci-
 diae *LT* Finiunt capitula de spū acediae. Incipit liber *A* Incipit de
 spiritu acediae liber decimus *G* Expliciuunt capitula. Incipit textus eius-
 dem *L nihil inscriptum in H*

20 I *om. GL* afnaan *H* acidiam *L* *ARNAIAN T* 21 anxie-
 tatem *H* 22 haec adfinis *L* tristitiae ac *AHLT*: tristitiae est et uagis
 maxime ac *Gv* (*in r deest maxime*) in *om. L*

commorantibus infestior hostis ac frequens, maxime circa horam sextam monachum inquietans, ut quaedam febris ingruens tempore praestituto ardentissimos aestus accessionum suarum solitis ac statutis horis animae inferens aegrotanti. denique nonnulli senum hunc esse pronuntiant meridianum daemonem, qui in psalmo nonagensimo nuncupatur. 5

II. Qui cum miserabilem obsederit mentem, horrorem loci, cellae fastidium, fratrum quoque, qui cum eo uel eminus commorantur, tamquam negligentium ac minus spiritalium aspersionem gignit atque contemptum. ad omne quoque opus, quod intra saepta sui cubilis est, facit desidem et inertem: non eum in cellula residere, non operam sinit inpendere lectioni. nihilque se proficere tanto tempore in eadem commorantem crebrius ingemescit nec habere se fructum aliquem spiritalem, donec fuerit illi consortio copulatus, queritur atque suspirat et ab omni se dolet spiritali quaestu inanem in loco uacuumque consistere, utpote qui, cum posset etiam alios regere ac prodesse plurimis, nullum aedificauerit nec quemquam institutione sua doctrinaque lucratus sit. absentia longeque posita magnificat monasteria, loca etiam illa magis ad profectum utilia et saluti congruentiora describit, consortia quoque ibidem fratrum suauia et plena spiritali conuersatione depingit: e contra uniuersa quae habentur in manibus aspera, et non solum aedificationem nullam esse in fratribus, qui morantur in loco, sed ne ipsum quidem uictum corporis absque ingenti labore conquiri. postremo non posse se saluari in eo loco durantem, nisi relicta cella, cum qua sibi, si adhuc in ea fuerit remoratus, 25

6] Ps. 90, 6.

3 acerbissimos *A* accensionum *AG¹He* 4 infert *AH²* inferre *H¹* 5 senum] enim *H* pronuntiant *L* daemonem *G¹* 6 nonagensimo *G¹S¹*: nonagesimo *rell.* 7 non distinguunt *AHT* numerum *om. G* obsederet *H¹* 8 fastidium generat *H* uelle minus *L* 9 neglig. *G¹* aspersionem *om. L* 10 contemptum *A* 11 septa *codd.* cubiculis *L¹* cubiculi *HL²T* 12 cella *HTv* cellulã *L* nec operam *Hv* sinet *H¹* 13 proficere lectione *L* 14 ingemiscit *G²H²* 17 utpote *H¹* possit *HL* etiam *om. A* 20 profectum *H* 21 quaeque *A* 22 e *om. H* et contra *L* 24 commorantur *H* 26 se *om. L* durante *A* 27 sibi si] sibi *L*

pereundum erit, exinde semet ipsum quantocius asportarit.
 dein lassitudinem corporis cibique esuriam quinta sextaque 3
 hora tantam suscitatur, ut uelut longo itinere grauissimoque
 labore confectus sibimet lassusque uideatur, aut quasi refec-
 5 tionem cibi biduano ieiunio triduanoue distulerit. tum praeterea
 huc illucque anxius circumspectat et nec fratrum sibi quem-
 piam aduentare suspirat, saepiusque egreditur et ingreditur
 cellam ac solem uelut ad occasum tardius properantem crebrius
 intuetur, et ita quadam inrationabili mentis confusione uelut
 10 taetra subpletur caligine omnique actu spiritali redditur otiosus
 ac uacuuus, ut nulla re alia tantae obpugnationis remedium
 quam uisitacione fratris cuiuspiam seu somni solius solacio
 posse aestimet inueniri. deinde honestas idem morbus ac ne- 4
 cessarias suggerit salutaciones fratribus exhibendas uisitaciones-
 15 que infirmorum uel eminus uel longius positorum: quaedam
 etiam pia ac religiosa dictat officia, illos uel illas debere pa-
 rentes inquiri et ad salutandos eos crebrius properari, illam
 religiosam deuotamque deo feminam, omni praesertim parentum
 subsidio destitutam, magnum opus esse pietatis frequenter in-
 20 uisere, ac si quid ei sit necessarium, quae a propriis parentibus
 negligitur atque despicitur, sanctissimum procurari, magisque
 oportere in his operam pietatis inpendi quam infructuosum ac
 sine ullo profectu in cellula residere.

1 exinde G^1HL^1T : nisi exinde G^2SL^2 quantotius $GSHLLT$ aspor-
 tauerit SL^2v nisi relicta cella exinde semet ipsum quantocius asporta-
 uerit: sibi enim, si adhuc in ea fuerit remoratus, pereundum erit A : sed
 cum qua, *quod solum offendere possit, idem ualet quod* in qua habitanti
 3 tandem A tantum G^1LT ut *om. HT* uelut] uel e A 4 fessus-
 que L 5 tunc L 6 anxius H 7 aduenare G^1 10 tetra *codd.*
 suppletur AGL caligine subpletur $H(T)$ omni quoque H ociosus G^1
 11 tantae] exstante L oppugn. AL 12 uisione H solatio HL 13 posse
om. L moribus L necessariis sugerit H 14 exhibendas uisionisque H
 15 possitorum H 16 etiam *om. H* relegiosa G^1 17 requiri L uisi-
 tandos H eos *om. L* properare G^2S 18 relegiosam G^1 omne L^1
 19 destitutam G^1H^1T desolatam A esse pietatis opus G (*sed opus s.*
l. m. 2) inuissere H^1 20 eis L^1 21 despicitur G^1HL^1 potissi-
 mum L 22 opera H infructuose HTv 23 cella G^1 cellula rese-
 dere H^1

III. Agitur itaque infelix anima talibus inimicorum machinis
 inpetita, donec acediae spiritu uelut ariete ualidissimo fatigata
 aut in somnum discat incidere aut excussa claustris cellulae
 suae consolationem inpugnationis huius uisitatione fratris con-
 suescat acquirere, hoc quo utitur ad praesens remedio paulo
 post acrius infirmanda. frequentius enim aduersarius ac dirius
 adtemptabit, quem conserto proelio praebiturum comminus sibi
 terga cognoscit salutemque sibi non de uictoria nec de con-
 flictu, sed de fuga sperare peruidet, donec paulatim protractus
 e cella actus suae professionis incipiat obliuisci, qui non est
 alius quam intuitus et contemplatio diuinae illius et excellentis
 super omnia puritatis, quae non alibi potest nisi in silentio et
 iugi cellae perseuerantia ac meditatione conquiri, atque ita
 militiae suae fugitius ac desertor Christi miles effectus in-
 plicet se negotiis saecularibus, ei cui se probauit mi-
 nime placiturus.

III. Huius aegritudinis uniuersa incommoda uno uersiculo
 beatus Dauid eleganter expressit dormitauit, inquiens, anima
 mea prae taedio, id est prae acedia. proprie satis non corpus
 dixit, sed animam dormitasse. uere enim ab omni contempla-
 tione uirtutum et intuitu spiritalium sensuum dormitat anima,
 quae perturbationis huius telo fuerit sauciata.

V. Itaque Christi uerus athleta, qui agonem perfectionis cupit
 legitime decertare, hunc quoque morbum de latebris animae
 suae festinet extrudere, et ita contra hunc quoque nequissimum
 acediae spiritum utrobique contendat, ut neque somni telo elisus

14] II Tim. 2, 4. 18] Ps. 118, 28.

1 III *om. G* iniquorum *G* 2 inpetita *AT* acediae *G*¹ accediae
ex accidiae *H* acdie *L* 3 summum *H* cellulae *H*¹ cellę *L*
 4 conluctationē inpugnatione *L* huius uisitatione *om. L* 5 quod *H*¹
 quoque *L* 6 dirus *G*¹ durius *H*² 7 adtemptabit *A* eum quem *H*
 consorto *L*¹ 8 terga *om. H* 9 de *om. L* peruidet *G*¹*H*¹ p̄uidet *G*²
 peruiderit *L* 10 actū *S* 11 contemplationis *L*¹ et *om. L* 12 qui *L*
 13 perseuerantiae *H*¹ adque *H* 15 cui] qui *AL* probabit *GL* 17 III
om. G 18 dād *A* eliganter *AH*¹*L*¹ expresit *H* inquires *L, om. H*
 19 accedia *H* acidia *L* 21 sensu *H* 23 V *om. G* antleta *H* 25 ex-
 trahere *G* nequissimum *om. A* 26 accidiae *H* acidiae *L* utribi-
 que *G*¹ utrobique *LS*²*v* ut ubique *H* contendant *L*¹

concidat neque de monasterii claustris expulsus quamvis sub praetextu coloris pii fugitius abscedat.

VI. Quemcumque enim in parte qualibet coeperit superare, aut tamquam inertem et dediticium sibi patietur absque ullo
 5 profectu spiritus in cellula commorari aut excussum exinde instabilem de cetero reddet ac uagum, et ad omne opus desiderem cellas fratrum iugiter faciet ac monasteria circumire nihilque aliud procurare, quam ubi quoue colore occasionem refectioni futurae ualeat praeparare. mens enim otiosi nihil
 10 aliud cogitare nouit quam de escis ac uentre, donec inuenta quandoque sodalitate cuiusdam uiri uel feminae aequali tepore torpentis rebus eorum ac necessitatibus inuoluatur et ita paulatim reddatur noxiis occupationibus inretitus, ut tamquam serpentinis spiris obstrictus numquam deinceps ad perfectionem
 15 professionis antiquae se ualeat enodare.

VII. Hunc morbum, qui de aediae spiritu nascitur, beatus apostolus ut uerus ac spiritalis medicus uel tunc iam conspiciens serpere uel emersurum spiritu sancto reuelante prospiciens salutaribus praeceptorum suorum medicamentis praeuenire festinat.
 20 Thessalonicensibus enim scribens et primo ut peritissimus quidam perfectusque medicus infirmitatem susceptorum blanda lenique uerbi curatione fomentans ac de caritate incipiens eosque in ea parte conlaudans, quousque letale uulnus leniore remedio delinitum deposita tumoris indignatione facilius medicamina
 25 austeriora sustineat, ita ait: de caritate autem fraternitatis

25] I Thess. 4, 9—10.

1 monasteriis *L*¹ 2 calor *G*¹ fugitius *H*¹ 3 VI *om. G* quacumque *L* quolibet *L*² 4 tam *H* dediticium *H* diditicium *L*¹ sibimet *L* 5 cellula *H* inde *G* 6 reddit *AH*¹ 7 facit *A* circuire *G*²*H*²*L* 8 aliud *A* ubi quoque *H* ubiue *L* occasiones *L* 9 refectionis *HLv* 10 ac] et *HT* aut *L* 13 noxis *H*¹ ut] aut *A* 14 spinis *L*¹ sagittis *H* obstrictus ut *A* obstructus *H* 15 tendere *H* 16 VII *om. G* acidiae *H*¹*L* beatus *om. L* 17 apostolus] paulus *H* respiciens *L* 18 emersurum inter monachos *Gv* praeuidens *A* 19 festinet *G*¹*H*¹ 20 thesalonic. *GH* primo quidem ut *G* 21 infirmitates *A* ut *uid.* 23 loetale *L* leniori *G*²*H* 24 delinitum *G*¹: dilinitum *H*¹ delinitum *rell.* timoris *G*¹ 25 sustineant *A* susteneat *H*¹ ait] inquit *H m. 2* ex ut

non necesse habemus scribere uobis: ipsi enim a deo
 docti estis ut diligatis inuicem: etenim facitis illud
 2 in omnes fratres in uniuersa Macedonia. praemisit laudis
 fomenta lenia, fecit eorum aures ad curam salutaris uerbi pla-
 ciditas et paratas. rursum infert: rogamus autem uos, fratres, 5
 ut abundetis magis. adhuc eos blanda uerborum lenitate
 demulcet, ne forte needum aptos ad perceptionem perfectae
 curationis inueniat. quid est quod rogas, apostole, ut in quo
 abundant magis? scilicet in caritate, de qua superius dixerat:
 de caritate autem fraternitatis non necesse habemus 10
 scribere uobis. et quid necesse est ut dicas eis: rogamus
 autem uos, ut abundetis magis, qui super hac re ne scribi
 quidem sibi aliquid indigent? cum praesertim et inferas causam
 ob quam hoc ipso non egeant, dicens: ipsi enim uos a deo docti
 estis ut diligatis inuicem, tertium quoque maius adicias, 15
 quod non solum a deo docti sint, uerum etiam compleant opere
 quae docentur. etenim facitis illud, inquit, non in uno uel
 duobus, sed in omnes fratres, nec in uestros tantummodo
 3 ciues uel notos, sed in uniuersa Macedonia. dic igitur
 tandem, quid est quod tanto opere haec praemittis? iterum 20
 infert: rogamus autem uos, fratres, ut abundetis magis,
 et uix aliquando in id quod olim moliebatur erumpit: et operam
 detis ut quieti sitis. dixit primam causam, deinde infert
 secundam: et ut uestra negotia agatis, tertiam quoque:
 et operemini manibus uestris, sicut praecepimus uobis, 25
 quartam: et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt,

. 5] l. c. 10. 10] l. c. 9. 11] l. c. 10. 14] l. c. 9. 17] l. c. 10.
 21] l. c. 22] l. c. 11. 24] l. c. 25] l. c. 26] l. c.

2 illut *A* 3 machidonia *H*¹, *item infra* machedonia *L* laudi *L*
 5 et] sed *L* 7 perfectionem *A* 8 ut *eras. in L* 9 dixerat *HTv*
 12 autem *om. H* 13 quidem sibi aliquid] sibi sibi quidem *A* et *om. A*
 16 dño *H* compleant *AL* 17 illut *A* inquis *GS²r* uno uel . . .
pag. 179, 23 cellae et operi manuum *extant in C* uel in *C* 20 tanto
 opere *G¹S¹H¹L*: tantopere *rell.* 21 infert *om. L* uos *om. C* 22 in
 id *om. A* moliebatur *H*¹ mouebatur *L* erumpet *A* erupit *L* 24 ne-
 goti *A* 25 operamini *AHT* praecepimus *AH¹L* 26 et *om. L* ut
om. H post foris sunt *addunt GSr*: foris sunt scilicet qui seculo uiuunt

quintam: et nullius aliquid desideretis. ecce illa cunctatio,
 quam tantis proferre prooemiis differebat, quid in eius pectore
 parturire agnoscitur? et operam detis ut quieti sitis, id
 est in uestris cellulis commorantes nec diuersis rumoribus, qui
 5 solent otiosorum uotis uel fabulis generari, inquieti effecti aliis
 quoque inquietudines inferatis. et ut uestra negotia agatis, 4
 non curiositate uestra actus mundi uelitis inquirere ac diuer-
 sorum conuersationes explorantes operam uestram non erga
 correctionem uestram seu uirtutum studia, sed ad detractationes
 10 fratrum uelitis inpendere. et operemini manibus uestris,
 sicut praecepimus uobis. cur illa fierent quae monuerat
 superius ne agerent, id est ne inquieti essent uel aliena cu-
 rarent negotia uel inhoneste ambularent ad eos qui foris sunt
 uel alterius aliquid desiderarent, nunc intulit dicens: et opere-
 15 mini manibus uestris, sicut praecepimus uobis. ut 5
 enim fierent illa, quae superius reprehendit, otii causam esse
 euidenter expressit. nullus enim potest uel inquietus esse uel
 aliena curare negotia, nisi qui operi manuum suarum non ad-
 quiescit insistere. quantum quoque intulit morbum, qui ex hoc
 20 ipso otio nascitur, id est ut inhoneste non ambulent, dicens:
 et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. num-
 quam potest ne apud eos quidem qui saeculi homines sunt
 honeste incedere, qui nequaquam claustris cellae et operi ma-
 nuum suarum inhaerere contentus est, sed necesse est eum in-

1] l. c. 3] l. c. 6] l. c. 10] l. c. 21] l. c.

1 quintam *om. C* et] ut *L* 2 quam] quae *G*¹ proferre *om. A*
 prooemiis *A*: proemiis *CGH²L²* praemiis *L*¹ proemisis *H*¹ deferebat
G¹H¹ 3 parturire *CA*: parturiret *HLT* parturibat *Gv* cognoscitur *A*
 4 in *om. C* cellolis *H*¹ moribus *C* 5 uotis] uitis *H* et aliis *L*
 7 uellitis *G¹H¹* 8 conuersationes] *cum hoc uocabulo incipit cod. C pag. 34,*
in qua nihil fere legere potui commorationes *A* 9 correptionem *L*
 uestram] morum *A* ad *om. A* detractatione *A* detrectationes *G*¹
 detractationes *CG²HT^v* detractationē *L* 10 uellitis *G¹H¹* operamini *AHT*
 11 praecipimus *AH¹L¹* cur] ut *Gv* illa *om. A* monuerat superius
 ne agerent] superius enumerat *L* 12 uel *AHT*: et *GLv* 13 foras *G*¹
 14 operamini *AHT* 15 praecipimus *AH¹L¹* 16 causam esse] causas *L*
 19 uerbum *L* 20 uitio *L* 21 et] quod *A* et ut quod *H*¹ 22 nec *Gv*
 apud *A* 24 herere *L*

honestum esse, dum necessaria uictus requirit, adulationi quoque operam dare, nouitates etiam rumorum sectari, causarum fabularumque occasiones conquirere, per quas sibimet ipsi aditum paret ac facultatem, qua diuersorum domos ualeat penetrare. 6 et nullius aliquid desideretis. non potest non alienis donis 5 et muneribus inhiare, qui non delectatur pio quietoque labore operis sui cotidiani uictus parare substantiam. uidetis tot causas, tam graues ac turpes una uitii labe generari. denique hos ipsos, quos in epistula prima molli fouerat palpatione uerborum, qualiter in secunda, uelut qui non profecissent ad remedia leniora, 10 austerioribus quibusdam et causticis medicamentis sanare adgreditur nullaque iam mitium uerborum fomenta praemittit, non illam teneram uocem ac blandam, ut ibi: rogamus autem uos, fratres, sed: denuntiamus uobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos 15 ab omni fratre ambulante inordinate. ibi rogat, hic denuntiat: in illa blandientis affectus, in hac obtestantis seueritas et minantis. denuntiamus uobis, fratres: quia prius rogantes contempsistis audire, saltim nunc denuntiantibus oboedite. ipsamque denuntiationem non nudo uerbo, sed cum obtestatione 20 nominis domini nostri Iesu Christi terribilem infert, ne forte simplicem uelut humana uoce prolatam rursus contemnerent nec magnopere ducerent obseruandam, statimque ut peritissimus medicus putribus membris, quibus leni medicamento remedium ferre non potuit, mederi spiritalis ferri incisione pertemptat ut 25 subtrahatis uos, inquit, ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. itaque ab his, qui uacare operi nolunt, iubet subtrahi et uelut membra otii corrupta putredine desecari, ne

5] l. c. 13] l. c. 10. 14] II Thess. 3, 6. 18] l. c. 25] l. c.

2 domorum *H* 3 quae *ex qua L* ipsi *om. A* 4 domus *H* 5 desiderare *L* 6 desiderare uel concupiscere inhiare *G* 7 cottid. *G* 8 uitii id ē otiositatis *G* otii *Lc* 9 quos *om. L* epistola *G²HL* 10 profecissent *G¹* proficerint (i *prima in e mut.*) *H* meliora *L* 12 praemittet *A* permittit *H¹* 15 nostri *om. A* hīū *A* 16 inordinate ambulante *A* 18 et] ac *A* ad minantis *add. G in marg.:* apparet 19 contempsistis *A* 20 ipsam quoque *L* 21 n̄ (= nostri) hīū *A* 22 contemnerent *H* 28 operi *om. L* 29 putridine *AG¹HT¹*

inertiae morbus uelut letale contagium etiam sanas membrorum partes tabo serpente corrumpat. dicturusque de his, qui operari suis manibus nolunt et panem suum cum silentio manducare, a quibus etiam praecepit subtrahendum, qualibus eos a principio probris inurat adtendite. in primis inordinatos dicit nec secundum suam traditionem ambulare, aliis uerbis contumaces eos, utpote qui nollent iuxta institutionem eius incedere, et inhonestos esse designans, id est non processionis, non uisitationis, non uerbi, non temporis oportunitatem congruam honestamque sectantes. omnibus enim uitiiis istis inordinatum quemque necesse est subiacere. et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis: et in hoc rebelles eos quodammodo et contemptores notat, qui traditionem, quam acceperunt ab eo, tenere contemnunt nec imitari uelint id, quod magistrum non solum uerbo docuisse meminerint sed etiam opere nouerint perfecisse. ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. inmanem cumulum reprehensionis exaggerat, cum hoc eos adserit non obseruare, quod et memoriae eorum inhaereat et ad imitandum non solum uerbo instruyente didicerint, sed etiam exemplo operum prouocante susceperint.

VIII. Quia non inquieti fuimus inter uos. cum se uult inquietum inter eos non fuisse per operis exercitium conprobare, eos qui operari nolunt abunde notat otiositatis uitio inquietos semper existere. neque gratis panem manducauimus ab aliquo. per singula uerba increpationis auxesin facit doctor

11] l. c. 16] l. c. 7. 21] l. c. 24] l. c. 8.

1 loetale *L* 2 partes sanguine corrupto tabo *G* serpentino *L* rusque de his . . . pag. 183, 15 imitandum nos ut si extant in *C* 4 praecepit *CGL¹T*: praecipit *rell*. 5 obprobriis *H(v)* prouis *L¹* esse dicit *L* 6 suam *om. H* 7 eos *om. L* utpote *H¹L¹* nolunt *HL* 8 designas *C* designat *A* 10 enim nobis^{modis} uitiiis *L* istis uitiiis *Av* 12 acceperunt *H*, item infra quodadmodo *C* 14 contemnunt *CT*: contempnant *HL* contemnunt *AG* uellint *G¹H¹* non solum opere nouerint perfecisse sed etiam uerbo meminerint docuisse *A cf. pag. 187, 14* 16 quemadmodum *L* 17 inmanem *CA* inmane *L*, 18 eos hoc *L* 21 VIII *om. G* quia . . . cum *euau. in C* 22 inquietum *om. C* inter eos inquietum *A* 23 non uult^{un} operari *L* otiositas *L¹* 24 existere *G²HL* panem gratis *G* gratis *om. L* 25 auxin *H*

gentium. praedicator euangelii dicit se non gratis panem ab aliquo manducasse, qui nouit dominum praecepisse, ut qui euangelium denuntiant de euangelio uiuant, et rursum: 2 dignus est operarius cibo suo. cum utique non gratis, qui euangelium praedicabat, tam sublime ac spiritale opus exercens 5 cibum sibi dominicae iussionis auctoritate praesumeret, quid nos faciemus, quibus non solum nulla praedicatio uerbi commissa est, sed ne ulla quidem nisi animae nostrae solius cura mandatur? qua fiducia otiosis manibus gratis panem comedere audebimus, quem uas electionis, euangelica sollicitudine et 10 praedicatione constrictus, sine opere manuum comedere non praesumit, sed in labore, inquit, et fatigatione nocte et 3 die operantes, ne quem uestrum grauaremus? adhuc additamenta suae castigationis exaggerat. non enim simpliciter dixit 'non comedimus gratis panem ab aliquo uestrum' et huc 15 usque stetit (poterat enim uideri proprio otiosoque sumptu ac recondita pecunia uel aliorum, licet non istorum, conlatione seu muneribus sustentatus fuisse), sed in labore, inquit, et fatigatione nocte et die operantes, id est nostro opere specialiter sustentati. et hoc, inquit, non pro nostra uoluntate 20 perpetrabamus nec pro delectatione, ut requies et exercitium corporis inuitabat, sed ut necessitas et inopia uictus non sine ingenti fatigatione corporis facere compellebat. non solum namque per totum diei spatium, sed etiam noctis, quod quieti corporis uidetur indultum, hoc opus manuum pro escae sollicitudine indesinenter urgebam. 25

2] I Cor. 9, 14. 4] Matth. 10, 10. 12] II Thess. 3, 8. 18] l. c.

2 deum *L* praecipisse *H* 3 adnuntiant *A* et *Uulg.* uocabulum in *C* euauit rursus *AL* 4 cum utique . . . 9 qua fiducia otio iam non legi possunt in *C* 5 ac] et *H* exercere *G*¹ 8 nec *Gv* 9 fiducia *HL* 11 opera *L* 12 inquit *CAH* et ante die om. *C* 13 grauemus *C* 14 aditamenta *C* addit et augmenta *HL* 15 gratis om. *H* et huc usque stetit] *ras. circ. 10 litt. in G* huc om. *S* 16 proprio suo *L* 17 consolatione *L* 18 sustentatos *L*¹ inquit *AG*¹*H* 20 sustentari *L* inquit *CAG*¹*H* 21 aut requie* (m *eras.*) sed *L* 22 et] sed ut *L* 24 tempore noctis *H* noctis tempore *v* 26 urgebam *CL*: urgebam *G* ex uigebam urgebat *A* urgebat *HT*

VIII. Nec tamen se solum taliter inter eos conuersatum fuisse testatur, ne forte non magna nec generalis uideretur haec forma, si ipsius tantum traderetur exemplo, sed etiam omnes, qui erant secum ad ministerium euangelii deputati, id est Siluanum et Timotheum, qui haec eadem cum eo scribunt, adserit simili opere laborasse. in eo etiam quod dicit ne quem uestrum grauaremus uerecundiam eis incutit magnam. si enim ille, qui euangelium praedicabat signis illud uirtutibusque commendans, ne grauaret quempiam, gratis panem manducare non audet, quomodo illi non aestiment se grauare, qui cotidie eum otiosi uacantesque praesumunt?

X. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. pandit causam cur tantum sibi laboris indixerit: ut, inquit, formam daremus uobis ad imitandum nos, ut, si forte doctrinam uerborum auribus uestris frequenter ingestam obliuioni traderetis, saltem conuersationis exempla sub oculorum fide uobis tradita memoriter retineretis. haud leuis eorum et in hoc reprehensio, cum dicit se nulla alia quam exempli gratia laborem hunc et fatigationem die noctuque corporis exegisse, et eos nihilominus erudiri uolle, propter quos ipse necessitatem non habens tantum sibi fatigationis indixerit. et quidem, inquit, cum haberemus potestatem et paterent nobis facultates omnium uestrum atque substantiae, et utendi eis domini nostri nossem me habere permissum, non sum tamen usus hac potestate, ne, quod a me bene ac licito fieret, aliis otii noxii praeberet exemplum. et idcirco euangelium praedicans meis manibus atque opere malui sustentari, ut uobis quoque uolentibus iter

7] l. c. 12] II Thess. 3, 9.

1 VIII om. G nec . . . eos euan. in C 2 magna nec] magne L
3 exemplum H 5 eo conscribant L 6 in eo] ideo G dixit H 8 magnam] hic desinit A 9 commendans C: commendans rell. 10 grauari G²L 11 cottid. G²S praesumant L 12 X om. G non . . . potestatem euan. in C 14 sibi tantum HT inquit CHL 17 saltem H²L²
18 fidem L reteneretis H haud] aut HL¹ leuior H 20 nocteque G² exigisse G¹H¹L 23 inquit H habuerimus H 24 dei L
25 hac] hoc H¹ ac L¹ 26 fuerit H otii L¹ praeberetur L 28 mallui H

uirtutis incedere uiam perfectionis aperirem et conuersationis formam meo labore praeberem.

XI. Sed ne forte tacitus operans et erudire eos uolens exemplis minime illos etiam praeceptorum monitis instruxisse uideretur, infert: nam et cum essemus, inquit, apud uos, hoc denuntiabamus uobis, quoniam, si quis non uult operari, nec manducet. adhuc illorum desidiam, qui scientes eum ut magistrum bonum doctrinae gratia et institutionis obtentu suis manibus operatum imitari contemnunt, et diligentiam cautionemque suam exaggerat, dicens non tantum se hoc illis exemplo tradidisse praesentem, sed etiam uerbis iugiter praedicasse, ut, si quis scilicet non uult operari, nec manducet.

XII. Non iam doctoris uel medici utitur ad eos consilio, sed districtione in eos iudiciariae pronuntiationis inuehitur et apostolica potestate resumpta uelut e tribunali in contemptores sententiam dicit: illa nempe potestate, quam cum interminatione scribens ad Corinthios a domino sibi adseruit datam, cum eos in delicto positos praemoneret, ut ante aduentum suum semet ipsos corrigere festinarent, ita praecipiens: rogo uos ne praesens compellar audere in quosdam potestate illa quae data est mihi in uobis, et iterum: si enim uoluero aliquid gloriari de potestate, quam dedit mihi dominus in aedificatione et non in destructione uestra, non erubescam. illa, inquam, potestate pronuntiat: si quis non uult operari, nec manducet, non gladio carnali eos addicens, sed auctoritate sancti spiritus huius uitae eis interdicens substantiam, ut, si forte poenam futurae mortis minime

5] II Thess. 3, 10. 19] II Cor. 10, 2. 21] 1. c. 8. 24] II Thess. 3, 10.

5 inquit *H*, om. *L* 6 denuntiauius *L* 8 optentu* *L* 10 cautelamque *G* (*uocabulo cautela Cassianus non utitur*) diligentia cautioneque sua *H* se] sed *H* 12 ut] et *H* 14 iudicariae *H* 15 e] et *L*¹ de *H* contemptoris *L*¹ 16 sententia *L* dicitur *L*¹ nimpe *H*¹ enim per *L* potestatem *L* com *H*¹ 17 corintheos *G*¹*H* 18 possitos *H*¹ semet ipsos . . . pag. 185, 25 operationis salutari prae extant in *C*, sed pleraque euan. 20 potestatem illā *L* 23 aedificationem *L*¹*v* destructione *G*²*H*²*L*: distructione *G*¹*H*¹*T* destructionem uestram *v* (*de C non liquet*) 24 illam *CL* potestatem *L* 25 nec] non *H* 26 auctoritatem *C* sancti spiritus *GHT*: spiritus sancti *LC*(?)*v* cf. II, 3, 4

cogitantes adhuc uelint amore otii existere contumaces, saltem necessitate naturali constricti et metu praesentis interitus salu-
taria praecepta suscipere cogantur.

XIII. Post tantum itaque rigorem euangelicae districtio-
5 nunc causam exponit, cur haec uniuersa praemiserit: audi-
mus enim inter uos quosdam ambulare inquiete, nihil
operantes sed curiose agentes. nusquam eos, qui dediti
esse operi nolunt, uno tantum morbo corruptos pronuntiare
contentus est. in priore namque epistula inordinatos eos ap-
10 pelliatur nec secundum traditionem ambulare, quam acceperunt
ab eo, inquietos etiam esse definit et gratis panem manducare.
rursum hic: audimus, inquit, quosdam inter uos ambu-
lare inquiete. et subiungit statim secundum languorem, qui
inquietudinis huius est radix: nihil, inquit, operantes, tertium
15 quoque morbum, qui ex isto uelut quidam ramunculus oritur:
sed curiose agentes.

XIII. Itaque fomiti uitiorum tantorum congruam nunc emen-
dationem conferre festinat, et illa apostolica qua usus fuerat
paulo ante deposita potestate iterum ad uiscera pii patris uel
20 clementis reuertitur medici, et uelut filiis susceptisque suis
consilio salubri infert remedia sanitatis dicens: his autem
qui huiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in
domino Iesu, ut cum silentio operantes panem suum
manducent. causas tantorum ulcerum, quae de radice otio-
25 sitatis emergunt, uno operationis salutari praecepto curauit ut
peritissimus medicorum, ceteras quoque ualitudines malas eodem

5] l. e. 11. 9] l. e. 6—8. 12] l. e. 11. 21] l. e. 12.

1 adhuc *L*¹ uellint *G*¹ uellent *Hv* existere *G*²*H* saltem *G*¹*H*²
4 post . . . euangeli *eian. in C* 5 cur] cum *H* audiuius *G*²*Hc*
8 operi esse *Cr* 9 priori *Hv* epistula *CG*¹: epistola *G*²*HL* 10 tradi-
tionem illam *H* acciperunt *H*¹ 12 his *CL* audimus *CG*¹: audiui-
mus *G*²*HLe* inquit *H* ambulare inter uos *L* 13 subiunxit *L*
saltem *G* languorem *CH* 14 est] et *C* inquit *H* 15 quoque]
inquit *L* ramunculus *CG*¹*L*¹: ramunculus *H*¹ ramunculis *T* ramu-
seulus *G*²*H*²*L*^{2v} 17 numerum *om. H* itaque . . . tantorum *euan. in C*
18 que *L*¹ 19 disposita *H* 20 reuertetur *G*¹ 21 salubri] salutaris *L*
inferet *L*¹, *om. H* 22 huiusmodi *CHT*: eiusmodi *GLv et Uulg.* et ob-
secramus *om. L* 24 tanto *L*¹ 25 demergunt *L*¹

cespite pullulantes sciens protinus extinguendas origine morbi principalis exempta.

XV. Nihilominus tamen ut perspicacissimus ac prouidus medicus non solum infirmantum cupit mederi uulneribus, sed etiam sanis, quibus eorum possit perpetua sospitas custodiri, 5
similiter congruentia praecepta commendat dicens: uos autem nolite deficere bene facientes. qui nos, id est uias nostras sectantes exempla uobis tradita operis imitatione completis ac nequaquam eorum desidiam inertiamque sectamini, nolite deficere bene facientes, id est humanitatem uestram erga eos, 10
si forte neglexerint obseruare quae diximus, similiter inpertite. ut castigauit illos qui erant infirmi, ne otio dissoluti inquietudini et curiositati operam darent, ita hos qui sani sunt prae-
monet, ut humanitatem, quam bonis ac malis inpertire domini praecepto iubemur, si forte quidam prauis ad sanam doctrinam 15
conuerti noluerint, non abscondant ab eis, sed bene facere et fouere eos tam consolationis et correptionis sermone quam beneficiis solitis et humanitate non desinant.

XVI. Rursum tamen, ne forte hac lenitate prouocati quidam praeceptis eius oboedire contempnant, intermiscet apostolicam 20
seueritatem: quodsi quis non oboedit uerbo nostro per epistulam, hunc notate et nolite commisceri cum illo, ut confundatur. monensque eos pro reuerentia sui et utilitate communi quid oporteat obseruari quaque cautione apostolica mandata custodiant, subiungit confestim patris indulgentissimi 25
lenitatem, et ut filios suos, quem erga praedictos pro caritate fraternitatis affectum debeant retinere, similiter docet: et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

6] l. c. 13. 14] Matth. 5, 43—45. 21] II Thess. 3, 14. 27] l. c. 15.

1 cespitem *L*¹ originē *L*¹ 2 excepta *ex* exceptā *L*, *om.* *H* 3 XIII *H*
6 similiter ergo *L* commodat *L* 7 qui uos id est qui uias *L* 8 sectantes
om. *L* ac] at *H* 11 quae] quod *H* inpertire *G*¹ 12 desoluti *H*¹ in-
quietudine *L*¹ 13 hos . . . 14 ut *om.* *L* 15 quidem *H* 16 noluerunt *H*
abscondant *GT*: abscedant *HL* abscondant *v* 18 beneficiis *H*¹ et *om.* *H*
19 XV *H* ac *L*¹ 20 intermiscit *H* interminat apostolica seueritate *L*
22 epistolam *G*²*HL* 23 sua *L* 24 communi *H*¹ obseruare *G*²*H* qua-
cumque *H* 25 patres *L* 26 ut et *H* claritate *H* 27 fraternitates *G*¹
retenere *H* redibere *L* 28 estimare *L*

seueritati iudiciariae paternam intermiscuit pietatem et sententiam apostolico rigore prolatam clementi mansuetudine temperauit. nam et notari iubet eum, qui oboedire suis praeceptis contempserit, et cum illo non commisceri: et tamen haec fieri
 5 non odii uitio praecepit, sed fraternae dilectionis et eorum emendationis intuitu. nolite, inquit, commisceri cum illo, ut confundatur, ut, qui non est meis praeceptis mitibus emendatus, saltim publica omnium uestrum segregatione confusus ad tramitem salutis incipiat aliquando reuocari.

10 XVII. In epistula quoque ad Ephesios de hoc ipso opere ita praecepit dicens: qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patientibus. in actibus etiam apostolorum haec eadem non solum docuisse
 15 eum, sed etiam opere perfecisse similiter inuenimus. nam cum uenisset Corinthum, alibi se manere non patitur nisi apud Aquilam et Priscillam, eo quod eiusdem artis essent opifices quam ipse erat solitus exercere. ita enim habes: post haec Paulus egressus ab Athenis uenit Corinthum, et inueniens quendam Iudaeum nomine Aquilam, Ponticum
 20 genere, et Priscillam uxorem eius, accessit ad eos, eo quod eiusdem esset artis, et manebat cum eis et operabatur: erat enim scenofactoriae artis.

XVIII. Dein procedens Miletum et exinde mittens Ephesum
 25 conuocansque ad se presbyteros Ephesiorum ecclesiae et dans eis praecepta, quemadmodum regere ecclesiam dei se absente deberent, ait: argentum et aurum nullius concupiui: ipsi scitis quoniam ad ea quae mihi opus erant et his

6] l. c. 14. 11] Eph. 4, 28. 18] Act. 18, 1—3. 27] Act. 20, 33—35.

1 iudicariae *H* 3 obedire *H* 4 contempserit *H* 5 praecipit *Hv* cf. ad pag. 157, 17 6 inquit *H*¹ 7 mitis *L*¹ 8 saltem *H*² 10 XVI *H*, *om.* *G* epistola *G*²*H*²*J* efesios *ex* effesios *H* ita *om.* *G* 11 praecipit *v* 18 exerceri *H* habes *GT*: ab eis *L*, *om.* *H* paulus post haec *H* 19 inuenit *H* 20 iudeum *codd.* 21 adhesit *H* 22 esset *L*: essent *GHTv* 23 erant *G*²*STv* 24 XVII *H*, *om.* *G* dein *G*: deinde *HLTv* miletum *G*²: mileto *G*¹*H* meleto *L* milito *T* effesun *G*¹ effesum *H* 25 prae(pre-)sbiteros *G*¹*HL* effesiorum *G*¹*H* 26 quemadmodum *L* 28 ad *om.* *L*

qui mecum sunt ministrauerunt manus istae. omnia ostendi uobis, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse uerbi domini Iesu, quoniam ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere. graue nobis suae conuersationis reliquit exemplum, cum se non solum id operatum esse testatur, quod necessitatem sui tantummodo corporis expediret, sed etiam quod usibus eorum qui secum erant posset sufficere, his uidelicet qui cotidie necessariis ministeriis occupati nequaquam sibi parare similiter uictum suis manibus occurrebant. et sicut ad Thessalonicenses operatum se dixit, ut illis formam daret ad imitandum eum, et hic tale aliquid intulit dicens: omnia ostendi uobis, quia sic laborantes oportet suscipere infirmos, scilicet uel mente uel corpore, id est ut nostro potius labore sumptuque operis sudore quaesito et non de abundantiae cumulo seu reposita pecunia, sed ne de aliena quidem largitate ac substantia eos reficere festinemus.

XVIII. Et hoc ipsum domini dicit esse mandatum. quoniam ipse, inquit, dixit, id est dominus Iesus: beatius est magis dare quam accipere. haec est inpertientis beatior largitas quam accipientis penuria, quae non de pecunia per infidelitatem uel diffidentiam reseruata nec de reconditis auaritia thesauris inpenditur, sed quae de fructu operis proprii et pio sudore profertur. et idcirco beatius est magis dare quam accipere, quia, cum illius qui accipit hic qui tribuit habeat paupertatem, nihilominus labore proprio non solum

10] cf. II Thess. 3, 9. 12] Act. 20, 35. 18] l. c. 24] l. c.

4 est *om.* *H*¹ dare magis *H* 5 reliquid *G*¹ 6 testetur *L* necessitatem *HT*: necessitate *G*¹*L*¹ necessitati *G*²*L*²*v* 7 expederit *H* eorum qui . . . *cap.* 20 *init.* alicuius propensius laborantis *extant in C* 8 possit *L* cottidie *G* 9 patrare *H* 10 tessalonic. *H* 11 daret et ad *H* talem *L*¹ 12 aliquid] quid *Gv* post dicens *in codd. et in r cap. 19 incipit (sed numerum om. GH)* 14 sumptoque *H* sumtoque *L* 15 de *om. L* secure posita *L* 16 ne de] nec *L* 17 festinemus *om. L* 18 *codd. et r non distinguunt* esse mandatum dicit *H* 19 inquit *G*¹*H* est post beatius *om. L* 20 haec *codd.*: hoc *v* 21 penuria] pecunia *H* 22 de *om. L* 23 thesauris *C* thesaurus *L* 24 dare magis *H*

suae necessitati sufficientiam, uerum etiam quod tribuat indigenti pia sollicitudine parare festinat, duplici gratia decoratus, quod et perfectam nuditatem Christi uiuersarum rerum suarum abiectioe possideat et munificentiam diuitis labore suo exhibeat
 5 et affectu, hic quidem honorans deum de suis iustis laboribus et delibans ei de fructibus iustitiae suae: ille uero otii torpore et inertia resolutus indignum se etiam cibo panis apostoli probat sententia, contra eius scilicet interdictum otiosus eum non sine reatu peccati contumaciaeque praesumens.

10 XX. Nouimus fratrem, cuius etiam nomen, si amplius aliquid ex hoc instructionis accederet, proderemus. qui cum in coenobio moraretur eumque necessitas coartaret, ut statutum operis pensum cotidie oeconomio traderet, ne in maiorem operis modum alicuius propensius laborantis tenderetur uel confun-
 15 deretur exemplo, cum in coenobio quempiam fratrum uidisset ingressum, qui ardore fidei uellet aliquid amplius operis consignare, si clandestinis eum persuasionibus reuocare ab huiusmodi intentione minime potuisset, consiliis prauis ac susurrationibus ad transmigrandum exinde persuadebat: et quo eum
 20 facilius asportaret, se quoque iam olim multis ex causis offensum confingebat uelle discedere, si solacium itineris uel comitis reperisset. cumque eum ad consensum occultis obtrectationibus monasterii pellexisset, condicens ei horam qua de monasterio deberet exire uel locum quo se praeueniens expectaret, ipse
 25 uelut ilico subsequiturus ibidem subsistebat, illoque iam pro discessu sui uerecundia non audente ad monasterium de quo aufugerat ulterius adgregari, inlex fugae eius in coenobio residebat. hoc unum exemplum de istiusmodi genere hominum

5] cf. Prou. 3, 9 (LXX). 8] cf. II Thess. 3, 10.

1 necessitatis *Hc* sufficientiae munerum etiam *L* 2 patrare *H*
 dupliciter *G* 4 abiectioem *C* possideat *H*¹ 5 affectu *GT*: affectum
CHL 9 contumat. *L* 10 XVIII *H*, *om. G* nouimus . . . uomen *euau.*
in C 11 institutionis *H* accederit *H*¹ acciderit *H*²*L* proderimus *L*
 12 cohartaret *C* 13 cottidie *G*² maioris *L* 14 laborantes *L* 15 quen-
 dam fratrem *L* 16 ardorem *L*¹ 17 glandistinis *H*¹ suassionibus *L*
 19 et *om. H* 20 iam *om. H* 21 solatium *GHL* reperisset *H*
 23 hora *L* 25 subsequiturus *ex* subsequitur *H* 27 infelix *L* coeno-
 bium *L* resedebat *H*¹ 28 hominum genere *H*

pro incipientium cautione posuisse sufficiat, quo pateat euiden-
tius, quanta mala otiositas secundum scripturae sententiam in
monachi mente parturiat, uel quemadmodum corrumpant
mores bonos conloquia mala.

XXI. Quod otiositatis uitium etiam sapientissimus Salomon 5
euidenter notat in multis, ita dicens: qui sectatur otium,
replebitur paupertate, uel uisibili scilicet uel inuisibili,
qua necesse est otiosum quemque et diuersis uitis inuolutum
teneri et alienum semper exsistere a contemplatione dei uel
diuitiis spiritalibus, de quibus beatus apostolus: quia in om- 10
nibus, inquit, diuites facti estis in illo, in omni uerbo
et in omni scientia. de hac autem otiosi paupertate alibi
quoque ita describitur: et uestietur conscissa et pannosa
2 omnis somniculosus. sine dubio enim non merebitur illo
incorruptionis uestimento ornari, de quo apostolus praecepit: 15
induite uos dominum Iesum Christum, et iterum: induti
lurica iustitiae et caritatis, et de quo etiam dominus ad
Hierusalem loquitur per prophetam: exsurge exsurge, Hie-
rusalem, induere uestimentis gloriae tuae, quisque somno
otii uel acediae superatus non industriae suae labore, sed in- 20
ertiae pannis operiri maluerit, quos abscidens de perfecta pleni-
tudine et corpore scripturarum non uestimentum gloriae nec
decoris, sed ignominiosum excusationis uelamen suae coapta-
3 bit ignauiae. solent enim hi, qui sunt hac segnitie dissoluti,

2] cf. Sir. 33, 29. 3] I Cor. 15, 33. 6] Prou. 28, 19. 10] I Cor. 1, 5.
13] Prou. 23, 21 (LXX). 16] Rom. 13, 14. I Thess. 5, 8. 18] Esai. 52, 1.

1 pro incipientium] principium *G* possuisse *H*¹ posuisset *L*¹
2 quantū *L* mali *L*² scriburae *G* in monacho perficiat uel que
in monachi mente parturiat *H* 3 quemadmodum *L* 5 XVIII *H*
salomo *G*¹ salomon *H*¹ 7 implebitur *H* uisibilis *L*¹ 8 quia *G*²
uitis *H*¹ 9 exsistere *G*²*H* a om. *H* dñi *G* 10 diuitis *H*¹ 11 in-
quid *H* 13 describitur *T* scribitur *Gv* 15 apostolus om. *L* prae-
cipit *H*^{1v} 16 iterum . . . 17 et de quo om. *L* 17 lorica *G*^{2v} 19 quis-
que somno . . . pag. 193, 1 cuniquo opere totius extant in *C* sumno *H*
20 acediae *H*¹ acidiae *L* suae] siue *H*: om. *G* laborare *L*¹ 21 mal-
luerit *H* abscedens *H* 22 scribularum *CG*¹ uestimento *L* nec] uel *H*
23 excusationis *H* coaptauit *HL* 24 hii *H*¹ ac *H*¹*L*¹ segnitiae
*CH*²*L*¹: segnitia *G* (a ex corr. m. 2) *L*² signitiae *H*¹*T* desoluti *H*¹

nolentes opere manuum sustentari, quod apostolus indesinenter
 exercuit uel nobis exercere praecepit, quibusdam uti testimoniis
 scripturarum, quibus quoddam inertiae suae uelamen inponant,
 dicentes scriptum esse: operamini non cibum qui perit,
 5 sed qui permanet in uitam aeternam, et: meus cibus
 est ut faciam uoluntatem patris mei. sed haec testimonia 4
 panni quidam sunt de solida euangelicae lectionis plenitudine
 et ad hoc adsuuntur, ut contegant potius ignominiam otio-
 sitatis ac uerecundiae nostrae quam ut calefaciant et exornent
 10 nos illa pretiosa ueste perfectaue uirtutum, quam in Pro-
 uerbiis mulier illa sapiens, quae fortitudine et decore induta
 est, uel sibi uel uiro suo fecisse describitur: de qua etiam
 consequenter infertur: fortitudine et decore induta est,
 et laetata est in diebus nouissimis. de hoc inertiae morbo
 15 rursus idem Salomon ita commemorat: uiae nihil operantium
 stratae sunt spinis, id est illis ac similibus uitiiis, quae
 apostolus in superioribus de otio pullulare praefatus est, et
 iterum: in desideriis est omnis otiosus, de quibus apo-
 stolus commemorat dicens: et nullius aliquid desideretis,
 20 et ad extremum: multa enim mala docuit otiositas. quae 5
 euidenter apostolus in his quae supra exposuimus enumerauit
 dicens: nihil operantes sed curiose agentes, huicque uitio
 subiunxit aliud: et operam detis ut quieti sitis, et deinde:
 ut uestra negotia agatis, et ut honeste ambuletis ad
 25 eos qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis. quos
 etiam inordinatos ac rebelles notat, ab his studiosos quosque
 segregari praecipiens: ut subtrahatis uos, inquit, ab omni
 fratre ambulante inordinate et non secundum tradi-
 tionem quam acceperunt a nobis.

4] Ioh. 6, 27. 5] Ioh. 4, 34. 13] Prou. 31, 25 (LXX). 15] Prou.
 15, 19 (LXX). 18] Prou. 13, 4 (LXX). 19] I Thess. 4, 11. 20] Sir. 33, 29.
 22] II Thess. 3, 11. 23] I Thess. 4, 11. 24] l. c. 27] II Thess. 3, 6.

1 operae *C* manuum suarum *H*^{2v} sustentari *C* 2 praecipit *H*, post
 quod uocabulum in *H* cap. 20 incipit 3 scribaturarum *CG*¹ 4 scribturn
*CG*¹ 6 ut] et *C* 7 quidam (= quidam) *G*¹ 8 adsumuntur *H* 14 laeta *H*
 hac *G*¹ 15 rursus *H* salomon *H* 16 uitisiq. *H* 19 commemorauit *LSc*
 23 subiunxit *H* 26 is *H* 27 inquit *H* 29 acceperunt *G*¹*H*

XXII. His itaque exemplis per Aegyptum patres eruditi nullo modo otiosos esse monachos ac praecipue iuuenes siuunt, actum cordis et profectum patientiae et humilitatis sedulitate operis metientes, et non solum a nullo quicquam ad usum uictus sui accipere patiuntur, sed etiam de laboribus suis non tantum superuenientes ac peregrinos reficiunt fratres, uerum etiam per loca Libyae, quae sterilitate ac fame laborant, nec nou etiam per ciuitates his, qui squalore carcerum contabescunt, inmanem conferentes dirigunt alimoniae uictusque substantiam, de fructu manuum suarum rationabile ac uerum sacrificium domino tali oblatione se offerre credentes.

XXIII. Hinc est quod in his regionibus nulla uidemus monasteria tanta fratrum celebritate fuudata, quia nec operum suorum facultatibus fulciuntur, ut possint in eis iugiter perdurare, et si eis subpeditare quoquo modo ualeat sufficientia uictus alterius largitate, uoluptas tamen otii et peruagatio cordis diutius eos in loco perseuerare non patitur. unde haec est apud Aegyptum ab antiquis patribus sancta sententia, operantem monachum daemone uno pulsari, otiosum uero innumeris spiritibus deuastari.

XXIII. Denique abba Paulus, probatissimus patrum, cum in heremo uastiore consistens, quae Porphyrio nuncupatur, palmarum fructibus et horto modico securus haberet sufficientem alimoniae suae uictusque substantiam nec posset aliquid aliud unde sustentaretur operis exercere, eo quod ab oppidis uel habitabili terra septem mansionibus uel eo amplius deserti illius separaretur habitatio, plusque expeteretur pro mercede uecturae quam ualere posset pretium operis desudati, colectis palmarum foliis cotidianum pensum uelut exinde sustentandus

1 XXI *H* his . . . aegyptum *euang. in C* aegyptum *L* 7 libyae *CG* libyae *HL* qui *L*² sterilitate *H* 9 inmanem *G* immane *L* uictus quã *L* 10 rationabilem *L* 12 XXII *H* hinc . . . nulla *euang. in C* uidimus *H* 13 fructuum *H*¹ 15 subpeditare *CG*²*L* subpeditari *H* quoque *H* quodam *L* 17 in aegyptum *L* 18 operante *L*¹ 19 daemone *G*¹ diuastari *G*¹ 20 XXIII *H, om. G* denique . . . probatissimus *euang. in C* deinde denique *G* abba *GL*: abbas *HTv* 21 haeremo *C* uastiori *H* porphyrio *C* porfirio *GH* porphirio *L* 22 orto *HL* sufficientiam *H* 23 possit *CG*¹*H* 24 aliud *C* oppidus *C* 26 plusquam *L* 27 uecturae *G*¹*H* uecturae *L*¹ possit *CHL*¹*T* praetium *C* praemium *H* colectis *H*¹: collectis *rell.*

a semet ipso iugiter exigebat. cunque opere totius anni an-
 trum eius fuisset impletum, id quod sollicita cura laborauerat
 annis singulis igne subposito concremabat, in tantum probans
 sine opere manuum nec in loco posse monachum perdurare
 5 nec ad perfectionis culmen aliquando conscendere, ut, cum hoc
 fieri nequaquam necessitas uictus exigeret, pro sola purgatione
 cordis et cogitationum soliditate ac perseuerantia cellae uel
 acediae ipsius uictoria et expugnatione perficeret.

XXV. Cum incipiens in heremo commorari abbati Moysi
 10 omnium sanctorum summo dixissem me aegritudine acediae
 hesterno die grauissime fuisse confectum nec ab ea potuisse
 alias liberari, nisi ad abbatem Paulum protinus cucurrissem,
 ille: non te, ait, ab ea liberasti, sed magis ei te dediticium
 ac subditum praebuisti. grauius enim ut desertorem te ac
 15 fugitium deinceps aduersarius inpugnabit, quem de conflictu
 superatum protinus aufugisse conspexit, nisi de cetero commissa
 congressione non desertione cellae uel somni torpore ingruentes
 aestus eius ad horam euaporare malueris, sed tolerantia potius
 et conflictu didiceris triumphare. unde experimento probatum
 20 est acediae inpugnationem non declinando fugiendam, sed resi-
 stendo superandam.

LIBER UNDECIMUS.

DE SPIRITU CENODOXIAE.

CAPITULA.

25 I. Quod septimum certamen aduersus cenodoxiam sit, et de
 natura eius.

8 accidia *H* acidia *L* . ipsius] ipsius doemonē *G* uictoriae *L* et
 purgatione *H*, *om. L* 9 XXIII *H*, *om. G* mosi *G*¹ 10 accidia *H*
 acidia *L* 11 externo *L* 13 non te] nocte *L*¹ magis eum didi-
 cium *H* te *om. L* 15 inpugnauit *L*¹ conspectu *G*¹ 16 conspexi-
 mus *L*¹ 17 congregatione *L* incongruentes *L* 18 tollerantia *G*¹
 19 et] sed *L* unde *om. L* experimentū *L*¹ 20 accidia *H* acidia
 unde *L* fugandam *H* 21 superandam. Explicit de spū acediae (aci-
 diae *L*) liber . X . *GL* Incipit de spū cenodoxiae liber XI. Incipiunt
 tituli eiusdem libri *L*: *om. G* Explicit liber de spū acediae. Item cap̄
 de libro XI. Incipit de spū cenodox (*sic!*) liber XI *H*

25 cenodoxia *L*

- II. Quod cenodoxia non solum in parte carnali, sed etiam in spiritali monachum pulset.
- III. Quod cenodoxia multiplex sit ac multiformis.
- IIII. Quomodo cenodoxia monachum a dextris et a sinistris inpugnet. 5
- V. Qua comparatione monstretur natura cenodoxiae.
- VI. Quod cenodoxia nec beneficio solitudinis extingatur.
- VII. Quod cenodoxia, cum deiecta fuerit, acrius resurgat ad luctam.
- VIII. Quod cenodoxia nec heremo nec aetate deferueat. 10
- VIIII. Quod cenodoxia periculosior sit uirtutibus mixta.
- X. Exemplum regis Ezechiae, quemadmodum telo cenodoxiae deiectus fuerit.
- XI. Exemplum regis Oziae eiusdem morbi labe superati.
- XII. Diuersa testimonia contra cenodoxiam. 15
- XIII. Quibus modis cenodoxia monachum pulset.
- XIIII. Quemadmodum cenodoxia clericatus gradum suggerat ambiendum.
- XV. Quomodo cenodoxia mentem inebriet.
- XVI. De eo, quem senex superueniens repperit in cella cenodoxiae uanitate deludi. 20
- XVII. Quod aliter uitia curari non possint, nisi eorum radices et causae fuerint publicatae.
- XVIII. Quod monachus uitare debeat mulieres et episcopos.
- XVIII. Remedia quibus cenodoxiam superare possimus. 25

1 cenodoxia *L* 2 in *om.* *HT* 3 cenodoxia *L* (*passim*) sit a multis formis *H* multiformes *L*¹ 4 quod *H* quodmodo *T* 6 quia *H* naturae *L* 7 cinodoxia *H* (*passim*) 10 castitate *HT* 12 quemadmodum *L* cinodoxia *H* cenodoxia *L* 15 Oziae diuersa *L* 16 cynodoxia *H* 17 cenodoxia *T*: cynodoxia *H*, *om.* *Lv* 19 cynodoxia *H* 20 cellula sua *L* 21 deludit *L* 22 possit *L* earum *L* 23 publicate *L* 24 uitatare *H* episcopus *HT* 25 cynodoxiam *H* caenodoxia *L* superare *HT*: uitare *Lr* Incipit de spiritu cenodoxiae liber undecimus *G* Expliciant tituli. Incipit textus eiusdem libri *L nihil inscriptum in H*

I. Septimum nobis certamen est contra spiritum κενοδοξίας, quam nos uanam siue inanem gloriam possumus appellare, multiformem, uarium atque subtilem, ita ut quibuslibet perspicacissimis oculis non dicam caueri sed peruideri deprehendiue uix possit.

5 II. Non solum enim ut cetera uitia in parte carnali, sed etiam in spiritali monachum pulsant, subtiliore se nequitia ingerens menti, ita ut, qui non potuerunt carnalibus uitii decipi, spiritalibus successibus acrius sauciantur, tantoque est perniciosior ad conflictum quanto obscurior ad cauendum. omnium
10 namque uitiorum manifestior apertiorque congressus est et in unoquoque eorum contradictione rigida confutatus incertior inualidior factus abscedet uictoremque suum deiectus aduersarius deinceps infirmior adtemptabit. hic uero cum pro elatione carnali pulsauerit mentem et fuerit responsionis scuto repulsus, rursus
15 ut quaedam multiformis nequitia priore habitu personaque mutata sub uirtutum specie uictorem confodere et iugulare pertemptat.

III. Etenim cetera uitia seu perturbationes uniformes ac simplices esse noscuntur, haec uero multiplex et multiformis ac uaria, undique bellatori et ex omni parte uictori occurrens.
20 nam et in habitu et in forma, in incessu, in uoce, in opere, in uigiliis, in ieiuniis, in oratione, in remotione, in lectione, in scientia, in taciturnitate, in oboedientia, in humilitate, in longanimitate militem Christi uulnerare conatur, et uelut quidam perniciosissimus scopulus tumentibus undis obiectus in-
25 prouisum ac miserabile naufragium secundo nauigantibus uento, dum non cauetur nec praeuidetur, inportat.

1 I *om.* *G* κενοδοξίας *G* cenodoxiae *HLv* cinodoxie *T* 2 multiforme *G*² 3 subtile *G*² ut a quibusdamlibet *H* 6 subtiliore *GT*: subtiliori *HL* 7 ita *om.* *G* uitis *H*¹ 8 pernit. *L* 9 ad conflictum . . . *pag.* 196, 13 nitidae cenodoxiam non extant in *C* quanta *L*¹ omnia *L*¹ 12 abscedit *HL*²*T* 13 adtemptabit *C* adtemptauit *L*¹ uero *CHLT*: uero morbus *Gv* pro elatione *CGT*: compellatione *H* proelatione *L* 15 priori *H* 16 speciae *C* speciem *L* confundere *L* pertemptat *H* 17 etenim . . . perturbatio *euan.* in *C* seu pert.] super turbationes *L* uniformis *CL* 18 cognoscuntur *H* et] ac *H* 19 et *om.* *L* omni** *L* accurrens *G* 20 et in forma et incessu *H* et forma incessu *L* 23 quib; dā *L*¹ 24 pernit. *L* in inprouisum *G*²*H* 25 miserabilem *L*¹ secundo . . . 26 non *om.* *L* 26 cauet *G*¹ prouidetur *H*

III. Itaque uia regia uolentem incedere per arma iustitiae quae a dextris sunt et a sinistris oportet apostolica disciplina transire per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, et tanta cautione inter tumentes temptationum fluctus gubernante discretione et flante nobis spiritu domini iter dirigere uirtutis, ut dextra laeuaque si paululum deflectamus sciamus nos perniciosis mox cautibus inlidendos. ideoque per sapientissimum Salomonem monemur: ne deuerteris ad dextram neque ad sinistram, id est ne tibi de uirtutibus blandiaris et dextris successibus ac spiritalibus extollaris nec deflectens ad sinistram tramitem uitiorum secundum apostolum gloriam tibi ex eis in tua confusione conquiras. nam cui sub specie succinctae uestis ac nitidae κενοδοξίας non potuit generare, pro squalida et inculta ac uiliore conatur inserere: quem non potuit per honorem deicere, humilitate subplantat: quem scientiae et elocutionis ornatu nequiuit extollere, grauitate taciturnitatis elidit. si ieiunet palam, gloria uanitatis pulsatur: si illud contemnendae gloriae causa contexerit, eodem uitio elationis obtunditur. ne uanae gloriae contagio maculetur, orationes prolixius sub fratrum uitat celebrare conspectu: et quod eas latenter exerceat nullumque habeat conscium facti, non effugit aculeos uanitatis.

V. Pulchre seniores naturam morbi huius in modum caepae bolborumque describunt, quae uno decoriata tegmine

1] II Cor. 6, 7—8. 9] Prou. 4, 27 (LXX). 12] cf. Phil. 3, 19.

1 itaque . . . incedere *euan. in C* uolentem *G*¹ 2 quae est ad *L*¹ ad dextris *G*¹ oporteat *G*¹ ad apostolicā disciplinā *L* 4 cautella *G*: cf. X, 11 tumentis *C* 5 et flante] perflante *ex flante G* flante *T* 7 perniciosis mox] pernitiosissimos (o *alt. in i mut. m. 2*) *L* 8 itaq. *H* salomonem *G*¹ 9 ne] nec *H* deuerteris *CG*¹*L*¹: diuertaris *G*^{2v} diuerteris *HL*²*T* dextram *CLr*: dexteram *GHTc* et *Uulg.* a sinistris *L*¹ 10 de *om. H* 11 sinistram tramitem *H* sinistram item *L* 13 uestes *L*¹ 14 κενοδοξίαν *G*: ρνοδοξία^N *H* κενοδοξίαν *T* cenodoxiam *Cv* cenodoxię *L* potuit (*scil. spiritus cenodoxiae*) *codd.* potuit diabolus *v* 15 deicere *H* 17 taciturnitatis *GT*: ac taciturnitate *H* et taciturnitate *L* ieiunat *H* 20 contagione *H* contagia *L*¹ orationis *L*¹ prolixas *v* 21 latentēter *L* 22 effugiet *H* 23 seniores *HLT*: seniores nostri *Gv* immodum *L* caepae *H*: cepae *G* caepe *ex caepe L* 24 bolborumque *GS* pullorumque *L*¹ porrorumque *HL*² alliorum *G m. 2 super* bolborum

alio rursus inueniuntur induta totiensque repperiuntur obtecta, quotiens fuerint spoliata.

VI. In solitudine quoque cunctorum mortalium consortia gloriae causa fingentem persequi non desistit, quantoque amplius uniuersum quis uitauerit mundum, tanto eum acrius insectatur. alium quod patientissimus sit operum ac laboris, alium quod ad oboediendum promptissimus, alium quod humilitate ceteros praeponderet, conatur extollere: alius scientiae, alius lectionis, alius uigiliarum prolixitate temptatur. nec alias quemquam hic morbus nisi suis nititur uirtutibus sauciare, in his offendicula tendens interitus, in quibus uitae stipendia conquiruntur. uolentibus quippe iter pietatis ac perfectionis incedere non alibi inimici insidiantes nisi in uia qua ambulant laqueos deceptionis abscondunt, secundum illam beati Dauid sententiam: in uia hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi, ut in hac ipsa scilicet uirtutum uia, qua gradimur tendentes ad brabium supernae uocationis, nostris elati successibus corruamus obligatisque pedibus animae nostrae concidamus cenodoxiae laqueis conpediti. et ita fit, ut qui aduersarii conflictu non potuimus superari, nostri triumphis sublimitate uincamur, seu certe, quod est etiam aliud deceptionis genus, ut excedentes continentiae uel nostrae possibilitatis modum perseuerantiam nostri cursus infirmitate corporis intercedente perdamus.

VII. Omnia uitia superata marcescunt et deuieta per singulos dies infirmiora redduntur et uel loco uel tempore minuuntur atque deferuent, seu certe a contrariis uirtutibus dissidentia uel cauentur facilius uel uitantur: hoc uero deiectum acrius resurgit ad luctam et, cum putatur extinctum, sua morte uiuacius

15] Ps. 141, 4. 17] Phil. 3, 14.

2 spoliata *Gr*: spoliata *H* expoliata *Lc* sopoliata *T* 4 causam *L*¹ disistit quanto *H* 7 prumpt. *H* aliud (*post* prumpt.) *L*¹ quo humilitate *G*¹ 10 uirtutibus sauciare nititur *H* 12 uolentibus *G*¹ 13 insidiantis *L*¹ quam *G*¹*H* 14 illa *L*¹ 16 sollicitet *L* 17 brabium *G*¹*H*: brauium *G*²*Lv* uocationis dñi *H* 18 successibus elati *H* obligatis *G* 19 coenod. *G* cinod. *H* caenod. *L* 20 triumphis *L*¹ 22 excedentes *H* excidentis *L*¹ 24 intercedente *H* 27 a om. *G*: cf. cap. 9 desidentia *H* 29 resurget *H* luctamen *H* cõputatur *L*¹ extinctum *H* extinguere *L*

conualescit. cetera genera uitiorum eos tantum inpugnare solent quos in certamine superarint: hoc uero suos uictores acrius insectatur, quantoque fuerit ualidius elisum, tanto uehementius uictoriae ipsius elatione concreditur. et haec est subtilis inimici uersutia, ut militem Christi propriis faciat telis obcumbere, quem hostilibus armis superare non potuit. 5

VIII. Alia interdum uitia, sicut diximus, etiam locorum beneficio conquiescunt et materie peccati uel oportunitate eius et occasione subtracta lentescere solent et minui: hoc uero cum fugiente deserta penetrat nec loco nouit excludi nec extrinsecus materie subtracta marcescere. non enim aliunde quam uirtutum eius quem inpetit successibus animatur. quaedam etiam processu temporis, ut praefati sumus, interdum molliuntur atque uanescent: huic longaeuitas, nisi fuerit industria sollerti ac prudenti discretionem fundata, non solum non officit, uerum etiam maiora nouit fomenta congerere uanitatis. 10 15

VIII. Postremo ceterae perturbationes a contrariis sibi uirtutibus dissidentes et ex aperto tamquam die claro bellantes et superantur facilius et cauentur: haec autem inserta uirtutibus et acie permixta uelut in nocte caeca dimicans atrocius inopinatos decipit et incautos. 20

X. Ita namque Ezechiam regem Iudae, uirum in omnibus consummatae iustitiae et sanctarum scripturarum testimonio comprobatum, post innumera uirtutum praeconia uno elationis telo legimus fuisse deiectum, et qui internicionem centum octo- 25

23] cf. IIII Reg. 18, 1 sqq.

1 conualescet L^1 tantummodo H 2 superarint H^1L^1 superarunt L^2
 3 fuerint L^1 5 obcumbere L : occumbere G succumbere HT quae L^1
 8 materiae L^1 materia HTv 9 lentescere L^1 cum confugiente H
 11 materiae L materia HTv substrata L 12 quam G^1 successio-
 nibus L 13 adque G^1H 14 uanescent G^1HL : euanescent G^2STv
 solerti G^1H 15 prouidenti districtione L non post solum $om. H$
 effugit ex efficit L 17 postreme G^1 a] e G^1 18 desidentes H
 experto G^1 de claro H 20 aciae HL uel L^1 caede micans L
 23 scribaturarum G^1 24 post . . . praeconia $om. H$ numerata . . . pag. 200, 3
 amissum culmen ascenderet *extant in C* 25 internicionem CG^1 : inter-
 necionem G^2 internicionem HLT centum et H

ginta quinque milium de exercitu Assyriorum, angelo sub nocte uastante, una prece ualuit inpetrare, uanitatis gloriatione superatur: cuius ut praeteream uirtutum tam prolixum catalogum, quem replicare perlongum est, hoc unum dicam, qui post indictum
 5 terminum uitae mortisque diem domini sententia praefinitum quindecim annis uitae metas excedere una oratione promeruit, sole per decem gradus, quos ad occasum tendens iam illustrauerat, reuertente, qui lineas, quas abscessu eius umbra subsequens occuparat, suo rursus reditu fugans duplicatum
 10 diem uniuerso orbi contra fixas naturae leges inaudito miraculo praeiuit. post tanta tamque incredibilia signa, post tam in- 2 mania documenta uirtutum qualiter fuerit successibus suis elisus, audi scripturam narrantem: in diebus, inquit, illis aegrotauit Ezechias usque ad mortem, et orauit dominum: et exaudiuit eum, et dedit ei signum, illud scilicet quod
 15 legimus de solis datum esse reditu per Esaiam prophetam in quarto Regnorum libro. sed non, inquit, secundum beneficia, quae acceperat, retribuit ei, quia eleuatum est cor eius: et facta est contra eum ira, et contra Iudam
 20 et Hierusalem: humiliatusque est postea eo quod exaltatum esset cor eius, tam ipse, quam habitatores Hierusalem: et idcirco non uenit super eos ira domini in diebus Ezechiae. quam perniciosus, quam grauis elationis 3 est morbus. tantae iustitiae, tantae uirtutes, tanta fides atque
 25 deuotio, quae naturam ipsam ac totius mundi leges inmutare meruerunt, una elatione depereunt, ita ut uniuersis uirtutibus suis, ac si nec fuissent, obliuioni traditis iram confestim domini

1] cf. III Reg. 19, 15 et 35. 4] cf. III Reg. 20, 1—5. 7] cf. l. c. 9—11. 13] II Paral. 32, 24. 17] l. c. 25—26.

1 milia *L*¹ 2 praeece *CL* superatus *H* 4 replicari prologum *H*
 post est spat. duarum litt. in *C* indictum *Gazaetus*: interdictum *codd. v*
 5 sententiam *L*¹ 7 solem *CL* decim *HL*¹ gradus *G*¹ occasum *H*
 8 reuertentem *L*² ab excessu *L* 9 occupauerat *Hr* 10 natura *G*¹
 legis *G*¹*L*¹ 11 incredibilia *H* 12 suis *om. L* 13 scripturam *CG*¹*H*
 post narrantem in *G* cap. 11 incipit inquit *H* 14 et *om. C* 16 et
 in quarto regum *H* 17 inquit *CG*¹*H* 18 acciperat *H* tribuit *C*
 22 dei *GT* 23 pernit. *L* est elationis *Hv* 24 uirtutis *L*¹ adque *CH*
 25 inmutare *GL* innotare *H* 26 uana *S*

suscepisset, nisi eam resumpta humilitate placasset, ut, qui de tam excelso meritum fastigio elatione inpellente deciderat, non nisi per eosdem rursus humilitatis gradus ad amissum culmen ascenderet. uis aliud quoque exemplum similis ruinae percipere?

XI. Ozias, huius quem commemorauimus regis atauus, in omnibus ipse quoque scripturae testimonio conlaudatus, post ingentia uirtutum suarum praeconia, post innumeros triumphos, quos deuotionis ac fidei suae merito perpetravit, disce qualiter sit uanae gloriae elatione deiectus: et egressum est, inquit, nomen Oziae, propter quod auxiliaretur ei dominus, et conroborasset illum. et cum conroboratum esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, et neglexit dominiu[m] deum suum. cernis aliud exemplum ruinae grauiusimae et conspicis duos uiros tam iustos tamque perfectos triumphis suis atque uictoriis fuisse confectos. unde uidetis quam perniciosi rerum secundarum soleant esse successus, ita ut, qui non potuerunt aduersis frangi, prosperis, si incauti fuerint, acrius elidantur, et qui in conflictu atque acie mortis euasere discrimina, tropaeis propriis triumphisque subcumbant.

XII. Ideo apostolus monet: nolite fieri inanis gloriae cupidi, et dominus Pharisaeos castigans quomodo, inquit, uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quae a solo est deo non quaeritis? de his et beatus Daud cum interminatione dicit: quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent.

9] l. c. 26, 15—16. 20] Gal. 5, 26. 21] Ioh. 5, 44. 24] Ps. 52, 6.

1 suscepisset *H* placasset *G*¹ 2 decederat *H* 3 rursus *GHLT*: rursus *C* amisum *H* amissum *L*¹ 4 ascendere *G*¹ 5 XII *G* non distinguunt *HL* et auus *L* atauus *G*²*S* 6 scripturae *G*¹ 8 suo *H* 9 inquit *G*¹*H* 11 cum conroboratum *scripsi*: cum roboratum *G*¹ conroboratū *H* cum corroboratū *L* cum roboratus *G*²*Sv* 12 elatum *H* neglegit *H* 13 deum *om. H* post suum in *HL* cap. 11 incipit 15 adque uictoris *H* 16 perniciosi *G*¹ pernitiosi *L* 17 aduersus *G*¹ 18 eliduntur *L*¹ adque *H* 19 euasere *H*¹ discrimine *L*¹ tropaeis *G*¹: tropeis *H* tropææ *L* trophæis *G*²*S* triumphis ex triumphos *L* succumbant *GH* 20 inanes *L*¹ 21 phariseos *codd.* inquit *G*¹*H* 22 potestis uos *L* 23 est deo *GHT*: deo est *Lv* 24 deus *om. L* 25 dissipauit *LT*: dissipat *G* dissipabit *H* ossa hominum sibi placentium *L*: cf. cap. 19, 1

XIII. Solet etiam incipientium mentes et eorum, qui minus adhuc uel uirtute animi uel scientia profecerunt, aut propter sonum uocis extollere, quod scilicet modulatus psallant, aut quod sint uel exesis carnibus uel corpore lautiores, aut quod
 5 parentes diuites ac nobiles habeant, uel quod militiam honoresque contempserint. interdum etiam dignitates et opes, quae forte ne adprehendi quidem aliquando potuissent, persuadet
 10 quempiam perfacile fuisse adepturum, si perseuerasset in saeculo, uana spe etiam de incertis inflans eum et de his, quae numquam possedit, uelut qui ea contempserit, gloria uanitatis extollens.

XIII. Nonnumquam uero clericatus gradum et desiderium presbyterii uel diaconatus inmittit. quem si uel inuitus fuisset indeptus, tanta expleturum sanctitate ac rigore depingit, ut
 15 ceteris quoque sacerdotibus praebere potuerit sanctitatis exempla, deinde multos non solum conuersationis forma, uerum etiam doctrina sua sermoneque lucraturum. facit etiam in solitudine uel in cella commorantem diuersorum domos ac monasteria
 20 incitamento imaginariae exhortationis adquirere.

XV. Agitur itaque infelix anima tali uanitate uelut profundissimo sopore delusa, ut plerumque huiusmodi cogitationum inlecta dulcedine et his oppleta simulacris ne praesentes quidem
 25 actus uel fratres ualeat contemplari, dum his, quae cogitationum peruagatione uigilans somniauit, delectatur inhaerere quasi ueris.

1 mentis *H* 2 scientiae *H* proficerunt *G¹H* 3 modulatus *HL*
 4 uel exesis *H* uel ex his *L* quod ante parentes *om.* *L* 5 ac *GL*:
 aut *HTv* honoris *L* 7 persuadit *H* 8 perseuerasset *H* 9 una *L¹*
 11 excolens *L* 12 uero *om.* *L* gradum clericatus *H* 13 presbyterii *G¹L*
 presbyterii *H* mittit *H* nitus fuisset . . . *pag. 203, 23* tali remedio po
extant in C 14 acriore depingit *H* ac rigide pingit *L* 16 dein *v*
 17 doctrinas *sno L* 18 cella *CT*: cellula *GLv* cellola *H cf. pag. 203, 17*
domus H 19 adque *C* circuire *G²L* conuersiones *v*: conuersationis *L¹*
 conuersationes *rell.* 21 agitur . . . uani *euam. in C* uelut in *G¹* pro
 fundissimos opere *L* 23 dulcedine *H* subpleta *H* praesentis *L*
 24 deum ex his *L¹* 25 peruagationem *L*

XVI. Memini cuiusdam senis, cum in heremo Sciti com-
 morarer. qui cum ad cellam cuiusdam fratris gratia uisitationis
 adueniens ostio proximasset audissetque eum quiddam ob-
 murmurantem intrinsecus, paululum substitit, cognoscere uolens
 quidnam de scripturis legeret uel, sicut est moris, operans me- 5
 moriter recenseret. cumque piissimus explorator aure diligenter
 adplicita curiosius auscultaret, ita eum repperit huius spiritus
 inpugnatione plectum, ut in ecclesia facere se crederet ex-
 hortatorium plebi sermonem. cumque subsistens senex audisset
 eum finisse tractatum et mutato rursus officio celebrare uelut 10
 diaconum catechumenis missam, tum demum pulsauit ostium.
 qui egressus occurrensque seni ueneratione solita introducensque
 eum, quam olim uenerit, cogitationum suarum conscientia re-
 mordente perquirat, ne scilicet diutius ad ostium stans iniuriam
 pertulisset. ioculariter senex grateque respondit: modo, inquires, 15
 ueni, quando tu missam catechumenis celebrabas.

XVII. Haec idcirco inserere huic opusculo necessarium duxi,
 ut de inpugnationum ui atque ordine uitiorum, quibus misera-
 bilis anima laceratur, non solum ratione, sed etiam exemplis
 instructi ad deuitandos laqueos et multiplices decipulas ini- 20
 mici cautiores esse possimus. ita namque indifferenter haec ab
 Aegyptiis patribus proferuntur in medium, ut omnium uitiorum
 certamina, uel illa quae patiuntur uel quae passuri sunt iuniores,
 relatione sua, tamquam qui adhuc ea sustineant, apud eos de-
 tegant atque denudent, quo exponentibus eis inlusiones omnium 25
 passionum, quaecumque incipientium sunt ac feruentium spiritu,
 conluctationum suarum arcana cognoscant et ea tamquam in

1 memini . . . cum in he *euang. in C* sciti *H*: scitii *G*¹ scithi *G*² scithii *L*
 scit*hii *C* 4 substitit *CG*²*L*: subsistit *G*¹*H* 5 scribtoris *G*¹ 7 auscultaret
*CHL*²: obscultaret *G* excultaret *L*¹ 8 perlectum *C* se facere *G* 10 of-
 fitio *G*¹ 11 catieuminis *G* catacuminis *H* cathecuminis *L* uelut diaco-
 num missam catecuminis celebrare *C* tunc *HTv* 13 remordine *G*¹ re-
 mordetem *L*¹ 14 hostium strans *G*¹ 15 seni *L* inquires *L* 16 catieuminis *G*
 catecuminis *H* cathieuminis *L* celebrasti *L* 17 *numerus et haec . . .*
opusculo euang. in C 18 inpugnatione *L* adque *CG*¹ ordinem *L*¹
 19 anime *G*¹ rationes *L* 20 euitandos *L* 21 indeferenter *H* 22 aegyptis *H*
 aegyptiis *L* medio *L* 23 uel illa quae passuri *Lv* 24 apud *C* 25 adque *CH*
 qua *G*² 26 quaecumque *S*²: quicumque *rell. v* 27 archana *L* cognoscat *G*¹

speculo contemplantes et causas uitiorum quibus pulsantur et remedia doceantur, futurorum quoque certaminum congressibus antequam superueniant eruditi, qualiter praecauere et occurrere eis uel configere debeant, instruuntur. ut solent peritissimi 2
 5 medicorum non solum mederi praesentibus morbis, uerum etiam futuris peritia sagaci occurrere eosque praeceptis uel poculis salutaribus praeuenire, ita hi quoque uerissimi animarum medici, emersuras ualitudines cordium spiritali conlatione uelut quodam caelesti antidoto praenecantes, in iuniorum mentibus
 10 non patiuntur adulescere, aperientes eis et causas imminentium passionum et remedia sanitatum.

XVIII. Quapropter haec est antiquitas patrum permanens nunc usque sententia, quam proferre sine mea confusione non potero, qui nec germanam uitare nec episcopi euadere manus
 15 potui, omnimodis monachum fugere debere mulieres et episcopos. neuter enim sinit eum, quem semel suae familiaritati deuinxerit, uel quieti cellae ulterius operam dare uel diuinae theoriae per sanctarum rerum intuitum purissimis oculis inhaerere.

XVIII. Ideoque athleta Christi, qui uerum ac spiritalem agonem legitime certare desiderat, hanc multiformem uariamque bestiam omnimodis superare festinet. quam nobis ex omni parte uelut multiplicem nequitiam occurrentem tali remedio poterimus euadere, ut cogitantes illud Dauiticum eloquium:
 25 dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, primitus nihil proposito uanitatis et inanis gloriae capiendae gratia nosmet ipsos facere permittamus: deinde ea, quae bono initio fecerimus, obseruatione simili custodire nitamur, ne omnes

25] Ps. 52, 6.

1 causae *G*² 2 certamina *G*¹ 7 hii *G*¹*H* 8 uel *G* 9 caelestia *L*¹
 praedicantes *C* praenegantes *L*¹ in *om.* *HLT* 10 adulescere *CL*:
 adolescere *GH* imminent. *GL* 12 XVIII (*sic*) *C* quapropter . . .
 patrum *euan. in C* 14 manus euadere *Hr* 15 fugire *G*¹ episcopos uti
 manus neuter enimis sinit *L* 17 caellae *C* callae *H* cellulae *Gv*
 18 theodoriae *G*¹ intuitu *L* purissimum oculis *H* 20 ideoque . . .
 ac *euan. in C* 21 uariamque bestiam] uaria uitia *L* 23 uelud *G*¹*H*
 25 dissipabit *HL*² 26 proposito *L*¹ capessendae *v* 28 obseruatio uani
 simili *L*¹ non omnis *H*

laborum nostrorum fructus post inrepens cenodoxiae morbus euacuet: quidquid etiam in conuersatione fratrum minime communis usus recipit uel exercet, omni studio ut iactantiae deditum declinemus, et ea, quae nos possunt inter ceteros notabiles reddere, ac ueluti solis facientibus laus apud homines sit con- 5
 2 quirenda, uitemus. his enim uel maxime indiciiis cenodoxiae letale contagium nobis inhaerere monstrabitur. quod facillime poterimus effugere, si consideremus non solum fructus laborum nostrorum nos penitus amissuros, quoscumque cenodoxiae proposito fecerimus, sed etiam reos magni criminis factos aeterna 10
 supplicia ueluti sacrilegos soluturos, utpote qui ad iniuriam dei opus, quod eius obtentu nos oportuit agere, hominum gratia malimus exercere, ab eo, qui occultorum est conscius, homines deo et gloriam mundi gloriae domini praetulisse conuicti.

LIBER DUODECIMUS.

DE SPIRITU SUPERBIAE.

15

CAPITULA.

I. Quod octauum certamen aduersus spiritum superbiae sit, et de natura eius.

II. Quod superbiae duo sint genera.

20

III. Quod superbia omnes pariter uirtutes auferat.

III. Quod ob superbiam Lucifer ille de archangelo diabolus factus sit.

V. Quod fomites omnium uitiorum de superbia pullularint.

1 coenod. *G* cinod. *H* caenod. *L* 2 quicquid *G²L* fratrum *om.* *H*
 3 ut] uitii *L* debitum *H* 6 indicis *H* cinod. *H* caenod. *L*
 7 loetale *L* contagionē *L*¹ 9 quodcumque *L* coenod. *G* cinod. *H*
 caenod. *L* 10 feco|mus *G*¹ 11 utpute *HL*¹ 13 hominis *L* 14 glo-
 ria *L*¹ conuincti *L*¹ Explicit de sp̄u cenodoxiae (cinodoxia *H* caeno-
 doxię *L*) liber XI (undecimus *L*) *GHL* Incipit de sp̄u superbiae liber XII.
 Item capl de libro X (*sic*) *H* Incipiunt tituli de libro duodecimo *L*: *om.* *G*
 20 sunt *H*¹*T* 21 superbiae *HT* 22 ob *om.* *HT* 24 uitiorum
 omnium *HTv* de *om.* *T* pulularint *H* pullularent *L* pulularent *T*
 pullulent *v*

VI. Quod superbiae uitium, cum sit in ordine conluctationis extremum, tempore tamen et origine primum sit.

VII. Quod tantum sit malum superbiae, ut ipsum deum aduersarium habere mereatur.

5 VIII. Quemadmodum deus superbiam diaboli uirtute humilitatis extinxerit, et diuersa super hoc testimonia.

VIII. Quemadmodum nos quoque superbiam superare possumus.

10 X. Quod nemo possit perfectionem uirtutum uel promissam beatitudinem suis tantum uiribus obtinere.

XI. Exemplum latronis siue Dauid uel uocationis nostrae ad dei gratiam demonstrandam.

XII. Quod nullus sit labor, qui possit repromissae beatitudini comparari.

15 XIII. Traditio seniorum de consequenda puritate.

XIII. Quod adiutorium dei laborantibus tribuatur.

XV. A quibus perfectionis uiam discere debeamus.

XVI. Non posse nos sine misericordia et inspiratione dei ad ipsum laborem obtinendae perfectionis accedere.

20 XVII. Testimonia diuersa, quibus euidenter ostenditur nihil posse nos quod ad salutem nostram pertinet sine adiutorio dei perficere.

XVIII. Quod non solum in naturali condicione, sed etiam in cotidiana dispensatione dei gratia muniamur.

25 XVIII. Quod haec fides ab antiquis patribus tradita sit de gratia dei.

XX. De eo, qui propter blasphemiam traditus est inmundissimo spiritui.

XXI. Exemplum Ioas regis Iudae, quo ostenditur quid propter superbiam meruerit.

30 XXII. Omnem animam superbam subdi spiritalibus nequitiiis inludendam.

1 conluctationis . . . 2 origine *om. HT* 3 quod tantum *LT*: quantum *H*
 superbiae malum *HT* ut per ipsum deum (dñm *H*) *HT* 5 diabuli *HT*
 6 extinxerit *H* 7 quemadmodum *L* 10 uiribus *L*: uirtutibus *HT*
 obtinere *H* optinere *T* 12 monstrandam *T* 13 beatitudine *HT* 17 a
 quibus *L*: qui *H* a qui *T* 19 obtinentiae *H* 22 condicione *LT*
 24 hoc *H* 28 quo *L*: quod *HT* 30 superbiam *HT*

XXIII. Quod perfectio adtingi nisi humilitatis uirtute non possit.

XXIII. Quos spiritalis superbia pulset quosque carnalis.

XXV. Descriptio carnalis superbiae, uel quae mala in monachi mente parturiat.

XXVI. Quod male fundatus quis ad deteriore[m] statum cotidie prolabatur. 5

XXVII. Expositio uitiorum quae per morbum superbiae generantur.

XXVIII. De fratris cuiusdam superbia.

XXVIII. Indicia quibus superbia carnalis animae inesse cognoscitur. 10

XXX. Quod tepefactus quis per superbiam aliis quoque praesse desideret.

XXXI. Quomodo superbiam uincere uel ad perfectionem peruenire possimus. 15

XXXII. Quomodo depopulatrix omnium uirtutum superbia per ueram humilitatem possit extingui.

XXXIII. Remedia aduersus morbum superbiae.

I. Octauum, quod extremum, aduersus spiritum superbiae nobis certamen est. qui morbus licet ultimus sit in conflictu uitiorum atque in ordine ponatur extremus, origine tamen et tempore primus est, saeuissima et superioribus cunctis inmanior bestia, perfectos maxime temptans et propemodum iam positos in consummatione uirtutum morsu diriore depascens. 20

II. Cuius duo sunt genera, unum hoc, quo diximus spirituales summosque pulsari, aliud, quod etiam incipientes carnalesque complectitur. et licet utrumque superbiae genus tam in deum 25

1 perfectione H^2 posse L 2 quos T : quod HL spirituales HT plus et L pulset et $H(T)$ quosque HL^1T : quoque L^2 carnales HLT 3 superbiae uel quae (que H) HT : sup que L monachi mente L : monacho T modu H 5 fundatis L 7 expositi L 9 superbiae H 10 indicium L 18 superbiae. Incipit de spiritu superbiae liber · XII · G Expliciu[n]t capitula. Incipit textus eiusdem libri L nihil inscriptum in H

19 I om. G quod et v 21 origine . . . 22 primus est om. L 22 inmanior GL 24 mersu diriori dipascens H 25 hoc om. L quod GL^1T , om. H 26 pulsare G^2 tes carnalesque . . . pag. 208, 4 nudabit extant in C

quam in homines noxia inflet elatio, tamen illud primum specialiter refertur ad deum, secundum ad homines proprie pertinet. cuius originem ac remedia in posterioribus libelli huius donante deo in quantum possumus exsequemur. nunc de illo
 5 priore, quo praefati sumus perfectos praecipue temptari, propositum nobis est pauca disserere.

III. Nullum est igitur aliud uitium, quod ita omnes uirtutes exhauriat cunctaque iustitia et sanctitate hominem spoliaret ac denudet ut superbiae malum, tamquam generalis quidam ac
 10 pestifer morbus non unum membrum partemue eius debilitare contentus, sed solidum corpus letali corrumpit exitio et in uirtutum iam fastigio conlocatos grauissima ruina deicere ac trucidare conatur. omne namque uitium suis est terminis ac fine contentum, et licet contristet alias quoque uirtutes, contra
 15 unam tamen principaliter tendit eamque specialiter opprimit et impugnat. et ut hoc ipsum quod diximus clarius possit intellegi, gastrimargia, id est adpetitus uentris seu concupiscentia gulae temperantiae rigorem corrumpit, castitatem libido contaminat, ira patientiam uastat, ut nonnumquam uni quis deditus
 20 uitio aliis uirtutibus non penitus destituatur, sed illa tantum uirtute truncata, quae e diuerso aemulo sibi uitio repugnante subcumbit, reliquas possit uel ex parte retinere. haec uero cum infelicem possederit mentem, ut quidam saeuissimus tyrannus sublimissima capta arce uirtutum uniuersam funditus ciuitatem
 25 diruit atque subuertit, excelsa quondam sanctitatis moenia uirtutum solo coaequans atque permiscens nullam deinceps

3] cap. 24 sqq.

1 illud *C* 2 fertur *H* propriae *CL*¹ pertinet *H* 3 imposterioribus *L* 4 exsequimur *C* exsequemur *G²L²v* exequimur *L¹T* 5 priori *H* praecipuae *C* 6 deserere *H* 7 nullum . . . quod *euam. in C* ita] facta *L*¹ 8 exauriat *H* iustitia et sanctitate *CHT*: iustitiae sanctitate *GL* expoliet *L* 10 debilitate *G*¹ 11 laetali *CL* currumpit *H* 12 ac trucidare *om. L* 13 sui *G*¹ 14 quasque *H* 15 unum *G*¹ 16 clarius *om. L* 17 gastrimargiae *C* castrimargia *L* concupiscentie *G*¹ 18 rigore *L*¹ 19 uno quis *ex iniquis L* 20 distituatur *H* illam *L*¹ 21 uirtuti *G*¹ e *om. L* 22 subcumbit *L*: succumbit *CGH* retinere uirtutes *H* 23 possiderit *CG*¹ possederet *H* 24 capita *L* arte *C* 25 adque *C* subuertit . . . 26 atque *om. L* 26 adque *CH*

imaginem libertatis animae sibi subditae superesse concedit, quantoque ceperit ditioem, tanto grauiori seruitutis iugo subditum uniuersis uirtutum facultatibus crudelissima depraedatione nudabit.

III. Et ut grauissimae tyrannidis eius potentiam cognoscamus, angelum illum, qui pro nimietate splendoris ac decoris sui Lucifer nuncupatus est, nullo alio quam hoc uitio deiectum caelitus inuenimus et ex illa beata sublimique angelorum statione telo superbiae uulneratum ad inferna fuisse conlapsum. si igitur tantam uirtutem, tantae potentiae praerogatiua decoratam una elatio cordis potuit de caelestibus ad terrena deuoluere, qua nos obseruantia carnis fragilitate circumdatos cauere oporteat, ipsius ruinae magnitudo demonstrat. quemadmodum uero huius morbi uirus perniciosissimum deuitemus, instrui poterimus, si ruinae ipsius causas atque originem persequamur. nunquam enim curari languores nec remedia poterunt malis ualitudinibus exhiberi, nisi prius inquisitione sagaci origines earum inuestigentur et causae. hic namque indutus diuina claritate et inter ceteras supernas uirtutes conditoris largitate praefulgens splendorem sapientiae et uirtutum pulchritudinem, qua ornabatur gratia creatoris, naturae suae potentia, non munificentiae illius beneficio se credidit obtinere, et ob hoc elatus, tamquam qui ad perseuerantiam puritatis huius diuino non egeret auxilio, deo se similem iudicauit, utpote qui nullius indigeret quemadmodum deus, liberi scilicet arbitrii facultate confisus, per illam credens affluenter sibimet omnia subpeditari, quae ad consummationem uirtutum uel perennitatem summae beatitudinis pertinerent. haec ei sola cogitatio facta prima ruina est, ob quam desertus a deo, quo

2 coeperit *L* grauiori *r*: grauior *C* grauiore *GL*^{2c} grauioris *IIT* grauiora *L*¹ seruitutes *H* 3 uirtutum facultatibus] uirtutibus *L* 4 nudauit *L* 6 pro *GHLT*: prae *v* 11 decoratum *L*¹ nana *II*: cf. *XI*, 10, 3 12 obseruantie *L*¹ fragilitatem *L* 14 quemadmodum *L* pernit. *L* 16 languores *III*²: languore *L*¹ languor *GT*^r 17 poterunt *H* 18 inquisitioni *G*¹ 19 diuine *L*¹ 21 pulchritudine *II* 22 potentiam *L*¹ obtinere *H* 24 egerit *L*¹ 25 utpote *III*¹ quemadmodum *L* 26 arbitri *H* confisus *L*¹ affluenter *G*¹*H*: affluenter *G*²*LT* 28 ei *om. L* 29 prima *Gv* cf. *cap. 5 et Concl. VIII, 10: om. HLT* quo *om. L*

se credidit non egere, instabilis repente ac nutabundus effectus et infirmitatem propriae naturae persensit et beatitudinem, qua dei munere fruebatur, amisit. et quia dilexit uerba praecipitationis, quibus dixerat: in caelum conscendam, et
 5 linguam dolosam, qua uel de se dixit: ero similis altissimo, uel de Adam et Eua: eritis sicut dii, propterea deus destruet illum in finem, euellet eum, et emigrabit de tabernaculo: et radicem eius de terra uiuentium. tunc ruinam eius uidentes iusti timebunt, et super eum
 10 ridebunt dicentes (quod etiam ad hos; qui se sine protectione auxilioque dei summum bonum perficere posse confidunt, iustissime dirigitur): ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et praeualuit in uanitate sua.

15 V. Haec est primae ruinae causa et origo principalis morbi, qui rursus per illum, qui fuerat a se deiectus, in protoplastum serpens infirmitates omnium uitiorum et materias germinauit. dum enim gloriam deitatis arbitrii libertate et industria sua credidit se posse conquirere, etiam illam perdidit, quam adeptus
 20 fuerat gratia conditoris.

VI. Itaque exemplis ac testimoniis scripturarum manifestissime conprobatur superbiae labem, cum sit posterior in ordine conflictuum, origine tamen anteriorem esse omniumque peccatorum et criminum esse principium, nec sicut cetera uitia so-
 25 lummodo contrariam sibi uirtutem, id est humilitatem tantum extinguere, uerum etiam cunctarum simul interemptricem esse uirtutum, nec mediocres tantum paruosque temptare, sed maxime

3] Ps. 51, 6. 4] Esai. 14, 13. 5] Ps. 51, 6. Esai. 14, 14.
 6] Gen. 3, 5. Ps. 51, 7. 9] Ps. 51, 8. 12] l. c. 9.

1 credit *H* 3 emisit *L*¹ 5 quae *L* 6 et eritis *H* dei *H*
 7 et euellet *L* emigrabit *H* emigrabit eum *L* 8 tabernaculo suo *Hv*
 10 ab *L* se *om.* *H* protectionem *L*¹ 11 se posse *L* 12 dirigen-
 tur *L*¹ 13 suum *GHT*: sibi *L* 14 suarum *om.* *H* 16 illam *L*
 protoplastrum *H* protoplausto *L* 18 libertatem *L*¹ 19 credit *G*¹
 20 gratiam *G*¹*H* 21 scribaturarum *G*¹ 24 nec *GHT*: et *L* 25 non
 tantum *L*² 26 interemtricem *L*

in fortitudinis culmine consistentes. ita enim de hoc spiritu
 2 propheta commemorat: et escae eius electae. ideoque beatus
 Daud, licet tanta circumspectione cordis sui custodiret arcana,
 ut ad eum, quem secreta suae conscientiae non latebant, au-
 denter proclamaret: domine non est exaltatum cor meum: 5
 neque elati sunt oculi mei. neque ambulavi in magnis:
 neque in mirabilibus super me. nisi humiliter sen-
 tiebam, et iterum: non habitabit in medio domus meae
 faciens superbiam, sciens tamen quam sit difficilis etiam
 perfectis ista custodia, non de sua tantum praesumit industria, 10
 sed orans domini inplorat auxilium, ut huius inimici telum
 possit insauciatus euadere, dicens: non ueniat mihi pes
 superbiae, pauens ac metuens, ne illud incidat quod dicitur
 de superbis: deus superbis aduersatur, et iterum: in-
 mundus est apud deum omnis qui exaltat cor suum. 15

VII. Quantum est malum superbiae, ut non angelum, non
 alias uirtutes sibi contrarias, sed ipsum deum aduersarium habere
 mereatur. notandum siquidem est quod nequaquam dixerit super
 his qui ceteris sunt uitis inuoluti, quod habeant sibi dominum
 resistentem, id est 'dominus gastrinargis, fornicariis, iracundis 20
 seu fylargyris aduersatur', sed solis superbis. illa namque uitia
 uel in unumquemque delinquentium tantummodo retorquentur
 uel in suos participes, id est in alios homines uidentur admitti:
 haec nero proprie pertingit ad deum et ideo eum specialiter
 digna est habere contrarium. 25

VIII. Ideoque uniuersitatis creator et medicus deus causam
 principiumque morborum superbiam esse cognoscens contrariis
 sanare contraria procurauit, ut ea scilicet, quae per superbiam

2] Hab. 1, 16 (LXX). 5] Ps. 130, 1—2. 8] Ps. 100, 7. 12] Ps.
 35, 12. 14] Iac. 4, 6. Prou. 16, 5 (LXX).

3 circuminspectione *H* archana *L* 4 secreta *H* 5 proclamarent *G*¹
 7 nisi] si non *H* 8 habitat *H* 9 qui facit *H* 13 in illud *G*²*Sv* ince-
 dat *H* decidat *S* 17 habere *om.* *GL* 18 mereantur *H* habeatur *L*
 19 dñm *GT*: deum *Hv* deum sibi *L* 20 castrinargis *G*¹ castrinargiis *L*
 21 fylargiis *G*¹ phylargiris *G*² filargiriis *H* phylargiriis *L* 23 in
 post est *om.* *G* post admitti in *H* cap. 8 incipit 24 adtingit *H*
 26 non distinguit *H* 27 principioque *L*¹

conruerant, per humilitatem resurgerent. ille namque dicit: in caelum conscendam, hic dicit: humiliata est in terra anima mea. ille dicit: ero similis altissimo, hic, cum esset in forma dei, exinaniuit semet ipsum formam
 5 serui accipiens, humiliavitque se factus oboediens usque ad mortem. ille dicit: super astra dei exaltabo solium meum, iste dicit: discite a me quia mitis sum et humilis corde. ille dicit: nescio dominum, et Israhel 2 non dimitto, iste dicit: si dixero quia non noui eum,
 10 ero similis uobis mendax: sed noui eum et mandata eius seruo. ille dicit: mea sunt flumina et ego feci ea, iste dicit: non possum ego a me ipso facere quicquam, sed pater meus in me manens ipse facit opera. ille dicit: mea sunt omnia regna mundi et gloria eorum, et
 15 cui uoluerō do ea, iste cum diues esset, pauper effectus est, ut eius inopia nos diuites redderemur. ille dicit: 3 sicut colliguntur oua, quae derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui: et non fuit qui moueret pennam, et aperiret os, et ganniret, iste dicit: si-
 20 milis factus sum pellicano solitario: uigilaui, et factus sum sicut passer solitarius in tecto. ille dicit: exsiccaui uestigio pedum meorum omnes riuos aggerum, hic dicit: numquid non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim milia legiones angelorum? si principalis ruinae causam et salutis
 25 nostrae fundamenta perspeximus, a quo et qualiter uel ista

1] Esai. 14, 13. 2] Ps. 43, 25. 3] Esai. 14, 14. Phil. 2, 6—8.
 6] Esai. 14, 13. 7] Matth. 11, 29. 8] Ex. 5, 2. 9] Ioh. 8, 55.
 11] Ezech. 29, 3 (LXX). 12] Ioh. 5, 30 et 14, 10. 14] Luc. 4, 6.
 15] II Cor. 8, 9. 17] Esai. 10, 14. 19] Ps. 101, 7—8. 21] Esai. 37, 25.
 23] Matth. 26, 53.

1 resurgent *G¹H* 8 corde et ille *G* dñi *H* israhel *GH*: *ur̄* *L*
 11 omnia flumina *H* 12 ego *om. L* 14 omnia *om. H* 15 ea *GLT*:
 illa *H* factus *H* 17 colleguntur *G¹* 18 mouerit *H* 19 pinnam *HT*
 20 pellicano . . . factus sum *om. H* 22 uestigia *G¹* peduum *H* 23 non
 possum rogare] rogare possum *G¹* meum *om. L* 24 milia *GT¹*: *eras. in*
L, punctis delet. in T, om. Hr 25 principales *L¹* 26 quo uel qualiter ista *L*

iacata sint uel illa emerferit, quemadmodum deuitare tam atrocem mortem ſuperbiae debeamus, uel illius ruina uel huius doceamur exemplo.

VIII. Itaque hunc nequiffimi ſpiritus laqueum taliter poterimus euadere, ſi in ſingulis quibus ſenſerimus nos uirtutibus profeciſſe illud apoſtolicum dixerimus: non ego, ſed gratia dei mecum, et: gratia dei ſum quod ſum, et deum eſſe qui operatur in nobis et uelle et perficere pro bona uoluntate, dicente etiam ipſo auctore ſalutis noſtrae: qui manet in me et ego in illo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere, et: niſi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt qui aedificant eam, niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilauit qui cuſtodit eam, et: in uanum uobis eſt ante lucem ſurgere, quia non eſt uolentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei.

X. Nullius namque quamuis feruentis et cupientis tam idonea poteſt uoluntas eſſe uel curſus, ut carne ſpiritu repugnante circumdatus ualeat tantum perfectionis praemium et palnam integritatis ac puritatis adtingere, niſi fuerit diuina miſeratione protectus, ut ad illud, quod magnopere uult et ad quod currit, peruenire mereatur. omne enim datum bonum et omne donum perfectum de ſurſum eſt descendens a patre luminum. quid enim habes quod non accepisti? quodſi accepisti, quid gloriaris quaſi non acceperis?

- 6] I Cor. 15, 10. 7] l. c. 8] Phil. 2, 13. 9] Ioh. 15, 5.
 11] Ps. 126, 1 (LXX). 14] l. c. 2. 15] Rom. 9, 16. 22] Iac. 1, 17.
 24] I Cor. 4, 7.

1 acta *H* iactata *L* emerſerint *G*²*Hv* deuitaret *L*¹ 5 in *om.* *H* inferimus *L* 6 profeciſſe *L*¹ 7 et gratia] ergo *L* ſum *HL*: ſum id *GTv* deum] dñi *H* 8 pro] per *L* propter *H* bonam uoluntatem *HL*² 9 autore *H* 10 adfert *H* 12 laborabunt *L* 13 et niſi *G*²*S* 14 uigilauit (ἡγρόπνευσεν) *G*: uigilabit *L* uigilat *HTv* in uanum (εἰς μάτην) *G*¹: uanum *G*²*HLLv* uobis eſt (ὑμῶν ἐστὶ) *G*: eſt uobis *HLLv* 15 et quia *G*² currentes *H* 16 eſt *om.* *Hv* 17 non diſtinguit *G* nullus *L* 19 et *G* in *ras. m. 2* aut *H* 22 datum] donum *G*¹ 23 diſcendens a patrem *H*

XI. Si enim uel illum latronem ob unam confessionem in-
 troducedum in paradysum recordemur, intellegemus eum non
 cursus sui merito tantam beatitudinem consecutum, sed dono
 dei miserentis indeptum. uel si reminiscamur Dauid regis duo
 5 tam grauia tamque inmania crimina uno paenitudinis sermone
 deleta, nec hic uidebimus ad indulgentiam tanti criminis ob-
 tinendam laboris aequiperasse merita, sed dei gratiam super-
 abundasse, qui uerae paenitudinis occasione percepta tantam
 peccatorum materiem sub unius uerbi plena confessione con-
 10 sumpsit. principium quoque discutientes uocationis ac salutis
 humanae, qua non ex nobis nec ex operibus nostris secundum
 apostolum, sed dei sumus dono gratiaque saluati, liquido po-
 terimus aduertere, quemadmodum perfectionis summa non uo-
 lentis neque currentis, sed miserentis sit dei, qui ne-
 15 quaquam laborum uel cursus nostri merito compensante uitiorum
 nos facit esse uictores nec aequiperante nostrae uoluntatis in-
 dustria tam arduum integritatis culmen subiugata qua utimur
 carne conscendere. nulla siquidem corporis huius afflictio nul-
 laque cordis contritio ad capessendam ueram illam interioris
 20 hominis castitatem possit esse condigna, ut tantam puritatis
 uirtutem anglis solis ingenitam caelique uernaculam nudo
 humano labore, id est sine adiutorio dei ualeat obtinere, quia
 totius boni effectus ab illius profluit gratia, qui tantam peren-
 nitatem beatitudinis et immensitatem gloriae exiguae uoluntati
 25 breuique ac paruo cursui nostro multiplicata largitate donauit.

1] cf. Luc. 23, 40 sqq. 4] cf. II Reg. 12, 13. 11] cf. Eph. 2, 8—9.
 13] Rom. 9, 16.

1 non distinguit *G* 2 paradysum *G*² paradiso *L* recordaremur *H*
 intellegemus *H*: intellegimus *GL* 3 tantum *H* 4 indemptum *L*¹ adep-
 tum *Hv* 5 tam inmania *L* penitudinis *HL* 6 dileta *H* uidemus *ex*
 uidemur *L* 7 equiparasse *H* 8 qua *L*² penitudinis *GHL* occas-
 sione *H* 9 materiem *L*¹: materiam *GHL*²*Tv* consumeret *L* 13 quem-
 ammodum *L*¹ summam *L*¹ 14 dei sit *H* 16 equiparantis *H*
 uoluntis *G*¹ 17 subiugatu *L*¹ 19 capissendam *H* 20 possit *HLT*:
 potest *Gv* 21 familiarem ingenitam *L* 22 humanoq. *H* optinere *G*
 obtinere *H* 23 ab *om.* *L* eius *H* que *L* 24 beatitudinis et
 immensitatem *om.* *L* uoluntatis *L*¹

XII, Omnis enim longaeuitas uitae praesentis, cum ad illam futurae gloriae perennitatem respexeris, euanescit, et dolores cuncti contemplatione illius immensae beatitudinis effugantur atque ut fumus ad nihil extenuati liquescunt et nusquam ut fauilla comparent.

XIII. Quapropter iam tempus est ut ipsis quibus tradunt uerbis patrum sententiam proferamus, eorum scilicet qui uiam perfectionis et qualitatem eius non uerborum iactantia depinxerunt, sed potius re et opere ac uirtute spiritus possidentes experimentis eam propriis et exemplis certissimis tradiderunt. aiunt itaque non posse ad purum quempiam carnalibus uitiis emundari, nisi uniuersum laborem suum atque conatum ad tantum perfectionis finem intellexerit non posse sufficere, nec eam nisi dei miseratione et adiutorio comprehendere non tam tradentis institutione quam affectu atque uirtute et experimentis propriis eruditus agnoscat. ad capessenda namque tam magnifica tamque praecelsa puritatis et integritatis praemia quantuslibet ieiuniorum, uigiliarum, lectionis, solitudinis ac remotiois labor fuerit impensus, condignus esse non poterit qui haec industriae suae merito uel sudoris obtineat. nunquam enim diuinum munus labor proprius humanae compensabit industria, nisi desideranti diuina fuerit miseratione concessum.

XIII. Nec hoc dico ut humanos conatus euacuans ab industria et laboris intentione quemquam renocare contendam, sed plane constantissime non mea, sed seniorum sententia definitio perfectionem quidem sine his omnino capi non posse, his autem solis sine gratia dei posse eam a nemine consummari. ut enim dicimus conatus humanos adprehendere eam per se ipsos non posse sine adiutorio dei, ita pronuntiamus laborantibus tantum ac desudantibus misericordiam dei gratiamque

2 gloriae *om. L* 4 adque *H* nihil *GLT*: nihilum *Hv* 6 ut in ipsis *H* ut ipsi *L* 8 iactantiae *G*¹ depinxerunt *H* 9 re et] recto *Gc* possedentes *H* 12 emendari *HS*¹ adque *H* 13 tantae *v* 14 et *om. G*¹ non *om. H* 15 institutionem *L*¹ adque *H* uirtutem *L*¹ et *om. H* 16 capessenda *H* capessendam *L*¹ namque *om. L* 18 et solitudinis *Gv* 20 obtineat *H* 21 compensauit *GL*¹ 26 definitio *G*¹ hiis *bis H* 27 a nemine] inanem *L* 28 humanus *L*¹ semet *H*

conferri et, ut uerbis apostoli loquar, uolentibus et currentibus
 inperitiri secundum illud, quod etiam in psalmo octogesimo
 octauo ex persona dei cantatur: posui adiutorium super
 potentem: et exaltaui electum de plebe mea. dicimus 2
 5 enim secundum saluatoris sententiam dari quidem petenti-
 bus, aperiri pulsantibus et a quaerentibus inueniri, sed pe-
 titionem et inquisitionem et pulsationem nostram non esse
 condignam, nisi misericordia dei id quod petimus dederit uel
 aperuerit quod pulsamus uel illud quod quaerimus fecerit
 10 inueniri. praesto est namque, occasione sibi tantummodo a
 nobis bonae uoluntatis oblata, ad haec omnia conferenda. am-
 plius enim ille quam nos perfectionem salutemque nostram
 desiderat et expectat. et in tantum beatus Dauid prouentum 3
 sui operis ac laboris propria tantum industria non posse nouerat
 15 obtineri, ut a domino promereri directionem suorum operum
 iterata prece deposceret dicens: et opera manuum nostrarum
 dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige,
 et rursum: confirma deus hoc, quod operatus es in nobis.

XV. Ideoque si ad ueram consummationem uirtutum uolumus
 20 effectum et opere peruenire, illis debemus adquiescere magistris
 ac ducibus, qui hanc non uaniloqua disputatione somniantes,
 sed re atque experimentis adprehendentes nos quoque docere
 atque ad eam dirigere similiter possunt et uiam, quemadmodum
 perueniamus ad eam, certissimo tramite demonstrare, quique
 25 ad hanc fide se potius peruenisse quam laborum merito testa-
 bantur. quibus etiam hoc praecipuum sui cordis adquisita
 puritas conferebat, ut magis magisque se deprimi peccatis
 agnoscerent (tanta namque in eis delictorum conpunctio per

1] cf. Rom. 9, 16. 3] Ps. 88, 20. 5] cf. Matth. 7, 7. 16] Ps.
 89, 17. 18] Ps. 67, 29.

2 octogesimo *G²L* LXXXVIII *HT* 3 canitur *L* super potentem (ἐπὶ
 δυνατῶν) *L*: in potente *G¹Hv* et *Uulg.* in potentem *G²ST* 6 apperiri *HS*
 aperire *L¹* 7 inquestionem *H* 8 dñi *L* 10 occassione *H* occasionem *L¹*
 13 exspectat *G¹H* (*non S*) 15 obteneri *H* optineri *G²* 16 deposcere *G¹*
 18 dñs *H¹* hoc deus *Sv* et *Uulg.* 20 affectu *H* et] aut *L* 22 adque *H*
 ad *L¹* 23 similiter *om. L* et] ut *L¹* quemammodum *L¹* 25 fidem *L¹*
 se fide *H* 26 sui] si *L¹* adquesita *H¹* 28 ignoscerint *H* tantam *L¹*

dies singulos augebatur, quanta puritas animi profecisset) traherentque iugiter intimo corde suspiria, eo quod semet ipsos sentirent nequaquam posse delictorum naeuos ac maculas deuitare, quae eis per multiplices cogitationum minutias inurebantur. et idcirco futurae uitae stipendia non operum sperare se merito, sed misericordia domini proclamabant, nihil sibi de tanta circumspectione cordis aliorum comparatione donantes, quippe qui hanc ipsam non suae industriae, sed diuinae gratiae adscribebant: nec blandientes sibi de inferiorum ac tepidorum negligentia, sed contemplatione potius illorum, quos uere peccato carere atque in regno caelorum aeterna iam beatitudine perfrui nouerant, humilitatem perpetuam conquirebant. atque ita consideratione hac et elationis ruinam pariter declinabant et quo contenderent uel quod dolerent semper inueniebant, intellegentes semet ipsos ad illam puritatem cordis quam cupiunt obsistente carnis sarcina peruenire non posse.

XVI. Igitur secundum traditiones et institutiones eorum sic ad eam festinare debemus ieiuniis, uigiliis, orationibus, contritioni cordis et corporis operam dantes, ne haec omnia morbo hoc inflante uacuemus. non solum namque ipsam perfectionem oportet credere industria nos uel labore nostro possidere non posse, sed ne haec ipsa quidem, quae illius exercemus obtentu, id est labores conatusque nostros ac studia sine diuinae protectionis auxilio inspirationisque eius et castigationis atque exhortationis gratia posse perficere, quam scilicet cordibus nostris uel per alium solet uel per semet ipsum, nos uisitans, clementer infundere.

XVII. Postremo instruat auctor salutis nostrae, quid nos oporteat in singulis quibusque quae gerimus non modo sentire,

1 agebatur *H* profecisset *H¹L¹* 2 traherintque *H* cordis *L* 3 neuos *GL* naeos *H* macula *L¹* 4 inuehebantur *L* 8 quia *L¹* 9 ne *L¹* inferorum *L¹* 10 negligentiam *L¹* potius *H* 11 regna *L* 12 humilitate perpetua *L* 13 consideratio *L¹* hec *G¹* ac *L* et *om. L* 14 contenderent *G¹L*: considerint *H* tenderent *G²Scv* 17 traditionis et institutiones *G¹* et institutiones *om. L* 18 contritione *L¹* 19 nec *H* 20 inflante uacuemus *G¹HLL²T*: inflante euacuemus *L¹* inflante euacuemus *G²Sc* 21 possidere *H¹* 22 nec *H¹* optentu *G²* 23 labori *L¹* 27 instruat *G* 28 geremus *H¹*

sed etiam confiteri. non possum ego, inquit, a me ipso
 facere quicquam. pater autem in me manens ipse facit
 opera. ille ex persona hominis adsumpti dicit nihil a semet
 ipso posse se facere, et nos cinis ac terra in his, quae ad
 5 nostram salutem pertinent, arbitramur nos adiutorio domini
 non egere? discamus itaque et nos, per singula nostram simul
 infirmitatem et illius adiutoria sentientes, cotidie proclamare
 cum sanctis: impulsus uersatus sum ut caderem: et do-
 minus suscepit me. fortitudo mea, et laudatio mea
 10 dominus: et factus est mihi in salutem, et: nisi quia
 dominus adiuuit me: paulo minus habitauerat in in-
 ferno anima mea. si dicebam: motus est pes meus:
 misericordia tua domine adiuuabat me. secundum
 multitudinem dolorum meorum in corde meo: conso-
 15 lationes tuae laetificauerunt animam meam. uidentes 2
 etiam cor nostrum in timore domini et patientia roborari di-
 camus: et factus est dominus firmamentum meum. et
 eduxit me in latitudine. scientiam quoque profectu operum
 intelligentes nobis augeri dicamus: quoniam tu inluminas
 20 lucernam meam domine: deus meus inluminatenebras
 meas. quoniam in te eripiar a temptatione, et in deo
 meo transgrediar murum. deinde sentientes nosmet ipsos
 fortitudinem tolerantiae conquisisse et in semita uirtutum fa-
 cilis ac sine labore dirigere adiciamus: deus qui praecinxit
 25 me uirtute: et posuit immaculatam uiam meam. qui
 perfecit pedes meos tamquam cerui, et super excelsa
 statuit me, qui docet manus meas ad proelium. con-
 secuti etiam discretionem, qua roborati possimus aduersarios

1] Ioh. 5, 30. 2] Ioh. 14, 10. 8] Ps. 117, 13—14. 10] Ps. 93,
 17—19. 17] Ps. 17, 19—20. 19] l. c. 29—30. 24] l. c. 33—35.

1 inquit *G¹H* 2 fecit *H* 4 se *om. L* facere se posse *S* hiis *H*
 6 et nos itaque *L* 7 adiutoriū *L* 8 uersatus] euersus *H* 11 adiuuat *H*
 13 adiuuat *G¹* 16 domini *om. L* discamus *H¹* 21 deum meum *G*
 22 deinde *HLT*: dein *Gv* 23 tollerantiae *HL¹* 24 adiciamus *G*:
 dicamus *HLTv* cf. inferam pag. 218, 5 praecinxit *H* precinxisti *G*
 praecinxisti *T* praecingis *v* 25 uirtutē *L²T* posuisti *GTv* 26 per-
 ficis *v* meus *H¹* tamquam] ut *H* excelsa mea *G* 27 statuit *G²L*:
 statuis *G¹r* statuens *Hc* statues *T* docis *G¹* doces *G²Tv* plium *H*

nostros elidere, proclamemus ad deum: disciplina tua erexit
 me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit. dila-
 tasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata
 uestigia mea. et quia taliter sum roboratus scientia tua atque
 uirtute, inferam confidenter ea quae sequuntur et dicam: per-
 sequar inimicos meos, et comprehendam illos: et non
 4 runt stare: cadent sub pedes meos. rursus infirmitatis
 nostrae memores nec posse nos tam acerbos uitiorum hostes
 fragili carne circumdatos sine illius adiutorio superare dicamus: 10
 in te inimicos nostros uentilabimus, et in nomine
 tuo spernemus insurgentes in nos. non enim in arcu
 meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. tu
 enim saluasti nos de adfligentibus nos: et odientes
 nos confudisti. sed etiam praecinxisti me uirtute ad 15
 bellum: subplantasti omnes insurgentes in me subtus
 me. et inimicos meos dedisti mihi dorsum, et odientes
 5 nos confudisti. sed nec armis nostris posse nos uincere co-
 gitantes dicamus: adprehende arma et scutum: et ex-
 surge in adiutorium mihi. effunde frameam, et con- 20
 clude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animae
 meae: salus tua ego sum. et posuisti arcum aereum
 brachia mea. et dedisti mihi protectionem salutis
 meae: quia nec patres nostri in gladio suo possede-
 runt terram, et brachium eorum non saluauit eos: 25

1] l. c. 36—37. 5] l. c. 38—39. 11] Ps. 43, 6—8. 15] Ps. 17,
 40—41. 19] Ps. 34, 2—3. 22] Ps. 17, 35—36. 24] Ps. 43, 4.

1 proclamamus *H* dñm *H* eum *L* erexit (ἀνώρθωσε) *GL*: cor-
 rexerit *HTv* et *Uulg.* 5 sequantur *G¹H* secuntur *LT* 7 potuerunt *G¹*
 8 sub *GL*: subtus *HTv* et *Uulg.* pedibus meis *L* rursus *HTv*
 9 aceruuo *G¹H¹L¹* 10 fragilli *H* 11 uentilauimus *L¹* 12 spernimus
G¹H¹ in nobis *HTv* et *Uulg.* arco *H¹* 13 saluauit *L¹* me *om.* *L¹*
 tu enim saluasti *HLL*: saluasti enim *Gv* et *Uulg.* 14 de *GL*: ex *HT*
 16 supplantasti *HT* omnes *om.* *HT* 18 nos (*priore loco*) *GL*: me *HTv*
 21 persecuntur *HLL* 22 posuisti *G*: posuisti ut *HLv* et *Uulg.* 24 meae
L¹T: tuae *GHL²v* et *Uulg.* nostros *H* in *om.* *G* possiderunt *G¹T¹*
 possidebunt *H* 25 saluabit *G¹H¹*

sed dextera tua, et brachium tuum, et inluminatio
uultus tui: quoniam conplacuit tibi in eis. postremo 6
uniuersa beneficia eius cum gratiarum actione mente solli-
cita perlustrantes super his omnibus, quod uel pugnaimus
5 uel inlumptionem scientiae uel disciplinam discretionis ab
eo consecuti sumus, uel quod suis nos armis instruxit et uir-
tutis cingulo communiuit, uel quod inimicorum nostrorum nobis
praebuit dorsum et tribuit uirtutem comminuendi eos ut pul-
uerem ante faciem uenti, intimo cordis affectu clamemus ad
10 eum; diligam te domine uirtus mea: dominus firma-
mentum meum, et refugium meum, et liberator meus.
deus meus adiutor meus, et sperabo in eum. protector
meus, et cornu salutis meae, et susceptor meus. lau-
dans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero.

15 XVIII. Non solum pro his ei gratias referentes, quod uel
rationabiles nos condidit uel liberi arbitrii potestate donauit
uel baptismi largitus est gratiam uel scientiam legis adiuto-
riumque concessit, sed etiam pro his, quae erga nos cotidiana
eius prouidentia conferuntur, quod scilicet aduersariorum nos
20 insidiis liberat, quod cooperatur in nobis, ut carnis uitia su-
perare possimus, quod a periculis nos etiam ignorantes pro-
tegit, quod a lapsu peccati communit, quod adiuuat nos et
inluminat, ut ipsum adiutorium nostrum, quod non aliud quidam
interpretari uolunt quam legem, intellegere et agnoscere ualea-
25 mus, quod pro negligentis delictisque nostris eius inspiratione
latenter compungimur, quod dignatione eius uisitati saluberrime
castigamur, quod ab eo nonnumquam etiam inuiti trahimur
ad salutem, postremo quia ipsum liberum arbitrium nostrum,

8] Ps. 17, 43. 10] Ps. 17, 2—4.

2 faciei tuae *HT* conplacuit tibi *GT*: con(com-)placuisti *HLv* et
Uulg. 6 nos suis *H* intruxit *H* 7 communiuit *GL* 8 et retribuit *H*
9 clamamus *H* 10 uirtus *L*: fortitudo *GHT* et *Uulg.* domine *L*
11 liberator meus *G¹* 13 et *post* meae *om. GT* laudans . . . 14 saluus
ero *om. H¹* 15 ei] et *L¹* refferentes *H* uel *om. L* 16 potestatem *H*
17 adiutorium *L* 21 a *om. L* 22 a *om. L¹* commonet *ex* com-
munet *H* iuuat *L* 24 legem dei *H* 25 negligentis *G¹* inspera-
tione *H* 26 compuggimur *H* dignationem *L¹*

quod proclivius fertur ad vitia, ad meliorem dirigit frugem et ad virtutum viam instigationis suae visitatione contorquet.

XVIII. Haec est proprie humilitas erga deum, haec est antiquissimorum patrum sincera fides, quae penes successores ipsorum mera nunc usque perdurat. cui fidei virtutes apostolicae, quae saepenumero per eos manifestatae sunt, non solum apud nos, sed etiam apud infideles et incredulos indubitatum testimonium reddunt. qui simplicem piscatorum fidem corde simplici retinentes non eam syllogismis dialecticis et Tulliana facundia spiritu concepere mundano, sed experimento vitae sinceris actuque purissimo, correctione quoque vitiorum, et ut verius dixerim in ipsa perfectionis inesse naturam oculatis indicibus deprehenderunt, sine qua nec pietas in deum nec vitiorum purgatio nec emendatio morum nec virtutum consummatio poterit adprehendi.

XX. Noui quendam de fratrum numero (quem utinam minime scissem, siquidem post haec ordinis mei gradu se passus est praegravari), qui probatissimo cuidam senum vitio carnis semet ipsum gravissimo confessus est inpugnari: nam contra usum naturae desiderio patiendi magis quam inferendi ignominiam intolerabili aestu libidinis urebatur. tum illum ut spiritalem verumque medicum interiorem causam morbi huius et originem protinus peruidisse: qui graviter suspirans, nequaquam, ait, tam nequam spiritui tradi te dominus permisisset, nisi aliquid blasphemasses in eum. quo ille conperto confestim procedit ad pedes eius in terram, summaque admiratione percussus

1 clivius *H* diregit *H* 3 proprie] prima *H* 4 qui *L*¹ 5 mera *G*:
merita *L*¹ merito *HL*² intemerata *Tv* fide virtutis *L*¹ 6 per eos
*om. G*¹ manifeste *H* 9 syllogismis *GL*²: sillogismis *H* syllogissimis *L*¹
eis et tulliana . . . *cap. 28* de ore suo prorsus emittere *extant in C* et
tertuliana *H* 10 concipere *CH* concidere *L* 11 sinceris *CHL*: sin-
cere *G* (*e in ras. m. 2*) *v* correptione *H* 12 naturam *CG*^{2v}: natura
rell. indicibus *H* 13 comprahenderunt *L* 14 emundatio *H* 16 noui
. . . numero *euan. in C* 17 scirem *H* 18 probissimo *G* 19 impu-
gnare *L* 20 ignominium *H* 21 ut *om. L* ille ut spiritalis verusque
medicus . . . peruidit *H* 23 preuidisse *G*¹ ait nequaquam *H* 24 aliquid
blasphemassis *C* 25 in *om. H* procedit *G*¹*H* 26 ad terram *H* summa
ex summam L admiratione *L*¹

tamquam deo cernens arcana sui pectoris patefacta confessus est in dei se filium cogitatione impia blasphemasse. unde perspicuum est eum, qui superbiae spiritu possidetur uel qui in deum blasphemus existit, tamquam qui inroget illi iniuriam, a quo puritatis speranda sunt dona, perfectionis integritate priuari et sanctificationem castimoniam non mereri.

XXI. Legimus tale aliquid in Paralipomenon libro. Ioas enim rex Iuda septem annorum ab Ioiade pontifice adscitus in regnum atque in omnibus, quoad uixit memoratus pontifex, testimonio scripturae laudatus est. de quo post obitum Ioiade audi quid scriptura commemoret et quemadmodum elatus superbia ignominiosae fuerit traditus passioni: postquam autem obiit Ioiade, ingressi sunt principes Iuda, et adorauerunt regem, qui delentus obsequiis eorum adqueiuit. et dereliquerunt templum domini dei patrum suorum, seruiueruntque lucis et sculptilibus, et facta est ira contra Iudam et Hierusalem propter hoc peccatum. et post pauca: cumque euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriae: uenitque in Iudam et Hierusalem, et interfecit cunctos principes populi, atque uniuersam praedam miserunt regi Damascum. et certe cum permodicus uenisset numerus Syrorum, tradidit dominus in manus eorum infinitam multitudinem, eo quod reliquissent dominum deum patrum suorum: in Ioas quoque ignominiosa exercere iudicia. et ab-

12] II Par. 24, 17—18. 18] l. c. 23—25.

1 a deo *r* archana *G²L* 3 possidetur *H* 4 existit *G²H* extitit *L* 7 legimus . . . paralipomenon *euang. in C* paralyomenon *G²L* 8 rex] ex *L* ioiade *G¹H²*: ioiadae *CL¹* iode *H¹* ioiada *G²L²* adscitur *C* 9 adque *C* quoad] dum *H* 10 testimoniae *C* scriburae *G¹* ioiade *G¹H²*: ioiadae *CG²L* ioade *H¹* 11 scribura *CG¹* commemorat *G* commemoraret *H* quemadmodum *L¹* 13 ioiade *G¹*: ioiadae *C* ioade *H* ioiada *G²L* 14 delentus *CG¹*: delinitus *G²H²L* dilinitus *H¹T* 19 siriae *H* 20 adque *C* qui *H* 21 damasco *H* 22 permodicos *G¹* siro- rum *H* assyriorum *L* 23 manus *C ut uid. et H*: manibus *GLTr et Uulg.* eorum eo quod *L* 24 reliquissent *CT*: reliquerint *G* derelinquissent *H* dereliquissent *Lv et Uulg.* 25 exercere *C* iudicia *G¹*

euntes dimiserunt eum in languoribus magnis. uides
 quam flagitiosis ac sordidis passionibus tradi mereatur superbia.
 qui enim elatus adrogantia ut deum se passus est adorari,
 traditur secundum apostolum in passiones ignominiae
 et in reprobum sensum, ut patiatur ea quae non con- 5
 3 uenit. et quia dicente scriptura inmundus est ante deum
 omnis qui exaltat cor suum, iste, qui tumida elatione
 cordis inflatus est, turpissimae confusio[n]i traditur deludendus,
 ut humiliatus taliter sentiret semet ipsum esse uel inmunditia
 carnis et conscientia impurae passionis inmundum, quod animi 10
 sui noluerat elatione sentire, et ut carnis ignominiosa contagio
 patefaceret inmunditiam cordis eius occultam, quam superbiae
 malo contraxerat, ac manifesta pollutione corporis sui probaretur
 impurus, qui per elationem spiritus factum se non sentiebat
 inmundum. 15

XXII. Quibus manifeste probatur omnem animam, quae super-
 biae fuerit tumore possessa, intellectualibus Syris, id est nequitiis
 spiritalibus tradi eamque passionibus carnis inuolui, ut saltem
 uitii humiliata terrenis inmundam se carnaliter polluta cognos-
 cat, quae tepore mentis erecta inmundam se in conspectu 20
 dei per elationem cordis effectam intellegere ante non potuit,
 quo uel sic humiliatus quis a pristino tepore discedat et igno-
 minia carnalium passionum deiectus atque confusus ad spiri-
 talem feruorem deinceps semet ipsum ardentius conferre festinet.

XXIII. Euidenter itaque demonstratur non posse quemquam 25
 perfectionis finem ac puritatis adtingere nisi per humilitatem
 ueram, quam primitus fratribus reddens deo quoque in pene-
 tralibus cordis exhibeat, credens sine protectione eius atque
 auxilio per singula sibi momenta delato perfectionem, quam

4] Rom. 1, 26 et 28. 6] Prou. 16, 5 (LXX).

1 suis magnis *L*¹ 3 esset *L*¹ 4 passionis *GHT*¹ ignominiã (iniã
in ras.) *G* 5 conuenit *CG*: conueniunt *HLTc* et *Uulg.* 6 dicenti *H*¹
 scribtura *CG*¹ ante *CGHT*: apud *Lv* dñm *GH* 7 extat *H*¹ 9 ut]
 et *L*¹ 11 et *om.* *GT* 16 quibus . . . omnem *euan. in C* 18 saltem *CH*²*L*²
 21 dñi *H* 23 adque *CH*¹ 25 euidenter . . . demonstratur *euan. in C*
 26 attingere *CH* 27 penetralibus *G*²*S*: penetrabilibus *CG*¹*HLT* 28 ad-
 que *C*

cupit et ad quam magnopere currit, se penitus obtinere non posse.

XXIII. Huc usque de spiritali superbia, qua diximus perfectos quosque pulsari, quantum tenuitas ingenii nostri praeualuit, donante deo dixisse sufficet. quod superbiae genus non multis cognitum nec expertum est, quia nec plures student perfectam cordis adprehendere puritatem, ut ad hos proeliorum gradus ualeant peruenire, nec praecedentium uitiorum, quorum in singulis libellis naturam pariter remediaque praemisimus, procuratur ulla purgatio: sed illos solummodo pulsare solet, qui deuictis superioribus uitis iam propemodum sunt in uirtutum culmine conlocati. quos quia lapsu carnali subtilissimus hostis superare non quiuit, spiritali ruina deicere ac subplantare conatur, per hanc illos uniuersis ueterum stipendiorum meritis multo labore quaesitis spoliare contendens. ceterum nos, qui adhuc terrenis sumus passionibus inuoluti, nequaquam hoc modo temptare dignatur, sed crassiore et ut ita dixerim carnali elatione subplantat. et idcirco de hac quoque, qua maxime nos seu nostrae mensurae homines ac praecipue iuniorum uel incipientium mentes periclitari solent, necessarium reor secundum promissionem nostram pauca depromere.

XXV. Haec igitur quam diximus carnalis superbia cum tepido ac male adrepto renuntiationis principio in monachi resederit mente, de pristino ac saeculari eum tumore ad ueram Christi humilitatem descendere non permittens primum inoboedientem eum reddit et asperum, deinde mitem atque adfabilem esse non patitur, aequalem quoque fratribus fieri communemque non sinit nec secundum dei ac saluatoris nostri mandatum spoliari terrenis

28] cf. Matth. 19, 21.

1 et ad] ob *L* paenitus *CL* optinere *G*² obtinere *H*¹ 3 huc usque . . . qua *euan. in C* que *L*¹ 4 nostri ingenii *H* 5 dño *H* sufficet *CG¹L¹*: sufficiat *G²HL²Tv* 6 cognitum et *L* 7 praeliorum *HL* 9 in *om. C fort. recte: cf. contra Nest. VI, 3, 1. 22, 1. Praef. ad Conl. part. I, §. 5* 12 conlocati *CGT* lapsu *C* suptilissimus *C* 13 quieuit *H¹L¹* deicere *H* supplantare *CGL (non S)* 17 crassiori *H* 18 supplantat *CG²L* 20 pereclitari *G¹H¹* 22 XXV et haec . . . carnalis su *euan. in C* 23 arrepto *GHL* residerit *CL¹* 24 mentem *G¹L* eum *om. H* 26 eum *om. L* inmitem *L¹* adque *C* adfabilem *G¹T*: affabilem *rell.*

opibus nudarique concedit, et cum renuntiatio nihil aliud sit nisi mortificationis et crucis indicium nec ualeat aliis inchoari uel consurgere fundamentis, quam ut se non solum actibus huius mundi spiritaliter nouerit interemptum, uerum etiam corporaliter cotidie credat esse moriturum, e contrario facit eum uitam sperare longaeuam, infirmitates proponit ei prolixas et multas, confusionem quoque incutit ac pudorem, si nudus effectus alienis et non propriis facultatibus coeperit sustentari, persuadet etiam multo esse melius uictum indumentumque sibi sua potius quam aliena substantia ministrari, secundum illud scilicet, quod quemadmodum dictum sit tali hebitudine ac tepore cordis obtusi ne intellegere quidem aliquando poterunt: beatus est magis dare quam accipere.

XXVI. Tali igitur diffidentia mentis obsessi et a scintilla fidei, qua uisi fuerant in primordiis suae conuersionis accensi, diabolica infidelitate reuocati incipiunt pecunias, quas ante dispergere coeperant, diligentius custodire et eas, uelut qui semel profligatas ulterius reparare non possint, auaritia uehementiore conseruant, seu, quod est deterius, ea quae prius abiecerant resumentes uel certe, quod est tertium ac deterrimum nequitiae genus, quae ne ante quidem possederant congregantes nihil amplius egressi de saeculo quam nomen adquisisse tantummodo ac uocabulum monachi conprobantur. super haec igitur initia male uitioseque fundata necesse est ut uniuersa deinceps uitiosius structura consurgat nec quicquam superponi pessimis ualeat fundamentis, nisi quod miserabilem animam ruina lugubriore prosternat.

13] Act. 20, 35.

1 condit *G*¹ aliut *C* 2 inchoari *GT*: incoari *C* incogari *H* coequari *L*
 5 et e *L*¹ 6 proponet *G*¹ ei proponit *L* 9 persnadit *G*¹*H*¹*L*¹ 11 quod
 scilicet *G*¹ quemammodum *L* 12 hebitudine *CG*²*HLLT*: hebetudine *G*¹
 13 poterunt *GL*: potuerunt *HTv* 15 non distinguit *H* tali . . . obses
 euan. in *C* a *CG*²*ST*: ab *L* om. *G*¹*H* 16 conuersionis *HL* 19 pro-
 mulgatas *L* 20 est om. *L*¹ abiecerunt *L* 21 teterrimum *L* 22 pos-
 siderant *G*¹*L*¹ 23 de] e v 27 lucubriori *H*

XXVII. Talibus siquidem mens passionibus obdurata atque a detestabili tepore incipiens necesse est ut in deterius cotidie proficiat et reliquam quoque uitam suam deformiore fine concludat, dumque cupiditatibus pristinis oblectatur ac secundum
 5 apostolum sacrilega filargyria uincitur (ita eodem pronuntiante de illa: et filargyria, quae est simulacrorum siue idolorum seruitus, et iterum: radix, inquit, omnium malorum est filargyria), numquam possit in corde suo humilitatem Christi simplicem ueramque suscipere, cum sibi
 10 uel de nobilitate natalium gloriatur uel inflatur de saeculi, quam corpore, non mente deseruit, dignitate uel pecuniis, quas ad ruinam suam retentat, extollitur. per quae iam non 2
 monasterii iugum sustinere contentus est, non senioris ullius institui disciplina, et non solum nullam subiectionis aut oboedientiae regulam custodire dignatur, uerum ne ipsam quidem
 15 auribus suis doctrinam perfectionis admittit. tantumque concrecit in corde eius spiritalis uerbi fastidium, ut, cum forte talis fuerit oborta conlatio, uno in loco stare nesciat eius obtutus, sed huc illucque stupidus circumferatur intuitus, aliorum
 20 et in obliquum quam moris est oculi defigantur. pro suspiriis 3
 enim salutaribus sputa de sicco gutture contrahuntur, excreationes etiam sine ulla interpellatione flegmatis prouocantur, digiti ludunt et in modum quiddam scribentis uolitant atque depingunt, et ita huc atque illuc uniuersa membra corporis
 25 commouentur, ut, dum spiritalis agitur conlatio, totum se

6] Col. 3, 5. 7] I Tim. 6, 10.

1 talibus . . . passionibus *euan. in C* obdurata *GHL²T*: obturata *CL¹* adque *C* 5 filargiria *H* phylargiria *L* (*item infra*) 6 fylargiria *G* 7 inquit *CG¹H* inquit radix *L* 8 fylargyria *G* 10 de ante nobilitate *om. L* 12 per] super *L* 13 ullius *om. L* 14 disciplinam *L¹* et *CHL* (*om. T*): quisque (quisquis *v*) enim superbiae (superbia *G¹*) morbo fuerit occupatus (fuerit occupatus *om. G¹*) *GSv* ullam *L* 16 auribus suis *post* perfectionis *habet C* 18 in *om. L* optutus *G²* 19 huc adque illucque stupedus *C* aliorum *CHT* aliorum et *om. L* 20 in *om. G* obliquum *G¹T* defigantur *CL²T*: defrangantur *G* defingantur *HL¹* 21 contrahuntur *Gv* (*cf. Sen. de ira III, 38, 2* attracta saliu): contraduntur *CL* conraduntur *H* conradiuntur *T* exsecrationes *L¹* 23 immodum *L¹* scribentes *L¹* uolitant atque *om. L* adque *C*

uel scatentibus uermibus uel acutissimis sudibus credat in-
 sidere, et quidquid simplex conlatio ad aedificationem protulerit
 audientium, ob suam suggillationem aestimet esse prolatum.
 4 totoque tempore, quo uitae spiritalis examinatio uentilatur, suis
 suspicionibus occupatus non quid exinde ad profectum suum 5
 capere debeat aucupatur, sed causas, cur unumquodque sit
 dictum, sollicita mente perquirat, uel quid eis possit obicere
 tacita intra se cordis uolutione coniectat, ut nihil ex his,
 quae saluberrime sunt digesta, penitus adprehendere aut in
 aliquo ualeat emendari. et ita fit ut non solum in nullo ei 10
 proficiat conlatio spiritalis, uerum etiam damnosa magis existat
 5 efficiaturque ei causa maioris peccati. dum enim pro con-
 scientia sua totum contra se suspicatur esse prolatum, uehe-
 mentiore cordis obstinatione duratur iraeque stimulis acrius
 instigatur: deinde post haec excelsa uox, sermo rigidus, amara 15
 turbulentaque responsio, incessus erectus ac mobilis, lingua
 facilis, procax loquella nec umquam taciturnitatis amica, nisi
 cum contra fratrem rancorem quendam in suo corde conceperit:
 fitque silentium eius non conpunctionis nec humilitatis ullius,
 sed superbiae et indignationis indicium, ita ut quid in eo 20
 detestabilius sit haud facile discernatur, utrum diffusa illa
 6 petulansque laetitia an dira haec uirulentaque serietas. in illa
 namque sermo non oportunus, risus leuis ac fatuus, effrenata
 atque indisciplinata cordis elatio: in ista uero ira plenum uiru-
 lentumque silentium et quod ob hoc tantum concipitur, ut ad- 25
 uersus fratrem rancor taciturnitate seruatus protelari diutius

1 studiis *L*¹ insedere *H*¹ 2 quidquid *CG*¹: quicquid *G*²*HL* 3 audien-
 tum *L* sugillationem *SL* suggillationem *H*¹ 5 occupatur *L* num-
 quid *G*¹*L*¹ 7 obiecere *H*¹ 8 ¹ eis *H* ut nihil in aliquo penitus ualeat
 emendare aut adprehendere ex his quae saluberrime sunt digesta *L* 10 ei
om. H 11 existat *GHL* (*non S*) 12 ei *om. S* 13 suspicatus *G*¹ esse
om. L 14 iraeque *CHT*: irae quoque *GLv* 15 amara] immatura *ex*
 anatura *L* 16 turbolentaque (*o in ras.*) *G* mollis *L* 17 loquilla *C*
 loquella *G*²*L* conloquella *ex* conloquilla *H* taciturnitas *G*¹*HL* nisi
*om. G*¹ 18 cum *om. H* conceperit *H*¹*L*¹ 19 sitque *C* sicque *L*
 conpunctiones *L*¹ illius *G* 20 indignationes *C* ita . . . 21 detestabilius
om. L 21 aut *CL* haut *GH*¹ 22 serenitas *H* 23 risus quoque leuis *L*
 24 adque *C* aque *G*¹

possit, non ut ex eo uirtus humilitatis ac patientiae praebeatur. et cum ipse tumore possessus facile cunctis tristitias inferat atque ad satisfactionem laesi fratris semet ipsum submittere dedignetur, etiam ab illo sibimet oblatam respuit atque con-

5 temnit et non solum nulla fratris satisfactione compungitur neque mollitur, uerum etiam cur ab eo sit in humilitate praeuentus grauius indignatur, fitque ei salutaris humilitas ac satisfactio, quae finem diabolicis intentionibus solet inferre, causa uehementioris incendii.

10 XXVIII. Audiui in hac dumtaxat regione, quod horret pudetque reuoluere, quendam iuniorum, cum a suo increparetur abbate, cur humilitatem, quam renuntians permodico tempore retentarat, coepisset excedere ac diabolica inflari superbia, summa contumacia respondisse: numquid ob hoc memet ipsum

15 humiliari pro tempore, ut semper subditus sim? ad quod eius tam effrenatum scelestumque responsum ita est senior obstupefactus omnisque eius interceptus est sermo, uelut qui ab illo ipso antiquo Lucifero uerba haec prolata, non ab homine percepisset, ut nullam uocem aduersus tantam proteruiam de ore

20 suo prorsus emittere nisi gemitus de corde tantummodo ac suspiria potuerit, illud solum tacitus intra semet ipsum uolens, quod de domino nostro dicitur saluatore: qui cum in forma dei esset, humiliari se factus oboediens, non ut ille ait diabolico spiritu ac tumore possessus 'pro tempore', sed

25 usque ad mortem.

XXVIII. Et ut breuius ea quae dicta sunt de hoc superbiae genere praestringamus, quaedam signa eius in quantum possumus colligentes, ut his, qui de perfectione sitiunt erudiri, quodammodo characteres eius de exterioris hominis motibus

22] Phil. 2, 6 et 8.

2 tristitiam *L* 3 adque *C* fratres *G*¹ submittere *GL* 4 si-
met *C* adque *C* 6 cum *G*¹ in *om.* *C* 7 sitque *L* 10 audiui . . .
regi *euang. in C* Audiui audiui *GH* orret *C* 11 iuniorem *L* incre-
patur *G*¹ 12 cum humilitate *L*¹ 13 retentaret *HS* excidere *H*¹*L*²
17 uelut *CG*: uelud *H* ueluti *Lc* qui *om.* *L* ab *om.* *L*¹ 19 propter-
uiam *H*¹ proterua *L*¹ 21 illum *G*¹ uolens *G*¹ 24 spiritu *om.* *G* ac
eras. in G 27 perstringamus *HLTv* 28 hiis *H*¹ 29 characteres *GL*

exprimamus, necessarium puto paucis eadem replicari, ut con-
 pendiosius agnoscamus quibus eam discernere ac deprehendere
 ualeamus iudiciis, quo nudatae atque in superficiem productae
 passionis huius radices et oculatim deprehensae atque perspectae
 2 uel conuelli facilius ualeant uel uitari. tunc enim poterit pestifer 5
 morbus ad integrum declinari, cum contra ipsius perniciosos
 aestus et inpetus noxios non sera obseruatio, cum iam domi-
 nantur, adsumitur, sed cum praecedentes eius ut ita dixerim
 lineas agnoscentes prouida eum sagacique discretione prae-
 currimus. de exterioris namque sicut praediximus hominis
 10 motu status interioris agnoscitur. his igitur iudiciis carnalis ista
 quam praefati sumus superbia declaratur. inest primitus in
 loquella eius clamor, in taciturnitate amaritudo, excelsus et
 effusus in laetitia risus, inrationabilis in serietate tristitia, in
 15 responsione rancor, facilitas in sermone, uerba passim sine ulla
 3 cordis grauitate erumpentia. expers patientiae est, caritatis
 aliena, audax ad contumelias inrogandas, ad tolerandas pusil-
 lanimis, ad oboediendum difficilis, nisi in quo eam desiderium
 suum uoluntasque praeuenerit, ad recipiendam exhortationem
 20 inplacabilis, ad reseccandas uoluntates suas infirma, ad suc-
 cumbendum alienis durissima, semperque suas definitiones
 statuere contendens, ipsa uero nequaquam cedere alterius ad-
 quiescens: et ita fit ut etiam incapax consilii salutaris effecta
 in omnibus suo potius credat quam seniorum iudicio.

XXX. Quibus decessuum gradibus is quem semel possidet 25
 deuolutus iam ipsam disciplinam coenobii perhorrescit, ac ueluti
 qui fratrum consortio de perfectione retrahatur ac de bono
 patientiae atque humilitatis aliorum uitio et impedimento re-

1 replicare *L* 3 iudiciis *H*¹ quōdate (*i. e.* quoniam date) *L* atque
 ... productae *om.* *S*¹*L* 4 oculatim *L*¹ 6 pernit. *L* 7 aestos *L*¹ im-
 petus *GL* dominatur *G*²*L*² 8 ut ita] uitia *L* 11 totus interior *H*
 hiis *H*¹ inditiis *G*¹ iudiciis *H*¹ 12 superbie *G*¹ primum *H* in
om. *G*¹ 13 loquella *G*¹*HT*: loquela *G*²*L* et *om.* *G*¹ 14 serenitate *H*
 16 patientia *HL* caritas atalib. aliena *L* 18 eum *L* 21 suas *om.* *L*
 diffinitiones *HL*¹ 22 ipsam *L* 23 salutaris *G*: salubrioribus *L*¹ salu-
 bris *HL*²*Tv* 25 decessuum *G*²: decessum *G*¹ discessuum *H* decessus *L*
 discessus *T* his *L* possidet *H*¹ 26 coenobii] cōgnoūi *L* uelut *L*

uocetur, habitationem solitariae cellae desiderat, seu certe uelut
 plures alios lucraturus construere monasterium et quos docere
 atque instruere debeat congregare festinat, ex discipulo nequam
 detestabilior magister effectus. nam cum huiusmodi elatione
 5 cordis in perniciosissimum teporem noxiumque couruerit et nec
 uerus monachus nec saecularis effectus sit, quod est deterius,
 etiam perfectionem sibi ex hoc ipso miserabili statu et con-
 uersatione promittit.

XXXI. Quamobrem si aedificii nostri fastigia perfecta uolumus
 10 ac placentia deo consurgere, fundamenta eius non secundum
 nostrae libidinis uoluntatem, sed secundum districtiois euan-
 gelicae disciplinam iacere festinemus. quae alia esse non possunt
 quam timor dei atque humilitas, quae de mansuetudine et
 cordis simplicitate descendit. humilitas uero nullatenus poterit
 15 absque nuditate conquiri. qua peregrinante nec oboedientiae
 bonum nec patientiae robur nec mansuetudinis tranquillitas
 nec consummatio caritatis poterit adprehendi, sine quibus cor
 nostrum habitaculum spiritus sancti penitus esse non poterit,
 ita pronuntiante domino per prophetam: super quem re-
 20 quiescet spiritus meus nisi super quietum et humi-
 lem et trementem uerba mea? siue secundum exemplaria
 quae Hebraicam exprimunt ueritatem: ad quem autem re-
 spiciam, nisi ad pauperculum, et contritum spiritu,
 et trementem uerba mea?

25 XXXII. Quapropter athleta Christi, qui spiritalem agonem
 legitime certans a domino desiderat coronari, hanc quoque fero-
 cissimam bestiam ut deuoratricem cunctarum uirtutum omni-
 modis festinet extinguere, certus quod hac in suo pectore
 commorante non solum omnigenis uitis carere non possit,

19] Esai. 66, 2 (LXX).

3 instituere *Lv* 4 elationem *L*¹ 5 impertiosissimum *L* cor-
 ruerit *GL* 6 sit] et *L* qui *H*¹ 7 etiam *om. L* 9 aediftii *G*¹
 11 distinctionis *G*¹*H* 12 disciplina *G*¹ 13 et cordis *GHT*: cordisque *L*
 14 discedit *H*¹ uera *L* 16 robur *G*¹*H*¹ 17 poterit adprehendi *om. G*¹
 19 requiescit *G*² 22 ebraicam *HL* 25 anthleta *H* athletam *L*¹ 27 de-
 baratricem *L*¹ 28 certus *om. G*¹ hanc *L*¹ 29 omne genus *L*
 uitis *H*¹ uitii *L*²

uerum etiam, si quid uirtutis habere uideatur, huius ueneno
 depereat. nullo enim modo poterit in anima nostra uirtutum
 structura consurgere, nisi prius iacta fuerint uerae humilitatis
 in nostro corde fundamenta, quae firmissime conlocata perfectionis
 et caritatis culmen ualeant sustinere, ita scilicet, ut quemad- 5
 modum diximus primum fratribus nostris humilitatem ueram
 intimo cordis exhibeamus affectu, in nullo scilicet adquiescentes
 2 eos contristare uel laedere. quod nullatenus poterimus implere,
 nisi abrenuntiatio uera, quae in expoliatione omnium facultatum
 ac nuditate consistit, in nobis fuerit Christi amore fun- 10
 data, deinde oboedientiae iugum et subiectio simplici corde ac
 sine ulla fuerit simulatione suscepta, ita ut praeter abbatis
 mandatum nulla penitus uoluntas uiuat in nobis. quod non
 aliter poterit obseruari, nisi quis non solum se mortuum huic
 mundo, uerum etiam insipientem iudicarit ac stultum, uniuersa, 15
 quae sibi fuerint a senioribus imperata, sine ulla discussione
 perficiens, sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata.

XXXIII. In qua consistentibus qualitate procul dubio status
 ille humilitatis uere tranquillus atque immobilis subsequetur, ut
 nosmet ipsos inferiores omnibus iudicantes uniuersa, quae nobis 20
 fuerint inrogata, tametsi iniuriosa sint uel tristia uel damnosa,
 tamquam a superioribus nostris inlata patientissime toleremus.
 quae quidem a nobis non solum facillime tolerabuntur, uerum
 etiam parua iudicabuntur ac nulla, si mente iugiter recolamus
 uel domini nostri uel sanctorum omnium passiones, considerantes 25
 tanto leuioribus nos iniuriis adtemptari, quanto longius a meritis
 eorum et conuersatione distamus, pariter etiam cogitantes in
 breui nos de hoc saeculo migraturos eorumque nos celeri uitae
 2 huius fine mox futuros esse consortes. peremptoria namque est

1 uidetur *L* 4 fundamenta *HTv* conlocata *GHT* 5 ualeant susti-
 nere ita *om.* *G*¹ quemadmodum *L*¹ 7 intimore *L*¹ 11 iustum *L*
 14 mortuum se *L* 15 iudicaret *G*¹*L*¹*T* 16 quae iussa fuerint uel a
 senioribus *L* ulla *GHT*: aliqua *L* 17 perfitiens *G*¹ sacrosancte *HL*
 ea] ac *L*¹ 18 statutus *G*¹ 19 immobilis *GL* subsequitur *L* 20 in-
 dicantes *L* 21 uel tristia uel damnosa *om.* *G*¹ tristitia *HL*¹ 22 nostris
^{bi}
GHT: nos *L* 23 tollerabuntur *G*¹ 24 se *G*¹ 26 quanta *L*¹ 27 de-
 stanus *L*¹ 28 celeris *G*²

haec contemplatio non solum superbiae, uerum etiam generaliter omnium uitiorum. deinde post haec hanc eandem humilitatem erga deum firmissime retentemus. quod a nobis ita complebitur, ut nihil nosmet ipsos absque illius opitulatione uel gratia, quod
 5 ad uirtutum consummationem pertinet, posse perficere cognoscamus, sed et hoc ipsum, quod intellegere meruimus, eius esse muneris in ueritate credamus.

2 haec om. L 3 deum] dñi H purissime L retinentes H amamus ex amamus L 4 ullius L¹ 5 ad om. L¹ pertineat L 6 meruerimus L 7 credamus. Explicit de spū superbiae G a manu 2 Finit dō gratias amen (m. 2 add.: Explicit liḅ XII de spū supbie) H Explicit de spū superbiae feliciter L Expli ad castorem liber · XII T



IOHANNIS CASSIANI
DE INCARNATIONE DOMINI
CONTRA NESTORIUM
LIBRI VII.

N = cod. armamentarii Parisiensis 483 saec. X—XI.

M = cod. musei Britannici 16414 saec. XI uel XII.

p = cod. Parisinus 14860 saec. XIII ineuntis.

a = cod. bibl. Coloniensium Augustinianorum, cuius lectiones selectas
Cuyckius in appendice editionis suae (pag. 211 sqq.) proposuit.

v = editio Cuyckii a. 1578.

PRAEFATIO.

Absolutis dudum collationum spiritalium libellis sensu magis quam sermone insignibus, quia alto sanctorum uirorum sensui sermo nostrae inperitiae impar fuit, cogitaram et propemodum constitueram post illum proditae inscientiae pudorem ita me
5 in portu silentii collocare, ut excusarem, quantum in me esset, per taciturnitatis uerecundiam loquacitatis audaciam. sed uicisti propositum ac sententiam meam laudabili studio et imperiosissimo affectu tuo, mi Leo, ueneranda ac suspicienda caritas mea, Romanae ecclesiae ac diuini ministerii decus, pro-
10 ducens me ex illo praemeditati silentii recessu in publicum formidandumque iudicium, et noua subire cogis adhuc de prae-teritis erubescens, cumque etiam minoribus impar fuero, par maioribus a te esse conpellor. ego enim ne in illis quidem 2
opusculis, quibus per ingenioli nostri oblatiunculam deo sacrificauimus, moliri aliquid aut usurpare temptassem nisi episcopali tractus imperio. creuit itaque per te oris nostri ac
15 stili dignitas. nam qui iussi antea de dominicis studiis locuti sumus, nunc id exigis ut de ipsa incarnatione domini ac maie-

Incipit praefatio (prefacio *p*) cassiani $\widetilde{\text{pr}}\text{b}\text{i}$ (presbiteri *p*) contra nestorium *Np*: de *M* cf. *Prolegomena*

1 iamdudum *p* 2 insignibus *om. M* alta *p*¹ 3 noster *M* cogitaueram *p* 4 scientiae *M* inscitiae *av* me] ut *M* 5 silentii me collocarem *M* excussarem *N* 6 audacia *M* uicit *p* 8 tuo] o *M* suspicienda *av*: suscipienda *NM* suspienda *p* 9 mea] tua *p* ac] meae *N*: *om. p* diuinique *p* 12 in minoribus *M* fuero *Npv*: fuerim *M* cf. *Paulin. Pell. Eucharist. u. 150, ubi euasero idem ualet quod euaserim* 13 par *om. p* a te esse] preesse *Np* nec *M* 15 militari *N* militare aut aliquid *p* 16 tactus inperitiae *N* 17 loquuti *M* 18 exigit *N* exigimur *p* magestate *M*

state dicamus. ita qui prius in sancta templi uelut per sacer-
 3 quasi in sanctorum sancta penetramus. magnus honor, sed
 periculosa professio, quia obtineri sacrorum penetralium ac
 diuini praemii palma non potest nisi hoste superato. exigis 5
 itaque ac iubes aduersus recentem haerese[m] ac nouum fidei
 hostem conserere imbecillas manus et contra pestiferi serpentis
 graues hiatus aperto ut aiunt ore consistere, scilicet ut in-
 surgentem in ecclesias dei sinuosis tractibus draconem uis
 prophetica et sermonis euangelici diuina uirtus me quasi in- 10
 cantatore dirumpat. pareo obsecrationi tuae, pareo iussioni.
 4 malo enim de me ipso tibi quam mihi credere, maxime quia
 id tecum amor Iesu Christi domini mei praecipit, qui hoc
 ipsum etiam in te iubet. superest ut effectum imperati negotii
 ab ipso postules per quem imperasti. tua enim iam hic magis 15
 causa quam mea uertitur, tuum magis iudicium quam meum
 officium periclitatur. me enim, siue par sim tuo imperio siue
 non sim, ipsa aliquatenus oboedientiae ratio atque humilitatis
 excusat, nisi quod plus hoc meriti est in obsequio meo, si
 5 minus est in possibilitate. facile enim cuiuslibet iussioni ex 20
 abundantia satisfacimus: illius officium grande est et mirabile,
 qui etiam id in uoto habet quod in uiribus non habet. tua ergo
 haec res, tuum negotium, tui pudoris opus est. ora et obseca, ne
 imperitia mea periclitetur electio tua, et opinioni tantae nobis non
 respondentibus, etiamsi ego per oboedientiae ueniam bene pareo, 25
 tu tamen per inconsiderantiam iudicii male imperasse uidearis.

1 ita qui] interim *N*: *om.* *p* 2 ducatu *M* 3 set *p* (*saepe* *f*; *per*
comp.) 4 progressio *Mpv* optineri *p* 6 herese[m] *M*: heresim *Np*
 7 imbecillas *ex* imbecillitas *N* imbecilles *pv* 8 grauis *M* 9 spinosis
Npa 10 per me *M* incantatorem *N¹M* 13 praecepit *Mp* 14 etiam]
 et *M* 17 plectitur *M* imperio tuo *p* 19 hoc plus *Mv*: *cf.* *III*, 13,
 1. *V*, 14, 2. *VI*, 1, 1. 23, 2. *VII*, 2, 4 est in obsequio non meriti si
 (*om.* meo) *M* 20 est impossibilitate *p* 21 habundantia *Np* satis-
 fecimus *p¹* 22 quod . . . non habet *om.* *p* 24 in impericia *M* peri-
 clitatur *p¹* opinione *M* 25 obedientiae *ex* obedientiam *N* 26 uidearis.
 Explicit praefatio *NMp* Incipit liber primus (primus liber *p*) de incarna-
 tione xpi dñi contra nestorium *Np* Incipit liber de incarnatione dñi nri
 ihu xpi *M*

LIBER PRIMUS.

I. Tradunt fabulae poetarum desectis quondam hydram capi-
 tibus numerosius renascentem per sua damna creuisse, ita ut
 nouo inauditoque miraculo multiplicato mortibus suis monstro
 5 luci genus esset amissio, scilicet dum, quidquid ferrum secantis
 abscideret, totum id fecunditas prodigiosa geminaret, donec
 laborans atque aestuans coeptae illius desectionis industrius
 appetitor cassatis totiens inefficaci opere uirtutibus fortitudinem
 belli armaret arte consilii et admotis, ut aiunt, ignibus multi-
 10 plicem portentuosi corporis prolem feruenti gladio desecaret,
 ac sic ambustis intrinsecus medullis, cum rebelles uenas im-
 probae fecunditatis exureret, tandem parturitione monstrosa ces-
 saret. ita ergo etiam haereses in ecclesiis illius quam poe- 2
 tarum commenta finxerunt hydrae similitudinem gerunt. et
 15 istae enim aduersum nos linguis feralibus sibilant, et istae
 uirus letale iaciunt, et istae sectis capitibus renascuntur. sed
 quia resurgente morbo non debet cessare medicina, et quanto
 maior fuerit aegritudo, tanto instantior debet esse curatio, po-
 tens est dominus deus noster, ut, quod de morte hydrae illius
 20 gentilium falsitas finxit, hoc in ecclesiarum bellis ueritas per-
 agat, et ignitus sancti spiritus gladius ita in extinguenda no-
 uella haeresi omnes penitus medullas perniciosae generationis
 exurat, ut tandem prodigiosa fecunditas emorientibus uenis
 parere desistat.

25 II. Non noua enim sunt haec in ecclesiis monstrosi se-
 minis germina. semper has dominici agri seges lappas sentesque
 tolerauit et assiduuum in ea suffocatricis zizaniae germen emer-
 sit. hinc enim Hebionitae, hinc Sabelliani, hinc Arriani, hinc

2 condam *M* ydram *M* hydrae *Np* 3 dampna *Mp* 5 amissio *N*¹
 quicquid *Mp* 6 generaret *M* 9 ammotis *N*¹*p* 10 portentosi *N*
 (non *p*) 12 cessaret monstrosa *p* 13 hereses *NMp* 14 comenta *N*¹
 et ante istae *ter om. M* 15 ista enim *N* 17 et *om. M* 19 est
 enim *Mv* 20 libellis *M* 22 heresi *NMp* poenitus *N* perniciosae *N*
 generationis *om. M* 25 monstrosi *N* 26 lapsas *M* 27 zizanii *N*
 28 hinc denique Eunomiani *om. M*

denique Eunomiani et Macedoniani, hinc Photiniaci et Apollinaristae ceterique ecclesiarum uepres et enecantes bonae
 2 fidei frugem tribuli pullularunt. quorum primus Hebion, dum incarnationem dominicam nimis asserit, diuinitatis eam con-
 iunctione nudauit. Sabelli autem post hunc ex dissimilitudine
 haereseos superioris schisma prorumpens dum in patre ac filio
 et spiritu sancto distantiam nullam esse contendit, sacram et
 ineffabilem trinitatem, quantum in ipso fuit, blasphema con-
 fusione permiscuit. secuta est deinde hunc quem diximus
 Arrianae peruersitatis impietas, quae, ne uideretur sacras mi-
 10 scere personas, diuersas esse dixit atque dissimiles in trinitate
 substantias. Eunomius autem post hunc quidem, sed eiusdem
 admodum prauitatis, licet similem sibi diuinam esse asseruerit
 trinitatem, diuersam tamen a se contendit, admittens simili-
 3 tudinem, excludens parilitatem. Macedonius quoque inreme-
 diabili in spiritum sanctum impietate blasphemans, licet eiusdem
 substantiae patrem et filium dixerit, sanctum tamen spiritum
 creaturam uocans reus totius diuinitatis fuit, quia laedi in
 trinitate aliquid non potest sine totius trinitatis iniuria. Pho-
 15 tinus autem quamuis Iesum qui ex uirgine natus est deum
 dixerit, male tamen cum principio hominis principium dei esse
 confinxit. Apollinaris uero hominem unitum deo inconsiderate
 intellegens humanam eum non habuisse animam male credidit,
 quia non minoris erroris est domino Iesu Christo inpropria
 addere quam propria derogare. quidquid enim de illo non ita
 20 dicitur ut est, etiamsi honor uideatur, iniuria est. ita singuli
 ex dissimilitudine haereseon haeresin procreantes omnes quidem
 a se diuersa, sed omnes tamen fidei aduersa senserunt. nuper
 quoque, id est in diebus nostris, emersisse haeresim uene-

1 machedoniani *N* Photiniaci *scripsi*: phitoniaci *N* futiniani *M*
 photiniani *pv* 3 pulularunt *p* 5 sabellii *Mp* ^{dia} similitudine *N* 6 here-
 seos *NMp* scisma *Mp* et filio *M* 8 blasphemie *p* 9 est *om. p*
 12 eonomius *M* 13 ammodum *N*¹ sibi trinitatem in diuinitate esse
 concedat equalem tamen non esse contendit *M* 14 ammittens *N*¹
 15 machedonius *N* 19 fotinus *Mv* phatinus *p*¹ 23 intelligens *Mp*
 credit *N* 25 quicquid *Mp* 27 similitudine *Nav* (*non p*) hereseon
NMp heresin *Np* heresim *M* 29 heresim *NMp*

nosam ex maxima Belgarum urbe conspeximus, certi erroris, incerti nominis, quia, cum recenti capite ex antiqua Hebionitarum stirpe surrexerit, dubium admodum est antiqua magis dici an recens debeat. noua enim assertoribus, sed uetusta
 5 erroribus fuit. solitarium quippe hominem dominum nostrum 5 Iesum Christum natum esse blasphemans hoc, quod ad dei postea honorem potestatemque peruenerit, humani meriti, non diuinae asseruit fuisse naturae, ac per hoc eum deitatem ipsam non ex proprietate unitae sibi diuinitatis semper habuisse, sed
 10 postea pro praemio laboris passionisque meruisse, cum utique dominum saluatoremque nostrum non deum natum, sed a deo blasphemaret adsumptum, confinis scilicet huic haeresi quae nunc extitit et quasi germana et consanguinea, quaeque tam
 15 Hebionitis quam his recentibus consentanea tempore quidem fuit inter utrosque media, sed utrisque tamen peruersitate coniuncta. sint quamuis eius nonnulla alia his, quae iam diximus, consimilia: sed longum est uniuersa memorare. neque enim nunc ad dicendum commemorationem praeteritorum, sed con-
 futationem nouorum sumpsimus.

20 III. Illud sane unum praetereundum non arbitramur, quod peculiare ac proprium supra dictae illius haereseos quae ex Pelagiano errore descenderat fuit, quod dicentes quidam solitarium hominem Iesum Christum sine ulla peccati contagione uixisse eo progressi sunt, ut adsererent homines, si uelint, sine
 25 peccato esse posse (consequens enim existimabant, ut, si homo solitarius Iesus Christus sine peccato fuisset, omnes quoque homines sine dei adiutorio esse possent, quidquid ille homo solitarius sine consortio dei esse potuisset), ac sic nullam

1 e *M* belgarum *p*: uelgarum *NMa* 2 ebionitarum *Mv* 3 am-
 modum *N* 4 asertoribus *N*¹ 5 solitarium quippe] *addit N*¹ *in mar-*
gine: INCAV̄T EXPRESSISTI HERESSES. 9 unitate *N* 10 itaque *p*
 12 heresi *NMp* 13 ac consanguinea *Mv* 14 ebionitis *Mv* 15 utrisque *ex*
utrisque N 16 sunt *p*¹ eius *om. Npa*: *de interpunctione cf. IIII,*
13, 2 17 commemorare *M* 19 sunsimus *N* 20 sane] *se N* 21 here-
 seos *NMp* 22 pelegiano *M* quod dicentes] *incañ̄t expressisti margo N*
quidam ex quidem *N* 23 peccati *om. p* 24 nellent *M* 26 sola-
 tarius *M* 27 possint *v* quicquid *Mp* 28 ac si *Np*

facerent inter omnem hominem ac dominum nostrum Iesum
 Christum esse distantiam, cum idem utique homo nisu atque
 industria sua mereri possit, quod Christus studio ac labore
 2 meruisset. quo factum est ut in maiorem quoque ac monstro-
 siorem insaniam prorumpentes dicerent dominum nostrum Iesum 5
 Christum in hunc mundum non ad praestandam humano generi
 redemptionem, sed ad praebenda bonorum actuum exempla
 uenisse, uidelicet ut disciplinam eius sequentes homines, dum
 per eandem uiam uirtutis incederent, ad eadem uirtutum prae-
 10 nia peruenirent: euacuantes, quantum in ipsis fuit, omne sacri
 aduentus donum, omnem diuinae redemptionis gratiam, cum
 idem dicerent homines consequi posse uiuendo, quod prae-
 3 stitisset deus pro humana salute moriendo. addiderunt quoque
 dominum saluatoremque nostrum post baptismum factum esse
 Christum, post resurrectionem deum, alterum adsignantes uncti- 15
 onis mysterio, alterum merito passionis. unde aduertit nouus
 nunc iam non nouae haereseos auctor, qui dominum salua-
 toremque nostrum solitarium hominem natum esse contendit,
 idem se omnino dicere quod Pelagianistae ante dixerunt, et
 consequens errori suo esse, ut, qui utique sine peccato soli- 20
 tarium hominem Iesum Christum uixisse asserit, omnes quoque
 per se homines sine peccato posse esse blasphemet nec necessa-
 riam quoque exemplo illius dicat redemptionem domini fuisse,
 cum ad caeleste regnum suo tantum homines nisu, ut aiunt,
 4 ualeant peruenire. nec dubium id est re ipsa penitus declarante. 25
 hinc enim illud est quod intercessionibus suis Pelagianistarum
 querellas fouet et scriptis suis causas illorum asserit, quod
 subtiliter his uel ut uerius dixerim subdole patrocinator et
 consanguineae sibi improbitati improbo suffragatur affectu,
 sciens scilicet eiusdem se esse sensus, eiusdem spiritus, et ideo 30

4 maiore *N*¹ 9 eadem uiam *M* 10 omne . . . 11 donum *om. M*
 omnes sacri *N* 11 donum et omnem *av* 12 pose *N* 13 addiderunt]
 nota quod (quid *m. 2*) heretici sentiant *margo N* 14 factum fuisse *M*
 16 misterio *p* 17 hereseos *NMp* 20 ut] et *N* 23 illius] *intellege*
 haereseos dicant *Npv* fuisset *M* fuisse domini *p* 24 hominē *N*
 nisi *N*¹ 25 ualeat *N*² id est] idem *M* poenitus *N* reclamante *M*
 27 quaerellas *N* querelas *Mpv* 28 uelud *M*¹ patrocinator *N*

dolens cognatam sibi haeresim ab ecclesia esse disiunctam, quam scit sibi utique peruersitate coniunctam.

III. Sed tamen quia illi, qui de hac pestilentium spinarum stirpe descenderant, diuina ope iam ac pietate sauati sunt, 5 orandus quoque etiam nunc dominus deus noster est, ut, quia consentaneae sibi in quibusdam sunt pristina illa haeresis et haec noua, similibus malorum initiis similem bonorum exitum largiatur. Leporius enim, tunc monachus, modo presbyter, qui 2 ex Pelagii ut supra diximus institutione uel potius prauitate descendens apud Gallias assertor praedictae haereseos aut inter primos aut inter maximos fuit, a nobis admonitus, a deo emendatus ita male conceptam persuasionem magnifice condemnauit, ut non minus paene admiranda sit correctio illius quam inlaesa multorum fides, quia primum est errorem penitus non in- 15 currere, secundum bene repudiare. is ergo in se reuersus non solum in Africa, ubi tunc erat atque nunc est, tam errorem suum cum dolore quam sine pudore confessus est, sed etiam ad omnes admodum Galliae ciuitates flebiles confessionis ac planctus sui litteras dedit, scilicet ut, ubi deuiatio eius prius 20 cognita erat, illic etiam emendatio nosceretur, et qui testes erroris antea fuerant, idem postea correctionis essent.

V. Ex cuius confessione uel potius deploratione nonnulla inserenda existimauimus duplici ex causa, ut correctio eorum et nobis testimonio et his qui nutant exemplo esset, quorumque 25 errorem sequi non erubuissent, eorum emendationem sequi non erubescerent, ac sicut simili aegritudine infirmarentur, ita simili remedio sanarentur. is ergo agnita opinionis suae peruersitate et inspecta fidei luce scribens ad episcopos Gallicanos ita ex-

1 dolet *M* heresim *NMp* 2 quam . . . coniunctam *om. Npa, del. v* 4 diuine *M* 5 quia] quia nunc *M* 6 heresis *NMp* 8 Leporius] de leporio *margo N* *prb: N* presbiter *p* 9 pelagianus *M* 10 discedens *M* hereseos *NMp* 11 ammonitus *Np* 12 persuasionem *N* condemnauit *NMp* 13 pene *NMp* ammiranda *Np* 14 penitus *N* 15 secundo *M* bene *om. M* 16 africa *Mp* 17 quam] ^v quā *N* 18 ciuitatis *N¹* flebilis *M* 23 duplici *p* ut correctio eorum et *Mv*: et correctorum et *N* ut correctio eius et *p* 24 testimonium *M* essent *M* quorum qui *N²*

2 orsus est: quid in me primum, o domini mei uenerandi
 et beatissimi sacerdotes, accusem nescio, et quid in
 me primum excusem non inuenio. sic inperitia et
 superbia, sic stulta simplicitas cum persuasione no-
 xia, sic feruor cum intemperantia, sic, ut uerius 5
 dicam, cum sui deminutione debilis fides, simul in
 me omnia recepta uiguerunt, ut tot et tantis simul
 sit et oboedissee confusio et haec eadem ab animo po-
 tuisse reicere mihi stupenda gratulatio. et post pauca
 subiungit: si ergo minime percipientes hanc poten- 10
 tiam dei, sensu nostro et propria ratione sapientes,
 quasi inferiora se deus agere uideatur, ita hominem
 cum deo natum esse dicamus, ut seorsum quae dei
 sunt soli deo demus, et seorsum quae sunt hominis
 soli homini deputemus, quartam manifestissime intro- 15
 ducimus in trinitate personam et de uno filio dei non
 unum, sed facere incipimus duos Christos, quod a
 nobis iam ipse dominus et deus Christus auertat.
 3 ergo confitemur dominum ac deum nostrum Iesum
 Christum unicum filium dei, qui sibi ante saecula 20
 natus ex patre est, nobis a tempore de spiritu sancto
 et Maria semper uirgine factum hominem, deum na-
 tum: et confitentes utramque substantiam carnis et
 uerbi unum eundemque deum atque hominem insepa-
 rabilem semper pia fidei credulitate suscipimus, et 25
 ex tempore susceptae carnis sic omnia dicimus quae
 erant dei transisse in hominem, ut omnia quae erant

1] Gennad. catal. uir. inlustr. cap. LX: Leporius . . . scripsit emenda-
 tionis suae libellum, in quo et satisfacit de errore et gratias agit de emen-
 datione: simul et quod male senserat de incarnatione Christi corrigens
 catholicam sententiam tulit dicens manentibus in Christo duabus naturis
 unam credi filii dei personam.

1 quid] de epla leporii *margo N* 4 persuasione *N* 5 et *p*¹
 6 diminutione *N*²*Mpv* 8 odisse *p* 9 recedere *M* 10 subiungitur *p*
 hanc] ac *M* 15 reputemus *Mv* 17 incipiamus *M* 19 ergo confite-
 mur] nota confessio lepori *margo N* deum ac dominum *p* 20 secula
Mp 21 ex patre natus *M* 23 *post. et]* ac *Mv* 25 suscepimus *Mp*¹

hominis in deum uenirent, et hac intelligentia uer- 4
 bum caro factum sit, non ut conuersione aut muta-
 bilitate aliqua coeperit esse quod non erat, sed ut
 potentia diuinae dispensationis uerbum patris num-
 5 quam a patre discedens homo proprie fieri dignaretur,
 incarnatusque sit unigenitus secreto illo mysterio
 quo ipse nouit (nostrum namque est credere, illius
 nosse): ac sic ipse deus uerbum totum suscipiens quod
 est hominis homo sit, et adsumptus homo totum ac-
 10 cipiendo quod dei est aliud quam deus esse non
 possit, non tamen, quia incarnatus dicitur et in-
 mixtus, diminutio eius sit accipienda substantiae.
 nouit deus sine sui corruptione misceri et tamen in 5
 ueritate misceri, et ita suscipere, ut nihil ei crescat
 15 augmenti, sicut se ipsum totum nouit infundere, ut
 nihil ei accidat detrimenti. non ergo ad intelligen-
 tiam inbecillitatis nostrae secundum experimentorum
 uisibilia documenta facientes coniecturam de aequa-
 libus se inuicem ingredientibus creaturis putemus
 20 deum hominemque commixtum et tali confusione
 carnis et uerbi quasi aliquod corpus effectum. absit 6
 ita credere, ut conflatali quodammodo genere duas
 naturas in unam redactas arbitremur esse substan-
 tiam: huiusmodi enim commixtio partis utriusque
 25 corruptio est. deus enim, qui capabilis, non capax
 est, penetrans, non penetrabilis, implens, non im-
 plebilis, qui ubique simul totus est et ubique diffusus
 est, per infusionem potentiae suae misericorditer na-
 turae est mixtus humanae. et post pauca: nascitur ergo 7

1 et hac intelligentia] incaũt loqueris *margo N* intelligentia *Mp*
 2 factum sit caro *Mpv* 4 nunquam *M* 5 propriae *N* designaretur *p*¹
 6 misterio quod *M* 10 dei] deus *M* post deus *addit p*: qui natus
 est ex maria 11 mixtus *M* 12 sit] est *Mv* 13 nouit enim *v* cor-
 ruptione *p* 14 et ita *Np*: nouit in se ita *Mv* 16 accedat *M*
 intelligentiam *p* 20 comixtum *p* 22 conflatalia aliquo modo uel
 genere *M* 25 capabilis non capax est *Nv*: capax non capabilis est *Ma*
 capax est non capabilis *p* 27 difusus *N*

nobis proprie de spiritu sancto et Maria semper uirgine deus homo Iesus Christus filius dei, ac sic in alterutrum unum fit uerbum et caro, ut, manente in sua perfectione naturaliter utraque substantia, sine sui praecudio et humanitati diuina communicent et diuinitati humana participent, nec alter deus, alter homo, sed idem ipse deus qui et homo, et uicissim homo qui et deus Iesus Christus unus dei filius nuncupetur et uere sit. et ideo id agendum nobis semper est et credendum, ut dominum nostrum Iesum Christum filium dei deum uerum, quem cum patre semper et aequalem patri ante saecula confitemur, eundem a tempore susceptae carnis factum deum hominem non negemus, nec quasi per gradus et tempora proficientem in deum alterius status ante resurrectionem, alterius post resurrectionem fuisse dicamus, sed eisdem semper plenitudinis atque uirtutis. et item paulo post: sed quia uerbum dei in hominem dignanter hominem suscipiendo descendit et per susceptionem dei homo ascendit in uerbum, totus deus uerbum factus est totus homo. non enim deus pater homo factus est nec spiritus sanctus, sed unigenitus patris. ideoque una persona accipienda est carnis et uerbi, ut fideliter sine aliqua dubitatione credamus unum eundemque dei filium inseparabilem semper, geminae substantiae, etiam gigantem nominatum, in diebus carnis suae et uere semper omnia gessisse quae sunt hominis et uere semper possedisse quae dei sunt, quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei.

26] Ps. 18, 6. 29] II Cor. 13, 4.

1 propriae *N* 5 comunicent *p* 11 deum *om. p* 12 saecula *Mp*
 13 hominem deum hominem *M* 14 ne *M* 16 alterius post resurrectionem *om. Mp* credamus *Mv* 17 item] idem *M* 18 uerbum deus *Mv: cf. III, 6* homine suscipiendo *N* 21 totus *om. M* 25 inseparabilem *p* 29 etsi] si *p*

VI. Hanc ergo eius confessionem, id est catholicorum omnium fidem et omnes Africani episcopi, unde scribebat, et omnes Gallicani, ad quos scribebat, comprobauerunt, neque ullus adhuc omnino extitit cui fides haec sine infidelitatis crimine displiceret, quia professae impietatis est probatam negare pietatem. sufficere ergo solus nunc ad confutandam haeresim deberet consensus omnium, quia indubitatae ueritatis manifestatio est auctoritas uniuersorum et perfecta ratio facta est ubi nemo dissentit, ita ut, si qui contra hoc sentire nitatur, huius a prima statim fronte non tam sit audienda assertio quam damnanda peruersitas, quia praecudicium secum damnationis exhibet qui iudicium uniuersitatis impugnat, et audientiae locum non habet qui a cunctis statuta conuellit. confirmata enim semel ab omnibus ueritate, quidquid contra id uenit, hoc ipso statim falsitas esse noscenda est quod a ueritate dissentit, ac per hoc sufficere ei etiam id solum conuenit ad sententiam damnationis, quod discrepat a iudicio ueritatis. sed tamen quia rationi non obest sermo rationis et semper ueritas uentilata plus rutilat meliusque est errantes disputationis curatione corrigi quam censurae seueritate damnari, curanda est, quantum in nobis est, per diuinam opem in nouis haereticis uetus haeresis, ut recepta per sacram misericordiam sanitate medella potius eorum det sanctae fidei testimonium quam damnatio iustae seueritatis exemplum. adsit tantum disputationi ac sermoni de se habito ipsa ueritas, et pietate illa, qua deus ad homines uenire dignata est, humanis erroribus opituletur, quia ad hoc se uel maxime in terris atque in homine nasci uoluit, ut falsitati amplius locus esse non possit.

2 affricani *Mp* 5 quia . . . est *om. M* professio *av* 6 heresim *NMp* 8 ratiotio *M* 9 dissensit *Mv* si quis *M* 10 tam sit] transit *N* 11 dampnanda et dampnationis *Mp* 14 simul *M* quicquid *Mp* 15 noscendum *av* 19 rotilat *p* errantis *p*¹ 20 dampnari *Mp* curandum *p*¹ 21 nouis] nobis *p* hereticis et heresis *NMp* 22 receptas *N* per *om. N*¹ medulla *N*¹ medela *N*²*Mpv* 23 dampnatio *NMp* 24 assit *M* 25 que *p*¹ que dei ex homine dignata est *M* 26 dignatus *pav* 28 possit. Explicit de incarnatione dñi liber primus contra nestorium *N* Explicit liber primus *Mp* Incipit liber secundus *NMp*

LIBER SECUNDUS.

I. Quoniam libello primo quaedam praemisimus, quibus nouum haereticum ex antiquae haereseos stirpibus pullulare adprobaremus, sufficere quidem ei ad excipiendam iustae damnationis sententiam debet priorum haereticorum iusta damnatio, 5 quia, cum easdem radices habeat atque isdem scrobibus emergat, satis iam in auctoribus suis ipse damnatus est, maxime cum id ipsum, quod isti asserunt, etiam hi, qui proxime ante hos male secuti sunt, bene condemnauerint, ut sufficere his abunde iam in alterutrum suorum exempla debeant, uel horum sci- 10 2 licet qui emendati uel eorum qui condemnati sunt. si enim corrigi queunt, habent in suorum correctionibus medellam, si corrigi nequeunt, habent in suorum damnatione sententiam. tamen ne praeiudicio magis aduersum eos quam iudicio uti uelle existimemur, ipsam eorum in medium pestiferam pro- 15 positionem uel potius blasphemantem amentiam proferamus, sumentes in omnibus scutum fidei et gladium spiritus, quod est uerbum dei, scilicet ut resurgens uetusti draconis caput idem diuini sermonis gladius etiam nunc in nouis anguibus secet, qui prius in antiquis serpentibus ampu- 20 3 taut. nam cum idem horum error sit qui illorum fuit, pro desectione istorum haberi debet desectio illorum, et quia rescentes colubri pestiferos in ecclesia domini flatus agunt et tabescere quosdam sibilis suis faciunt, iungenda est propter nouas infirmitates antiquis curationibus recens medella, ut etiam si 25 illud, quod prius actum est, non ualet ad languoris curationem, hoc tamen, quod nunc agimus, ualeat ad languentium sanitatem.

17] Eph. 6, 16—17.

3 hereticum *et* hereseos *NM* (*p passim*) antiquis *v* antiqua *et* stirpe *M*
 4 dampnationis *NMp* 6 eisdem *M* iisdem *a* 8 hii *Mp* 9 condem-
 parint *M(v)* habunde *p* 12 medullam *N* medelam *Mpv* 13 non
 queunt *Mv* dampnationes *N¹* 15 extimemur *M* 19 ca|capud *p*
 20 seccet *p* desecet *Mv*: *cf. I, 1, 2* sectis capitibus resascuntur 22 illa-
 rum *p¹* 25 medulla *N* medela *Mpv* 26 ad] *a* *N* langoris dam-
 pnationem *M(v)* 27 ualeat *ex* ueleat *N*

II. Dicis itaque, quisquis es ille, haeretice, qui deum ex uirgine natum negas, Mariam matrem domini nostri Iesu Christi theotocon, id est matrem dei, appellari non posse, sed Christotocon, hoc est Christi tantum matrem, non dei. nemo enim inquis antiquiorem se parit. ac de hoc quidem tam stulto argumento, quod natiuitatem dei carnali intellegentia aestimandam putas et mysterium maiestatis humanis credis censendum esse rationibus, postea, si deus annuet, disputabimus: nunc interim et Christum deum et Mariam matrem dei diuinis testibus approbemus. audi itaque loquentem ad pastores de dei ortu angelum dei: natus est, inquit, uobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Daud. ne solum utique in Christo hominem intellegeres, et domini tibi et saluatoris nomen adiecit, scilicet ut, quem saluatorem esse cognosceres, deum nequaquam esse dubitares, et cum saluandi uirtus non nisi diuinae competeret potestati, diuinae esse eum potentiae non ambigeres, in quo potentiam saluandi esse didicisses. sed hoc incredulitati tuae parum fortasse uideatur, quia eum angelus dominum potius et saluatorem quam deum aut dei filium nominarit, cum utique impiissime deum neges quem saluatorem esse fatearis. audi quoque archangelum Gabrihelem Mariae uirgini praedicantem: spiritus, inquit, sanctus ueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideo et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. uides quemadmodum natiuitatem dei indicaturus diuinitatis opera praemiserit. spiritus enim sanctus inquit ueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi. pulcherrime loquens angelus diuinitate uer-

11] Luc. 2, 11. 22] Luc. 1, 35. 26] l. c.

2 natum ex uirgine *p* 3 apellari *M* 4 matrem tantum *p* 6 quod *NMp* quo *av*: cf. VII, 18, 1. 22, 4 domini *M* 7 estimandum *Np* existimanda *M* misterium *NMp* magestatis *M* 8 annuerit *M* disputauimus *N* 9 maria *N* 11 natus est] $\tau\epsilon\sigma\bar{\nu}$ docet mariam matrē dei *margo* *N* 13 intelligeres *Mp* (*p* *passim*) 15 cognoneris *M* 18 didicisses *M* 19 potentius *N* 20 nominauit *av* 21 saluatore *N* 22 gabrielem *Mp* 24 ideoque et *N* et *Uulg.*

borum maiestatem diuini operis explicauit. spiritus enim sanctus
 uirginis interiora sanctificans et in his potentiam diuinitatis
 suae spirans humanae se inseruit miscuitque naturae atque id,
 quod alienum a se fuerat, suum fecit, uirtute id sua scilicet
 4 ac maiestate praesumens. ac ne ad introitum diuinitatis hu- 5
 mana fortasse infirmitas non subsisteret, uenerandam omnibus
 uirginem uirtus altissimi roborauit, ut corpoream inbecillitatem
 circumfusa umbrae suae protectione firmaret et ad consumman-
 dum conceptus sacri inenarrabile sacramentum humana infirmi-
 tas non deficeret, quam diuina obumbratio sustineret. spiritus 10
 ergo inquit sanctus ueniet in te, et uirtus altissimi ob-
 umbrabit tibi. si nasciturus itaque de sancta uirgine homo
 tantummodo solitarius erat, quid tanto agebatur sacri aduentus
 nuntio? quid tanto diuinitatis ipsius apparatu? si utique homo
 ex homine et caro tantummodo nascebatur ex carne, iussio 15
 quippe tantum ad id potuerat aut uoluntas diuina sufficere.
 5 si enim ad fabricandos caelos, fundandam terram, creandum
 mare, sedes denique et thronos et angelos et archangelos et
 principatus et potestates, si ad creandam postremo omnem
 caelestem militiam et ad illa innumera diuinorum exercituum 20
 milium milia sola sibi tantum uoluntas dei imperiumque suf-
 fecit, quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et
 creata sunt, cur id ad conceptionem, ut tu ais, unius hominis
 parum uisum est, quod satis ad procreationem diuinorum om-
 nium fuit, et id potentia ac maiestas dei in ortu unius infantuli 25
 parum credidit, quod ad conditionem terrenorum omnium cae-
 6 lestiumque suffecit? sed illud utique est quod illa omnia opera
 acta fuerant per iussionem dei, natiuitas autem agenda non
 erat nisi per aduentum, quia et concipi ab homine deus nisi

10] l. c. 22] Ps. 32, 9.

1 magestatem *M* explicuit *Mv* 3 id] ita *M* 5 magestate *M*
 8 circumfusam *M* consumandum *NM* 12 de *om.* *M* 13 tantu-
 modo *M* sacro *M* 14 apparatu *N*¹ 15 tantummodo *M* 16 poterat *M*
 ut *p* 17 creandumque *M* 18 et *ante* principatus *om.* *M* 20 exer-
 citum *N* 21 sufficit *M* 25 magestas *M* 26 condicionem *M* 27 suf-
 ficit *M* opera acta] peracta *M* 28 fecerant *N*

se donante et nasci nisi se inlabente non poterat. et ideo archangelus superuenturam uirgini maiestatem sacram indicabat, uidelicet ut, quia agi tanta res per humanum officium non ualebat, ipsius adfuturam diceret maiestatem in conceptu, 5 qui erat futurus in partu: et ideo descendit uerbum filius, adest maiestas spiritus sancti, uirtus obumbrat patris, utique ut in sacramento sacrae conceptionis omnis esset cooperatio trinitatis. ideo, inquit, et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. bene addidit ideo, ut ostenderet sci- 7 licet ideo haec secutura, quia fuerant illa praemissa, et quia deus superuenisset in conceptione, ideo deus futurus esset in partu. rationem ergo tantae rei puellae reddidit nescienti, dicens utique: quia sanctus spiritus superueniet et quia uirtus altissimi obumbrabit, ideo et quod nascetur 15 sanctum uocabitur filius dei. hoc est dicere: ne ignores, 8 inquit, hunc tantae rei apparatus, hoc tanti mysterii sacramentum, ideo in te tota ueniet maiestas dei, quia ex te nascetur filius dei. quid hic ultra adhuc ambigi aut quid amplius dici potest? deum dixit superuenturum, dei filium nasciturum. 20 tu quaere nunc, si placet, quomodo aut dei filius deus non sit, aut quomodo, quae deum edidit, theotocos, id est dei mater esse non possit? sufficere ergo haec tibi sola, immo sufficere haec tibi summa deberent.

III. Sed quia testimonia sacrae natiuitatis abunde suppetunt, 25 utpote quae idcirco omnia scripta sunt ut ipsius testes essent, inspiciamus ex pusilla aliqua portione etiam adnuntiationem de deo ueteris testamenti, ut intellegas futurum ex uirgine dei

8] Luc. 1, 35. 13] l. c.

1 se *ante* donante *om. M* poterant *p*¹ 2 archangelus *M* in uirginem *p* magestatem *M (passim)* 3 agitata *N*¹ 4 affuturam *Mp* 6 obumbrabit *p*¹ obumbrabit *av* 7 omnis *om. M* 8 et *om. Np* in te *M* 9 scilicet ostenderet *p* 10 premis *N* 12 puella credidit *Np* nuntianti *p* 13 sanctus *om. M* spiritus sanctus *pv* et *om. M* 14 obumbrabit *N* obumbrabit tibi *p*¹ 16 misterii *Mp* 17 nascitur *M* 21 quę *ex* quem *N* 23 deberet *N* 24 diuinitatis *M* 25 ut puta *M* sunt scripta *p* 26 ex] in *Mv* panxilla *v* 27 intellegamus *M*

ortum non tunc tantum cum actus est nuntiatum, sed etiam ab ipso admodum mundi ortu esse praedictum, re uera ut, quia ineffabile opus agendum erat, tolleret quandoque incredulitatem rerum praesentium praemissa semper annuntiatio futurorum. ait itaque Esaias propheta: ecce uirgo concipiet, et pariet 5
 filium, et uocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est
 2 interpretatum: nobiscum deus. quis est hic, incredule, ambiguitati locus? concepturam propheta uirginem dixit, uirgo concepit: filium nasciturum, filius natus est: uocandum deum, uocatur deus. hoc enim appellatur nomine, quod natura. unde 10
 cum uocandum eum dei spiritus deum dixerit, probat se a spiritu dei uacuum, qui se a consortio reddidit diuinae nuncupationis alienum. ecce ergo inquit uirgo concipiet, et pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est interpretatum: nobiscum deus. sed illud est 15
 forsitan quo se infidelis uertat tergiuersatio, ut dicat hoc, quod uocandum eum deum propheta dixerat, non tam ad maiestatem diuinitatis quam ad appellationem nominis per-
 3 tinere. sed quid facimus quod appellatus hoc nomine in euangeliiis Christus omnino non est, et tamen mentitus esse per 20
 prophetam dei spiritus dici non potest? quid ergo illud est? ut intellegas utique prophetiam illam deitatis nomen tunc praedixisse, non carnis. nam cum aliud in euangelio homo unitus deo nomen acceperit, necesse est utique hoc uocabulum hominis fuisse, illud diuinitatis. sed pergamus ulterius et alia 25
 ad ueritatem probandam ueritatis testimonia conuocemus. ubi enim de deo agitur, nulla re diuinitas melius quam suis testibus approbatur. ait ergo idem propheta alibi: filius natus

5] Esai. 7, 14 et Matth. 1, 23. 13] Il. cc. 28] Esai. 9, 6.

1 actum *M* factus *v* 2 ammodum *N* praedicatum *M* 5 ysaias *p*
 6 hemmanuhel *M* emanuel *p* 7 nobiscum deus] esaias prophete
margo N qui *Np*: cf. §. 7 incredulae *v* 8 prophetam *N* 10 apel-
 latur *N* quo *M* 11 eum *om. p* ab spiritu *Mv* 12 reddidit *Np*:
 reddit *Mv* 14 hemmanuhel *M* emanuel *p* 19 euuangeliiis *p* (*passim*)
 22 intelligas *p* intelligamus *Mv* prophetam illum *M* diuinitatis *v*
 25 f; *p* (*saepe*) 26 probanda *M* 28 alibi] esaias propheta *margo N*

est nobis, paruulus datus est nobis, cuius principatus super umerum eius: et uocabitur nomen eius magni consilii nuntius, deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. sicut superius utique uocandum eum 4

5 Emmanuhel propheta dixerat, ita hic uocandum eum et magni consilii nuntium et deum fortem et patrem futuri saeculi et pacis principem dicit, cum utique nullo loco eum in euangelis uocatum his nominibus legerimus: ut intellegamus scilicet non

10 carnis esse haec uocabula, sed diuinitatis, atque illud in euangelis nomen esse suscepti hominis, hoc ingenitae potestatis, et quia nasciturus in homine deus erat, ita nomina ipsa per dispensationem sacram fuisse diuisa, ut et carni hominis nomen inderet et diuinitati dei. uocabitur ergo inquit magni consilii nuntius, deus fortis, pater futuri saeculi, prin-

15 ceptus pacis. non hic, quisquis es, o haeretice, non hic propheta ille diuino spiritu plenus exemplo assertionis tuae illum, qui natus est, conflabili statuae et figmento insensibili comparauit. filius enim inquit natus est nobis, paruulus datus est nobis, cuius principatus super umerum eius: et uoca-

20 bitur nomen eius magni consilii nuntius, deus fortis. ne hunc, quem deum adnuntiabat, alium quam illum qui in carne natus est intellegeres, nomen natiuitatis adiecit dicens: filius natus est nobis, paruulus datus est nobis. uides 6

25 quot cognominibus ad demonstrandum corporalis ortus proprietatem propheta usus sit. et natum enim eum et paruulum nominauit, scilicet ut euidentius significationem natae sobolis nomen exprimeret paruitatis. praeuidens absque dubio diuinus spiritus hanc blasphemantium haeticorum peruersitatem his

13] l. c. 18] l. c. 23] l. c.

1 principatum *N* 2 humerum *NMp* eius ante magni *om.* *N*
 3 nuntius] angelus *Mv* 5 hemmanuhel *M* emanuel *p* 6 scilicet *N*
 saeculi *Mp* 10 nom̄ ex non *N* 12 carnis nomen inderet et diuinitatis
 deus uocaretur. Ergo *M* 13 inquit ergo *p* 19 principatum *N* hu-
 merum *NMp* 21 deum *om.* *Mv* incarnatus est *M* 22 intelle-
 gere *N* intelligeres *Mp* 23 filius] paruulus enim *Np* et *Uulg.* par-
 uulus] filius *Np* et *Uulg.* 24 quod *Np* demonstrandam *Mv* 26 signi-
 ficatione *M* sobolis *NMpv* 27 exprimeret et *M*

omni mundo deum qui nascebatur rerum ipsarum uocabulis
 demonstrauit, ut etiam si blasphemare haereticus quaereret,
 blasphemiae tamen locum penitus inuenire non posset. filius
 ergo inquit natus est nobis, paruulus datus est nobis,
 cuius principatus super umerum eius: et uocabitur 5
 nomen eius magni consilii nuntius, deus fortis, pater
 7 futuri saeculi, princeps pacis. paruulum hunc, qui natus
 est, et pacis principem esse docuit et futuri saeculi patrem et
 deum fortem. quis est tergiuersandi locus? separari paruulus
 hic, qui natus est, a deo, qui in eo natus est, non potest: 10
 hunc enim, quem natum dixit, patrem futuri saeculi nominauit,
 hunc, quem paruulum nuncupauit, deum fortem esse praedixit.
 quid est, haeretice, quo te conferas? saepta et conclusa sunt
 omnia, non est usquam penitus exeundi locus. superest ut
 errorem, quem uoluntas noluit intellegere, tandem incipiat nel 15
 8 necessitas confiteri. sed non contenti his, quae sufficiunt, quid
 etiam per alium prophetam spiritus sanctus dixerit inquiramus:
 si affiget, inquit, homo deum suum, quia uos affigitis
 me? ut euidetiora utique fierent quae prophetabantur, quod
 de passione domini nostri propheta cecinit, quasi ipsius, de 20
 quo dicebat, ore praedixit: si affiget homo deum suum,
 quia uos affigitis me? nonne tibi, quaeso, dixisse hoc do-
 minus deus noster quasi ad crucem ductus uidetur: cur, quaeso,
 redemptorem uestrum me non agnoscitis? cur deum indutum
 pro uobis carnem nescitis? saluatori uestro necem paratis? 25
 auctorem uitae ad mortem ducitis? deus uester sum quem
 suspenditis, deus uester quem crucifigitis. quis, rogo, hic error

3] l. e. 18] Malach. 3, 8. 21] l. e.

1 omnibus *N*¹ deum *v*: dñm *M*, *om.* *Npa* 3 blasphemiae *N*
 4 paruulus . . . nobis *om.* *M* 5 humerum *NMp* 6 nuntius *ex* angelus
N m. 1 7 fcl *Np* saeculi *M*, *item infra* 12 esse *om.* *Mv* 13 here-
 ticae *N* septa *NMp* 15 intelligere *Mp* 17 aliam *N* 18 affigit *M*
 si affiget] heremiae prophete si affiget homo deum suum *margo N* 20 qua-
 si] quia *Na* 21 affigit *NM* 23 uideretur *M* uidetur] nota deus
 crucifigitur *margo N* quur *bis M* 25 carne *v* 26 auctorem . . . duc-
 itis *om.* *M* 27 nester sum quem crucifigitis *M*: *cf. cap. 4, 8*

aut quae insania est? si affiget homo deum suum, quia uos affigitis me? uides quomodo uox haec ipsarum quodammodo quae actae sunt rerum uox sit. numquid expressius quiequam aut manifestius quaeris? uides quomodo testimonia
 5 sacra natum in carne dominum Iesum Christum ab ipsis quodammodo incunabulis usque ad crucem quam pertulit prosecuta sint, cum utique illum, quem alibi legis deum in carne nasei, hic deum in cruce uideas affigi. et ideo a propheta et
 10 illic, ubi natus est, deus dicitur, et illic, ubi crucifixus est, deus eidentissime nominatur, ne scilicet in aliquo dignitati diuinitatis praeiudicaret carnis assumptio et honorem maiestatis infringeret uel humilitas corporis uel contumelia passionis, cum utique augere in nobis affectum eius et cultum debeat uel dignatio tam humilis natiuitatis uel pietas tam benigna
 15 patientis, quia maximum utique et inmanissimum scelus est, ut ideo apud nos minus honoris habeat, quia plus amoris impendit.

III. Sed his omissis, quae explicari ideo nullo modo possunt, quia, sicut immensitas beneficiorum illius, ita et relatio modum
 20 non habet, tempus est ut fortissimum de eo ac manifestissimum testem eius Paulum apostolum consulamus: fidelissime enim nobis omnia de deo potest dicere, de cuius semper pectore locutus est deus. testatur ergo in hunc modum de gratia atque aduentu domini dei nostri missus ad destruendum gentilitiae
 25 superstitionis errorem electus gentium magister: apparuit, inquit, gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et pie et iuste uiuamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem et aduentum gloriae
 30 magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi. apparuit, 2

1] l. c. 25] Tit. 2, 11—13.

1 affigit <i>N</i>	affig̃ <i>M</i>	4 quaeres <i>M</i>	5 dñm n̄m <i>M</i>	8 et illic
post propheta <i>om.</i> <i>N</i>	9 prius illic <i>om.</i> <i>a</i>	12 humanitas <i>p</i> ¹	16 amo-	
ris] honoris <i>Npa</i>	22 dicere potest <i>Mv</i>	de] h̄e <i>M</i>	e <i>v</i>	24 disti-
tuendum <i>M</i>	gentilitiae <i>N</i>	gentiliac̄e <i>p</i>	25 apparuit]	apostoli pauli
testimonia <i>margo</i> <i>N</i>	26 nostri <i>om.</i> <i>M</i>	28 sc̄lo <i>Np</i> :	mundo <i>Mv</i>	
30 aparuit <i>N</i>				

inquit, gratia dei saluatoris nostri. bene congruo ad ostendendum nouae gratiae et generationis aduentum sermone usus est. dicens enim apparuit ortum nouae gratiae ac natiuitatis expressit, quia exinde apparere donum gratiae nouae coepit, ex quo deus in mundo natus apparuit. digna ergo et congrua hanc nouae gratiae lucem uerbi proprietate quasi digito indicante monstrauit. hoc enim rectissime apparuisse dicitur, quod subita quasi apparitionis luce monstratur, sicut in euangeliiis apparuisse stellam magis orientalibus legimus, et in Exodo apparuit, inquit, Moysi angelus in igne flammae rubi. in omnibus enim et his et aliis uisionibus sacris hoc utendum uel maxime uerbo scriptura existimauit, ut apparuisse haec diceret, quae insolita claritate fulgerent. ita ergo et apostolus sciens aduentum caelestis gratiae, quae ortu sacrae natiuitatis apparuit, uerbo eam fulgidae apparitionis expressit, ut apparuisse utique id diceret quod nouae lucis splendore radiaret. apparuit ergo gratia dei saluatoris nostri. numquid causari hic aliquid quasi de ambiguitate nominum potes, ut dicas aliud esse Christum, aliud deum, ut saluatorem a maiestate nominis sui distrahas et dominum a diuinitate secernas? ecce hic uas dei ex deo loquitur et apparuisse ex Maria gratiam dei euidentissima praedicatione testatur. ac ne forte non ex Maria deum apparuisse diceres, nomen statim addidit saluatoris, scilicet ut eum natum ex Maria deum crederes, quem saluatorem natum negare non possis, iuxta illud: quia natus est uobis hodie saluator. o admirabilem et uere a deo datum gentibus magistrum, qui sciens futuram hanc haereticae prauitatis insaniam, quae in litem uocabula dei uerteret et calumniari deo de suis nominibus non timeret, ne saluatoris uocabulum haeticus a diuinitate secerneret, nomen

10] Ex. 3, 2. 17] Tit. 2, 11. 26] Luc. 2, 11.

1 nri ihu xpi M 4 et inde p nouae om. M 5 dignam et 6 congruam p 9 orientali M 10 mosi N moisi p 11 et ante his om. p 16 id om. M 17 aparuit N 19 potest Mp 21 uas] uir v 22 euidentissima N¹ 23 dicens a 24 eum esse natum Mp 25 posses ixta p 26 nobis p ammirabilem N mirabilem M 27 nascituram p 29 calumpniari Mp

dei ante praemisit, scilicet ut praemissum dei nomen omnia
 sibi quae sequerentur nomina uindicaret neque ullus in sequen-
 tibus solitarium esse hominem Christum crederet, quem in
 primo statim uocabulo deum esse didicisset. expectantes, 5
 5 inquit idem apostolus, beatam spem et aduentum gloriae
 magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi. uidit pro-
 fecto ille diuinae sapientiae doctor ad insidiosas calliditatis
 diabolicae captiones simplicem tantummodo non sufficere doctri-
 nam, nisi sanctam fidei praedicationem munimine cautionis ar-
 10 masset. et ideo, cum superius nomen dei saluatorisque posuisset,
 hic addidit Iesu Christi, scilicet ne ad significandum dominum
 Iesum Christum sufficere tibi forsitan nomen solum non crederes
 saluatoris et non eundem Iesum Christum deum esse intel-
 legeres, quem saluatorem deum esse cognosces. quid ergo ait? 6
 15 expectantes, inquit, beatam spem et aduentum gloriae
 magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi. nihil hic
 de nominibus domini nostri deest: et deum hic et saluatorem
 et Iesum et Christum uides. sed omnia haec uidens omnia
 esse in deo perspicis. audisti enim deum, sed saluatorem:
 20 audisti deum, sed Iesum: audisti deum esse, sed Christum.
 separari hoc appellationis diuersitate non potest quod diuinitas
 unitate coniunxit. quidquidlibet de his requisieris, idem in-
 uenis. saluator deus est, Iesus deus est, Christus deus est: 7
 omne hoc, quod audis, plurale est nuncupatione, sed unum
 25 est potestate, quia, cum et saluator deus sit et Iesus deus et
 Christus deus, intellegere apertum est, quod omnia haec distin-
 guntur appellatione, sed maiestate iunguntur. et cum eu-
 dentissime audias quod unus in singulis nuncupatur deus,
 intellegere utique aperte potes quod est in omnibus unus deus.

4] Tit. 2, 13. ° 15] l. c.

2 uindicaret *M* 7 calliditates et 8 captionis *Mv* 11 licet *N¹p* sci-
 licet . . . 12 Christum *om. M* 12 forsitan *Mv* 13 deum *om. M* dñi *p*
 14 cognoscis *M* cognouisses *pv* 18 et ante Christum *om. Np* uidens]
 uides *Np* 19 in deo esse *Mv* 21 potest] ualet *Mv* diuinitatis *p*
 22 unitatem *M¹* coniunxit *M* quidquidlicet *N* quicquidlibet *Mp*
 inuenies *Mv* 26 intelligere *Mp* 27 iunguntur maiestate *Mv* 28 num-
 cupatur *p* 29 intelligere *Mp*

ac sic non licet tibi iam ex dissimilitudine dominicae nuncupationis quaerere discrepantiam potestatis et pro uarietate appellationis diuersitatem facere personae. non licet dicere: Christus ex Maria natus est, et non deus. apostolus enim proclamat: deus. non licet dicere: Iesus ex Maria natus est, et non deus. apostolus enim testatur: deus. non licet dicere: saluator natus est, et non deus. apostolus enim confirmat: deus. nihil est quo te conferas: quidquid de dominicis uocabulis sumpseris, deus est quod nominaris. nihil est quod dicas, nihil quod afferas, nihil quod improba falsitate confingas. potes habere in incredulitate impia quod non credas, non habes in calumniandi occasione quod deneges.

V. Quamquam de diuina ac salutari domini nostri gratia paulo superius loqui coepimus, uolo ut de eadem re adhuc ex lectionibus sacris aliqua dicamus. legimus in actibus apostolorum apostolum Iacobum eos, qui euangelium recipientes nihilominus tamen iugum uetustae legis portandum esse censebant, ita redarguentem: quid, inquit, temptatis deum, inponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodum et illi. donum certe gratiae huius per Iesum datum apostolus dicit. responde mihi nunc, si placet, gratiam hanc, quae ad salutem omnium data est, ab homine an a deo datam existimes. si ab homine, reclamat tibi uas dei Paulus dicens: apparuit gratia dei saluatoris nostri. diuini enim hanc esse gratiam docet muneris, non inbecillitatis

18] Act. 15, 10—11. 26] Tit. 2, 11.

1 ac om. *Np* dissimilitudinē *N* 6 et] sed *Np*, om. *M* 7 est om. *M* 8 quicquid *p* 9 sumseris *M* nominaueris *Mp* 10 nichil est quod afferas *Mpv* 12 calumpniandi *Mp* 13 quamquam quia *Mv* hac *v* saluatoris *Mv* 14 eandem *N* 16 apostolum om. *M* Iacobum] immo Petrum, ut uulgo legitur *euangelium (e eras.) *N* accipientes *M* 18 quid] in actibus apostolorum quid temptatis deum *margo N* 23 Iesum Christum *v* 25 data *N* existimas *p* ibi *M* 26 apparuit *N* 27 esse hanc *p* esse gratiam hanc *Mv* gratia *N*

humanae. et sane etiam si sacrum testimonium non suppeteret, ipsa rei ueritas testimonio erat, quia praestare rem perpetui et immortalis boni fragilia et terrena non possunt nec dare quisquam alteri ualet, quo ipse indiget, aut tribuere illius rei copiam, 5 cuius se inopiam sustinere fateatur. a deo ergo necesse est 3 gratiam datam non neges. deus ergo est qui dedit, data autem est per dominum Iesum Christum: ergo dominus Iesus Christus deus. si autem est ille utique, ut est, deus, ergo illa quae deum peperit theotocos, id est genetrix dei est. nisi forte 10 ad tam ridiculam blasphemiae contradictionem uelis tendere, ut illam, ex qua deus natus est, dei matrem neges, cum illum, qui natus est, deum negare non possis. sed uideamus tamen, quid de hac eadem domini nostri gratia etiam euangelium dei senserit. gratia, inquit, et ueritas per Iesum Christum 15 facta est. si solitarius homo Christus, quomodo haec facta 4 per Christum? unde in eo diuina uirtus, si in eo sola, ut ais, humana condicio? unde caelestis largitas, si terrena paupertas? nemo enim potest tribuere quod non habet. dans ergo diuinam gratiam Christus habuit quod dedit. neque enim potest harum 20 diuersissimarum inter se rerum quis differentiam sustinere, ut simul et patiatur indigentiam inopis et habeat munificentiam largientis. et ideo sciens apostolus Paulus omnes diuitiarum caelestium thesauros in Christo esse recte ad ecclesias scribit: gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. qui sci- 5 licet saepius iam docuerat eundem deum esse quem Christum cunctamque in illo maiestatem deitatis esse et omnem in eo corporaliter plenitudinem diuinitatis habitare, recte utique iam sine adiectione nominis dei solam precatur gratiam Christi, [quia, cum eandem docuerit saepius gratiam dei esse quam

14] Ioh. 1, 17. 24] I Cor. 16, 23.

1 sane] quidem sane *M* 2 testimonium *M* 6 datam] data *N*
 7 dominum nostrum *v* 8 est ante ille *om. M* 9 genetrix *p* genera-
 trix *M* est *om. Mv* 10 ridiculum *Np* contradictionem *om. Np*
 tendere uelis *Mv* 16 eo ante diuina] ea *p* 17 conditio *N* est
 (s. l.) condicio *p* 20 diuissimarum *N* diuisarum *p* 23 ecclesiam *M*
 25 dñm *N* 26 cunctaque *N* 28 adiectionē *M* 29 qui cum *M* uerba
 quia cum . . . gratiam Christi *uncis inclusi*

Christi, plenissime nunc solam precatur gratiam Christi,] quia
 in gratia Christi omnem scit dei gratiam contineri. gratia
 ergo inquit domini nostri Iesu Christi uobiscum. interro-
 rogo te, quisquis es, o haeretice, scribens haec ad ecclesias
 Paulus quid his precabatur ad quos scribebat? gratia enim 5
 6 inquit domini nostri Iesu Christi uobiscum. si homo
 solitarius Iesus Christus, ergo et ille, optans dari ecclesiis
 gratiam Christi, gratiam dari hominis optabat, et dicens gratia
 Christi uobiscum hoc dicebat: 'gratia hominis uobiscum,
 gratia carnis uobiscum, gratia inbecillitatis corporeae, gratia 10
 fragilitatis humanae'. aut cur omnino nomen gratiae ipsius
 nominaret, si gratiam hominis optaret, quia optandi ratio non
 subsistebat, ubi non erat quod optaretur, nec precandum erat
 ut eius gratia his contingeret, qui substantiam, ut ais, ipsius
 7 quae optabatur gratiae non haberet? ergo uides haec stulta 15
 esse penitus et ridicula, immo potius non ridicula, sed deflenda.
 ea enim, quae quibusdam facilioribus sunt ridicula, piis ac fide-
 libus flenda sunt, quia in stultitia uestrae infidelitatis illi ef-
 fundunt lacrimas caritatis et in insipientia impietatis alienae
 illi habent lacrimas pietatis suae. resipiscamus ergo aliquando 20
 et respiremus, quia sensus hic non sapientia tantum, sed etiam
 spiritu caret, cum sit utique et spiritali sapientia uacuus et
 spiritu salutis alienus.

VI. Sed dicis forsitan gratiam hanc domini nostri Iesu Christi,
 de qua apostolus scribit, non cum ipso natam, sed postea ei 25
 inlapsu diuinitatis infusam, quia et homo ipse a te dominus
 Iesus Christus, quem solitarium dicis, non cum deo natus, sed
 postea a deo dicatur assumptus, ac per hoc tum homini illi
 gratiam quando et diuinitatem datam. neque nos aliud dicimus
 quam quod diuina gratia cum diuinitate descenderit, quia et 30
 diuina gratia dei sit et largitio quodammodo ipsius diuinitatis

2 scit] scilicet *M* 4 hereticae *N* 5 quid] quis *N* quid his] quibus
 hec *p* 8 obtat *M* 11 quur *M* gratia *N* 12 gratia *N* 14 substan-
 tia *N* 16 poenitus *N* inno *N* flenda *M* 22 spūali *M* 24 dicas *Mv*
 25 ei *om.* *M* 26 a te *om.* *Mp* dominus noster *v* 28 tum *p*: totum
Nv tunc *M* 29 quando] quam deo *M* 30 cum . . . 31 gratia *om.* *M*
 diuinitatem *N* 31 sit *om.* *p*

ac donum munificentiae gratiarum. temporis ergo inter nos 2
 forsan putetur magis quam rei esse distantia, quia diuinitatem,
 quam nos cum domino Iesu natam, tu postea dicas infusam.
 sed illud est quod natam cum domino diuinitatem negans nec
 5 postea fideliter confiteri potes, quia non potest una eademque
 res in parte esse impia et in parte probari pia, et eadem in
 portione fidei et in portione esse perfidiae. primum ergo illud
 a te requiro, dominum Iesum Christum, qui ex Maria uirgine
 natus est, hominis tantum filium an etiam dei filium dicas?
 10 nos enim, id est catholicorum omnium fides, nos, inquam, 3
 omnes utrumque hoc et credimus et intellegimus et scimus et
 confitemur, quod et hominis est filius, quia ex homine natus
 est, et dei filius, quia ex diuinitate conceptus. tu ergo utrum-
 que hoc, id est dei filium atque hominis, an tantum hominis
 15 esse asseris? si tantum hominis, reclamant tibi apostoli, re-
 clamant prophetae, reclamant denique ipse, per quem est facta
 conceptio, spiritus sanctus. obruitur inpudentissimum os tuum 4
 cunctis diuinorum apicum testimoniis, obruitur sacri uoluminis
 sanctis testibus, obruitur denique ipso dei euangelio quasi diuina
 20 manu, et Gabrihel ille magnus, qui in Zaccharia uocem in-
 credulam uirtute uerbi sui cohercuit, multo magis in te blas-
 phemam atque inpiam suo ipso ore damnauit dicens ad Mariam
 uirginem dei matrem: spiritus, inquit, sanctus super-
 ueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideo
 25 et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei.
 uides quod, ut secundum carnem hominis filius fieret Iesus
 Christus, ante est dei filius praedicatus: paritura enim domi-
 num uirgo Maria sancto in se spiritu descendente et uirtute

20] cf. Luc. 1, 19—20. 23] Luc. 1, 35.

1 munificentia *v* 2 fors amputetur *N* distantia *Np* 3 Iesu
 Christo *v* 5 potest] potes *N* 6 imparte esse *N* 7 fidei et in portione
om. M portionẽ esse *N* 8 dominum nostrum *v* 9 filium dei *M*
 11 utrumque omnes *p* et *post hoc om. a* intelligimus *Mp* 13 qui *M*
 18 sacri uoluminis *scripsi*: sacris uoluminibus *codd. v cf. VII, 14, 4* re-
 serata sacri uoluminis serie et *IIII, 1, 1—2* 20 gabriel *p* zacharia
Mpv 21 cohercuit *M* blasphemiam *M* 22 dampnauit *NMp* 23 ue-
 niet *Mv* 27 filius dei *Mv*

5 altissimi cooperante concepit. ac per hoc intellegis quod do-
 mini saluatorisque nostri inde est origo, unde conceptus: et
 cum descendente in uirginem totius diuinitatis plenitudine natus
 sit, filius hominis esse non potuerat, nisi prius dei filius fuisset.
 et ideo missus ad adnuntiandam sacri ortus natiuitatem angelus 5
 dei, cum sacramentum conceptionis ante dixisset, partui ipsi
 nomen inposuit dicens: ideo et quod nascetur ex te sane-
 6 tum uocabitur filius dei. dei ergo filius Iesus Christus,
 quia et a diuinitate genitus et a diuinitate conceptus. si autem
 dei filius, ergo indubitanter deus. si autem deus, ergo gratia dei 10
 non carens: neque enim ea re umquam caruit quam ipse fecit.
 gratia enim et ueritas per Iesum Christum facta est.

VII. Omnis ergo in eo gratia, omnis uirtus, omnis potentia,
 omnis diuinitas, omnis denique diuinitatis ac maiestatis ipsius
 plenitudo cum eo atque in eo semper fuerunt: siue in caelo, 15
 siue in terra, siue in utero, siue in ortu nihil umquam deo
 de deo defuit. semper enim cum deo deitas, non loco um-
 quam ab eo, non tempore separata. ubique enim deus totus,
 ubique perfectus, non diuisus, non demutatus, non imminutus
 est, quia nec addi umquam deo nec detrahi quicquam potest: 20
 sic enim imminutionem deitas non habet, sicut nec augmentum.
 2 idem ergo in terris fuit qui et in caelis, idem in humilibus
 qui in excelsis, idem in hominis exiguitate qui in dei maiestate.
 et ideo bene apostolus Christi gratiam nominans dei gratiam
 nominabat, quia Christus totum erat quod deus: omnis in ipsa 25
 statim hominis conceptione dei uirtus, omnis diuinitas, omnis
 diuinitatis uenerat plenitudo. inde enim illi omnis diuinitatis
 perfectio, unde et origo. neque enim umquam homo ille sine
 deo fuerat, qui utique hoc ipsum, quod erat, a deo ceperat.

7] Lue. 1, 35. 12] Ioh. 1, 17. 24] cf. I Cor. 16, 23.

1 intelligis *Mp* 2 est conceptus *p* 3 diuinitatis] uirginitatis *M*
 4 sit filius enim *Np* esse hominis *Mv* 5 hortus *N* 6 partu *N* 8 post
 filius dei *exhibent Mp et v uncis adiectis*: hoc est, illius filius nuncupabitur,
 quo generante et (et *om. p*) generatur (est generatus *v*) christus est *M*
 10 filius ego *M* 16 nunquam *N¹* 21 enim *om. M* deitatis *Mv* 22 et
 in humilibus *p* 24 gratia nominas *M* 29 erat esse a *M* coeperat *Nv*
 acceperat *a*

hoc itaque primum, uelis nolis, negare non potes, quod dominus Iesus Christus filius dei sit, archangelo utique clamante in euangelii: quod ex te uascetur sanctum uocabitur filius dei. hoc autem posito scito te, quidquid de Christo 3
 5 legeris, de dei filio legere, quidquid de domino aut Iesu legeris, ad dei filium pertinere. omnia enim haec illius nomina dei filium nominant, omnia haec eius uocabula filium dei clamant. et ideo tu in his omnibus, quaecumque audieris, nomen diuinitatis agnoscens, cum in omnibus uideas te dei filium intel-
 10 legere debere, argumentare, si placet, quomodo deum ualeas a dei filio separare.

LIBER TERTIUS.

I. Scribens Romanis diuinus ille ecclesiarum magister cum argueret, immo defleret Indaeorum id est fratrum suorum in-
 15 fidelitatem, his uerbis usus est: optabam, inquit, anathema esse ipse ego a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israhelitae, quorum adoptio est filiorum et gloria et testamenta et legislatio et obsequium et promissa, quorum patres,
 20 et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. o affectum et fidelissimi 2
 apostoli et piissimi propinqui, qui inaeestimabili caritate mori uult et pro cognatis ut proximus et pro discipulis ut magister. et quae tandem causa ei, ut mori uellet? una utique, ut illi ui-
 25 uerent. uita autem eorum in quo continebatur? in hoc scilicet, ut ipse ait, ut deum Christum secundum carnem natum ex sua carne cognoscerent. et ideo utique apostolus plus dolebat, quia

3] Luc. 1, 35. 15] Rom. 9, 3—5.

4 et 5 quicquid *Mp* 8 tu ideo *p* 9 intelligere *Mp* 10 aug-
 mentare *p*¹ 11 separare. Explicit liber secundus. Incipit liber tertius
NMp 14 id est] idem *p*¹ 17 mei *om. M* israhelitae *M* 18 testa-
 tum *Mv* 19 promissiones *Mv* 20 et *om. Mv* 21 et *om. M* 22 in-
 extimabili *NM* 24 uelit *M* 25 illorum *M*

eum illi ex Israhel natum non intellegerent, qui ex suis editum
 3 plus amare deberent. ex quibus Christus, inquit, secundum
 carnem, qui est super omnia deus benedictus in
 saecula: eum scilicet ex illis Christum natum ait secundum
 carnem, qui sit super omnia deus benedictus in saecula. 5
 Christum utique secundum carnem natum ex illis non negas:
 sed idem, qui ex illis natus est, deus est. quid circumis?
 quid tergiuersaris? Christum ex Israhel natum secundum
 carnem deum esse apostolus dicit: tu doce quando non fuerit.
 ex quibus Christus, inquit, secundum carnem, qui est 10
 super omnia deus. uides, quia hoc apostolus unitate con-
 iunxerit, separari a Christo deus omnino non potest. sicut enim
 ex illis Christum apostolus praedicat, ita deum in Christo esse
 4 confirmat. aut utrumque hoc neges necesse est aut utrumque
 fatearis. natus secundum carnem Christus ex illis dicitur, sed 15
 idem in Christo deus ab apostolo praedicatur. unde et alibi:
 deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi.
 diuidi hoc ab alterutro nequaquam potest. aut Christum ex
 illis editum denega aut ex uirgine deum in Christo editum
 confitere, qui est, inquit, super omnia deus benedictus 20
 in saecula.

II. Sufficere quidem fidelibus ad indicandum maiestatem
 diuinitatis nomen dei abunde potuit: sed addendo super omnia
 deus benedictus blasphemiam perfidiae assertionis exclusit,
 ne quis scilicet impiorum uocabulum dei interdum etiam ho- 25
 minibus temporarie dono diuinae dispensationis indultum ad
 iniuriam summae diuinitatis assumeret et contumeliosis deo
 comparationibus coaptaret, sicut utique illud quod ad Moysen
 dicit deus: dedi te deum Pharaoni, aut illud: ego dixi:

2] l. c. 5. 10] l. c. 17] II Cor. 5, 19. 20] Rom. 9, 5. 23] l. c.
 29] Ex. 7, 1. Ps. 81, 6.

1 ifr† *N* israhel *p* non *om.* *M* intellegent *Mp* 2 quibus enim *M*
 5 benedictus in saecula *om.* *M* 7 circuis *M* 8 isrl† *Np* israhel *M*
 12 omnino deus a christo *Mp* omnino non potest deus a Christo *v*
 14 confirmat ne utrumque *M* 19 nega *M* 22 indicandam *Mv* 23 pa-
 tuit *N* 24 excludit *N* 26 temporariae *N* temporali *M* 28 quod
om. *M*: ubi *v* mosen *N* moisen *p*

dii estis, cum utique eidentissimam indulti nominis habeat
 significationem. nam ubi dicit ego dixi, non tam nomen est 2
 potestatis quam sermo dicentis. sed et illud ubi dicit dedi te
 deum Pharaoni, non diuinitatem accipientis, sed potestatem
 5 dantis exposuit. nam cum dixerit dedi, in illo utique signi-
 ficata est dei potestas qui dedit, non diuinitatis natura in eo
 qui accepit. de deo autem ac domino nostro Iesu Christo cum
 dicitur qui est super omnia deus benedictus in sae-
 cula, et res statim probatur in uerbo et uerbi res demonstratur
 10 in nomine, quia dei nomen in dei filio non significatio est ad-
 optionis indultae, sed ueritas proprietatesque naturae.

III. Itaque, idem inquit apostolus, nos ex hoc neminem
 nouimus secundum carnem: et si cognouimus secun-
 dum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.
 15 bene sibi cuncta sacri sermonis scripta conueniunt et in omni
 penitus sui parte, etiam ubi uerborum specie non consonant,
 rerum tamen uirtute concordant, sicut in hoc quod ait: et si
 cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc
 iam non nouimus: testimonium enim dicti praesentis con-
 20 firmatio superioris est quod dixit: ex quibus Christus se-
 cundum carnem, qui est super omnia deus benedictus
 in saecula. illic enim posuit: ex quibus Christus se- 2
 cundum carnem, hic autem: et si cognouimus Christum
 secundum carnem, illic: qui est super omnia deus, hic
 25 autem: Christum secundum carnem nunc iam non no-
 uimus. species uerborum est alia, sed rei uirtus una. eun-
 dem enim, quem illic secundum carnem natum deum super
 omnia praedicat, eundem hic secundum carnem se iam non
 nosse confirmat, ideo scilicet, quia eundem, quem natum in
 30 carne nouerat, deum in saecula confitetur, et ideo a se eum
 ignorari secundum carnem, quia sit super omnia deus bene-

8] Rom. 9, 5. 12] II Cor. 5, 16. 20] Rom. 9, 5.

1 cum] cum hoc *M* 2 dicit] dixit *M* 4 diuinitate *N* 6 naturam *N*
 7 accipit *NMp* 12 inquit idem *Mv* neminem ex hoc *Mv* 15 sacris *N*
 16 poenitus *N* speciae *N* 18 Christum secundum carnem *Mv* 20 quo
Mv 22 secundum carnem x̄ps *p*¹ 25 secundum carnem x̄pm *p*¹
 tunc *M*¹ non *om.* *M* 30 ignorari eum *M*

dictus in saecula. ac per hoc et illud ibi: qui est super
omnia deus, hoc dicit: non nouimus iam Christum se-
cundum carnem, et hic: non nouimus iam Christum
secundum carnem, hoc ait: qui est deus benedictus in
3 saecula. ascendit ergo quodammodo quasi in altiorem gradum 5
doctrinae apostolicae praedicatio, et licet sensu sibi in utroque
conueniat, sacramentum tamen perfectae fidei quasi sententia
expressiore confirmat dicens: et si cognouimus secundum
carnem Christum, sed nunc iam non nouimus, uidelicet
quia prius eum et hominem scimus et deum, nunc tantum 10
deum. cessante enim infirmitate carnis nihil in eo iam noui-
mus nisi uirtutem diuinitatis, quia totum in eo uirtus est
maiestatis diuinae, ubi esse desiit infirmitas imbecillitatis hu-
mana. omne ergo penitus hoc testimonio mysterium et sumptae
4 carnis et perfectae diuinitatis exposuit. dicens enim et si 15
cognouimus Christum secundum carnem sacramentum
nati in carne dei locutus est, adiciens autem nunc iam non
nouimus uim depositae infirmitatis explicuit. ac per hoc
cognitio illa carnis ad significationem pertinet hominis, ignorantio
autem ad honorem diuinitatis. hoc est enim dicere: cognou- 20
uimus Christum secundum carnem, quamdiu quod se-
cundum carnem agnosceretur fuit: nunc iam non nouimus,
5 postquam esse desiuit. natura enim carnis in spiritalem est
translata substantiam, et illud, quod fuerat quondam hominis,
factum est totum dei: et ideo non nouimus Christum secundum 25
carnem, quia absorta per diuinam maiestatem infirmitate cor-
porea nihil sacro resedit corpori, ex quo inbecillitas in eo
carnis possit agnosci. ac per hoc, quidquid fuerat prius sub-

2 et hoc *a* 3 et hic . . . 4 hoc ait *om.* *Npav* 4 quia *Npav* in sae-
cula *om.* *Np* 7 perfectum *M*¹ 9 sed nunc . . . non nouimus *deleta*
in p m. 1 10 nunc autem tantum *M* 12 totum] *tocius M* 14 paeni-
tus *N* misterium *M* 17 non *om.* *M* 18 explicuit] Bene *margo N*
19 cognitio *N*¹ ignorantio (*sic*) *N* 21 quamdiu quod secundum carnem]
ut (*sic!*) *M* Male *add. N in margine* 22 nunc . . . desiuit *om.* *M* non
om. *N* 24 translata] *M* condam *M* 26 absorta] *sic N Mp* in-
firmitatē corpoream *M* 27 residet *M* ex quo *etc.*] Male *margo N*
28 agnoseit *p*¹ quicquid *Mp*

stantiae duplicis, factum est uirtutis unius, cum utique non sit dubium Christum, qui crucifixus est ex infirmitate nostra, totum uiuere ex maiestate diuina.

III. Quod scilicet apostolus omni scriptorum suorum cor-
 5 pore praedicans bene etiam ad Galatas scribens ait: Paulus
 apostolus, non ab hominibus neque per hominem, sed
 per Iesum Christum et deum patrem. uides quam bene
 sibi in prioribus praesentibusque conueniat. illic enim dicit:
 nunc iam non nouimus Christum secundum carnem,
 10 hic ait: non ex hominibus neque per hominem, sed
 per Iesum Christum. patet quemadmodum etiam hic idem
 quod in superioribus doceat. dicens enim missum se non per 2
 hominem, hoc dicit: non nouimus Christum secundum
 carnem. et ideo non per hominem missus sum, sed per
 15 Christum, quia per Christum missus non per hominem missus
 sum, sed per deum. nomen enim in eo iam hominis non
 cadit, in quo totum diuinitas uindicauit. et ideo cum dixisset
 missum se non ab hominibus neque per hominem, sed
 per Iesum Christum, bene addidit et deum patrem, hoc
 20 est, missum se a deo patre et a deo filio esse designans. in 3
 quibus utique licet propter mysterium sacrae et ineffabilis
 generationis duplex sit persona, generantis et geniti, una tamen
 est uirtus mittentis dei. et ideo ille missum se a deo patre et
 deo filio dicens in personis quidem dualem ostendit numerum,
 25 sed in missione unam docuit potestatem.

V. Sed per Iesum Christum et deum patrem qui
 suscitauit eum a mortuis. praeclarus utique et admirabilis

5] Gal. 1, 1. 9] II Cor. 5, 16. 26] Gal. 1, 1.

1 dupplicis *p* 4 Quod] quia *M* 5 galathas *p* 9 non *om.* *M*
 11 patet *etc.*] Male *margo N* 12 doceat informet *Np* (*informet glossa*
uerbi doceat esse uidetur) 14 missus sum *Mp*: missum *Nv* sed per
 Iesum *Mv* 15 missus] missus sum *p*¹ 16 in eo humanitatis iam non est
 in quo *M* hominis iam *a* 17 totum sibi *Mc*: *cf. V, 8, 2* uindicauit *Mp*
 et ideo *etc.*] Male *margo N* dixisset et *M* 21 misterium *Mp* 22 dup-
 plex *p* 24 dei *p*¹ 25 missione *p*: inssione *NM* 26 Missum se per
 christum inquit iesum et deum patrem *M*. deo *N* 27 ammirabilis *N*

magister, sciens dominum Iesum Christum sicut uerum deum, ita et uerum hominem praedicandum, ita semper maiestatem diuinitatis in eo praedicat, ut incarnationis confessionem penitus non relinquat, excludens utique et phantasma Marcionis incarnatione uera et paupertatem Hebionis diuinitate perfecta, 5 ne scilicet per alterutram blasphemiae peruersitatem dominus Iesus Christus aut homo penitus sine deo aut deus sine homine credatur. bene ergo apostolus missum se sicut a deo 2 patre, ita et a deo filio praedicans confessionem statim dominicae incarnationis adiunxit dicens: qui suscitauit eum a mortuis, uerum scilicet incarnati dei corpus suscitatum a mortuis docens iuxta illud: et si cognouimus secundum 10 carnem Christum, bene addens: sed nunc iam non nouimus. hoc enim se in eo nosse dicit secundum carnem, quod 3 sit a mortuis suscitatus, in eo uero se eum iam non nosse secundum carnem, quod cessante carnis fragilitate in sola eum 15 nouerit dei esse uirtute: fidelis scilicet praedicandae dominicae diuinitatis et satis idoneus testis, qui in principio uocationis suae caelitus castigatus maiestatem suscitati a mortuis domini Iesu Christi non fide tantum animi sui crederet, sed etiam 20 oculis corporalibus approbasset.

VI. Unde etiam apud Agrippam regem et ceteros mundi iudices disserens ita ait: dum irem Damascum cum potestate et permissu principis sacerdotum, die media in uia uidi, rex, de caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen et omnes qui simul mecum erant, omnesque nos cum decidissemus in terram, audiui uocem dicentem mihi Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? durum tibi est contra stimulum 25

12] II Cor. 5, 16. 23] Act. 26, 12—15.

4 marchionis *M* 5 hebionis *p*: ebionis *NM* 7 poenitus *N* *post* aut deus *ras.* 4—5 *litt. in N: uid. fuisse* aut *dſ* 8 misum *N* 12 Christum secundum carnem *Mv* 15 in eo uero *etc.*] Bene *margo N* 16 nonerit eum *M* 18 et *om. M* 19 domini nostri *Mv* 23 dissererens *N* discerens (*sic*) *M* ⁱdeserens *p* 25 circumfulsisse *M* 26 mecum simul *Mpv (Uulgata)* 28 saulae *N altero loco* 29 est tibi *Mv (Uulgata)*

calcitrare. ego autem dixi: quis es, domine? dominus
autem dixit ad me: ego sum Iesus Nazarenus quem
tu persequeris. uides quod eum apostolus, quem in tanto 2
fulgore maiestatis uiderat, recte iam se secundum carnem non
5 nosse dicebat. cum enim iubar illud diuini luminis, quod sus-
tinere non potuit, in ipsa sui prostratione uidisset, uox haec
secuta est: Saule Saule, quid me persequeris? cui quae-
renti, quis esset, ita euidenti dominus personae suae signi-
ficatione respondit: ego sum Iesus Nazarenus quem tu
10 persequeris. te, te, inquam, haeretice, nunc interrogo, te
appello: credis de se apostolo aut non credis? aut, si id parum
aestimas, credis de se domino aut non credis? si credis, finita
quaestio est. hoc enim necesse est quod nos credimus credas.
nos enim iuxta apostolum et si cognouimus Christum 3
15 secundum carnem, sed nunc iam non nouimus: nos
Christum contumeliis non afficimus, nos carnem a deo non
separamus, et totum, quod Christus est, esse in deo credimus.
tu ergo si idem quod nos credimus credis, eadem necesse est
fidei sacramenta fatearis. si autem a nobis dissides, si neque
20 ecclesiis neque apostolo neque ipsi denique de se deo credis,
ostende nobis, in hoc quod apostolus uidit quid sit caro et
quid sit deus. ego enim hic discernere nihil ualeo. uideo
ineffabilem inlumptionem, uideo inexplicabilem claritatem,
uideo splendorem humanae fragilitati intolerabilem et supra id
25 quod ferre mortales oculi queunt inaestimabili maiestatem dei
luce fulgentem. quae hic diuisio, quae discretio est? in uoce 4
Iesum audimus, in maiestate deum cernimus: quid est aliud
nisi ut in una eademque substantia deum et Iesum esse cre-
damus? uolo tamen de hoc eodem adhuc aliquid apud te loqui.

14] II Cor. 5, 16.

1 calciatrarē *N* est *M*¹ 4 magestatis fulgore *M(v)*: cf. §. 5 *fin.*
6 *fin.* 5 numinis *M* 6 prostratione *ex* protestatione *N* 10 alterum te
om. *M* hereticae *N* interrogo et appello *M* 12 extimas *M* 16 affa-
cimur *M* 18 tu . . . credis] si credis *M* 20 dño *M* 21 uidit *ex*
audit *N* 22 discernere hic *M* 25 inextimabilem *M* inaestimabilem *v.*
26 lucē *N* 27 audiuius *Np* maiestatē *N* 29 apud *p*

die mihi, quaeso, si tibi nunc persequenti fidem catholicam id
 appareret quod ignorantī apostolo tunc apparuit, si te inopi-
 nantem atque securum fulgor ille circumdaret et percussum
 atque perterritum splendor immensi luminis consternaret iaceres-
 que in tenebris oculorum atque errorum tuorum, quas tibi in- 5
 mensus et ineffabilis pauor mentis auget: die mihi, obsecro,
 cum te imminentis mortis formido premeret et terror com-
 minantis desuper maiestatis urgueret, audires quoque illud in
 tanta mentis confusione dignum perfidia tua nomen: Saule
 Saule, quid me persequeris? et quaerenti tibi, quis esset, 10
 responderetur e caelo: ego sum Iesus Nazarenus quem
 tu persequeris: quid diceres? 'nescio, non ad plenum adhuc
 credo: deliberare amplius mecum uolo, quem te esse existimem
 qui de caelo loquaris, qui me fulgore tuae diuinitatis obruis,
 6 cuius uocem audio et maiestatem ferre non possum. tractandum 15
 mihi de hoc negotio est, credendum tibi sit an non credendum,
 Christus sis tu an deus, si deus solus sis an in Christo, si
 Christus solus sis an in deo. discretionem hanc subtiliter ob-
 seruari et diligenter considerari uolo, quid credendus, quid iudi-
 candus sis. nolo enim aliquid de officio meo perdere, ut, cum 20
 te ut hominem despiciam, aliquid tibi diuini honoris impendam.'
 si ergo, ut Paulus tunc apostolus iacuit, prostratus humi iaceres
 et fulgore diuini luminis obumbratus extremos spiritus ageres,
 haec forsā diceres, haec otiosae loquacitatis garrulitate gannires.
 7 sed quid facimus quod aliud tunc apostolo uisum est, et cum 25
 tremens ac semianimus concidisset, dissimulandum ultra non
 censuit, deliberandum amplius non putauit suffecitque ei quod

9] Act. 26, 14. 11] l. c. 15.

1 persequendi *p* 3 circumdaret *M* percussum *p* 5 immensus
scripsi: inmensas *p* immensas *NMv* 6 ineffabiles *Mp* angustias
 pauor *Mv* 8 urgeret *Np* 9 perfidię tuę *M* 11 e] a v 14 de] e *Mav*
 loqueris *av* (coniunct. per attractionem quandam positus: cf. I, 5, 1. II,
 2, 2 fin. 5, 2 fin. VI, 16, 2. VII, 1, 1 obrueris *M* 15 audiam et possim *M*
 referre *N* 16 credendum etc.] Incaũ̄ margo *N* 18 suptiliter *N* ob-
 seruare *p* 19 considerare *p* 20 sit *p* enim *om.* *M* 22 humili *N*
 23 obrutus *Mv* extremo *N* 24 hac (post diceres) *Mv* otiosa v
 garulitate *p* 26 semianimis *Mpv* 27 suffecitque *p*: sufficitque *NM*

ineffabilibus experimentis, quem ignorans hominem esse credidit, admonitus deum esse cognouit: non dissimulauit, non distulit nec male conceptum errorem infideli amplius deliberatione suspendit, sed audito e caelis Iesu domini sui nomine
 5 subdita ut famulus, trepida ut flagellatus, deuota ut conuersus uoce respondit: quid faciam, domine? itaque paratissima ac 8 deuotissima fide id statim meruit, ut, quem fideliter credidit, eo ipso iugiter non careret, et ad quem corde transierat, is in cor eius ipse transiret, dicente ipso de se apostolo: an experi-
 10 mentum quaeritis eius qui in me loquitur Christi?

VII. Quo loco uolo, haeretice, ut mihi disseras hunc quem loqui apostolus intra se dicit, homo sit an deus. si homo, quomodo in corde eius corpus loqui poterat alterius? si deus, ergo iam non homo Christus, sed deus, quia cum locutus in
 15 apostolo Christus sit et loqui in eo non potuerit nisi deus, ergo locutus in eo est Christus deus. uides itaque nihil esse hic iam quod dici queat, nec disiunctionem aut diuisionem aliquam inter Christum fieri et deum posse, quia totus in Christo deus et totus in deo Christus. nulla hic recipi dis- 2
 20 paratio potest, nulla discissio: una tantum est simplex, una tantum pia, una tantum sana confessio, adorare, amare, colere Christum deum. uis autem adhuc plenius et cumulatus scire nullam inter deum et Christum esse distantiam et eundem penitus deum intellegendum esse quem Christum? audi apostolum ad Corinthios loquentem: omnes enim nos, inquit,
 25 manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. alio autem loco ad Romanam ecclesiam 3 scribens omnes, inquit, adstabimus ante tribunal dei.

6] Act. 9, 6. 9] II Cor. 13, 3. 25] II Cor. 5, 10. 29] Rom. 14, 10—11.

2 ammonitus *Np* 5 subita *M* conseruus *Npa* 10 eius quaeritis eius *N* eius quaeritis *p* Christus *M* (*Uulgata*) 11 hereticae *N* 13 si deus deus *M* 16 est in eo *M* 19 disseparratio dispatio *M* disseparratio *v* 20 discissio *N* est simplex una tantum pia una tantum *om.* *M* 22 autem] aut *M* cumulatus *M* 23 distantiam *ex* substantiam *N* eundem *N* 24 intelligendum *M* 25 chorinthios *N* 28 autem *om.* *M* 29 stabimus *M* dei] Christi *M* et *Uulgata*

scriptum est enim: uiuo ego, dicit dominus, quia
 mihi flectet omne genu, et omnis lingua confitebitur
 deo. uides ergo unum atque idem tribunal dei futurum esse
 quod Christi. intellege ergo indubitanter Christum deum, et
 ubi uides inseparabilem Christi ac dei esse substantiam, in- 5
 separabilem quoque agnosce esse personam: nisi forte, quia
 apostolus in alia nos manifestandos epistula ante tribunal
 Christi, in alia ante tribunal dei dixit, duo forte tribunalia
 facias et alios iudicandos a Christo, alios a deo censeas. sed
 4 haec friuola et furiosa sunt et insanientibus insaniora. agnosce 10
 ergo omnium dominum, agnosce uniuersitatis deum, agnosce
 in tribunali dei tribunal Christi, agnosce in tribunali Christi
 tribunal dei, ama uitam, ama salutem tuam, ama a quo creatus
 es, metue a quo iudicandus. uelis enim uolis, manifestandus
 ante tribunal Christi es et seposita impietatis blasphemia ac 15
 uerborum infidelium cantilena, si aliud putas tribunal dei esse
 quam Christi, uenies ante tribunal Christi et inuenies utique
 documento inexplicabili ipsum tribunal dei esse quod Christi
 totamque in filio dei Christo et filii dei maiestatem et patris
 5 dei potentiam. non enim pater iudicat quemquam, sed 20
 iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent
 filium sicut honorificant patrem. qui enim negat patrem,
 et filium. omnis qui negat filium, nec patrem habet:
 qui confitetur filium, et patrem habet. disce itaque in-
 separabilem esse patris ac filii honorem, inseparabilem digni- 25
 tatem, neque honorari filium sine patre nec patrem posse sine
 6 filio. honorare autem deum ac dei filium nisi in Christo uni-
 genito dei filio nullus ualet, quia spiritum ipsum utique hono-

20] Ioh. 5, 22—23. 23] I Ioh. 2, 23.

2 flectetur *Mpv (Uulg.)* confitebitur omnis lingua *Mv* 4 et sicubi *M*
 5 inseparabilem *Np*: geminam penitus *M* inseparabilem penitus *v* 7 epi-
 stola *NM* ep̄la *p* 8 tribu**na*ali *N* 10 fribola *N* 12 in tribunal
 dei *N* ante agnosce *N* iterat uerba Agnosce in tribunali dei tribunal
 christi 14 metuae *N* es iudicandus *p* iud. es *v* 17 uenies ante tri-
 bunal Christi *om. M* 18 documentum inexplicabile *M* 20 potesta-
 tem *Mv* quenquam *M* 21 omne iudicium *Np (Uulg.)* 23 et filium
 negat *M* 26 honorant *N* neque patrem *M*

randi dei nisi in spiritu Christi habere non potest, dicente apostolo: uos autem in carne non estis sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius, et iterum: 5 quis accusabit aduersus electos dei? deus qui iustificat. quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui resurrexit. uides ergo iam, etsi non uis, nullam omnino penitus uel inter spiritum dei et spiritum Christi uel inter iudicium dei et iudicium Christi esse 10 distantiam. tu elige utrum malis: alterum enim fieri necesse est, ut aut Christum deum esse fide intellegas aut in Christo deum damnatione cognoscas:

VIII. Sed uideamus tamen cetera quae sequuntur. scribens ad Corinthiorum ecclesiam idem de quo superius locuti sumus 15 doctor ecclesiarum omnium Paulus ita locutus est: Iudaei, inquit, signa petunt et Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem qui salui fiunt Iudaeis atque Graecis, Christum 20 dei uirtutem et dei sapientiam. o fortissimum fidei magistrum, cui docenti ecclesias parum etiam hoc loco uisum est ut Christum deum esse diceret, nisi crucifixum addidisset, scilicet ut ad exertissimam et ualidissimam fidei doctrinam eundem, quem crucifixum diceret, dei sapientiam praedicaret. 25 non ergo subtilitate aliqua aut circuitiione uerborum usus est nec in praedicando domini euangelio crucis Christi nomen erubuit. et licet hoc scandalum esset Iudaeis et stultitia gentibus, deum audire natum, deum audire corporeum, deum audire passum, deum audire crucifixum, non tamen ille propter Iu-

2] Rom. 8, 9. 5] l. c. 33—34. 15] I Cor. 1, 22—24.

5 electos *N* 6 condemnet *NMp* 8 poenitus *N* 10 enim e duobus fieri *M* 11 ut *om. Np* intelligas *Mp* 12 dampnatione *NMp* 13 Sed] Si *p* sequuntur *N* secuntur *Mp* 15 ecclesiarum *N* 18 autem *om. N (non p)* 19 qui salui fiunt *om. Np* Graecis] gentibus *M* 21 docentis *N* patrum *N^f* 23 certissimam *p* et] ac *Mv* 24 eundemque crucifixum *N* 25 subtilitate *N* circuitiione *Mv*

daici scandali impietatem uirtutem pietatis suae eneruauit aut
 propter alienae stultitiae infidelitatem fidei suae robur imminuit,
 sed palam, constanter, fortiter eum, quem mater ediderat, ho-
 mines occiderant, lancea perforarat, crux distenderat, uirtutem
 5 dei et sapientiam praedicabat, Iudaeis quidem scandalum,
 3 gentibus autem stultitiam. sed tamen hoc, quod erat
 aliis scandalum ac stultitia, aliis erat uirtus dei et sapientia.
 pro diuersitate enim personarum erat diuersitas sensuum, et
 quod experts sani intellectus et incapax ueri boni diffidentia
 insipiens denegauerat, id intra ipsos animae recessus sacrum 10
 esse ac salutiferum fides sapiens sentiebat.

VIII. Dic mihi ergo, haeretice, hostis quidem omnium, sed
 tuus maxime, cui crux domini Iesu Christi et cum Iudaeis
 scandalum est et stultitia cum gentibus, qui sacramenta uerae
 salutis et illorum respuis scandalo et istorum non sapis stolidi- 15
 tate: cur Pauli apostoli praedicatio aut paganis stultitia aut
 Iudaeis scandalum fuit? numquid potuerat offendere homines,
 si Christum, ut tu asseris, solitarium esse hominem etiam ipse
 docuisset? cui enim natiuitas illius, cui passio, cui crux, cui
 peremptio incredibilis aut grauis esse potuisset? aut quid noui 20
 uel inauditi in se Pauli praedicatio habuerat, si id passum
 hominem Christum esse dixisset, quod passim cotidie in homi-
 2 nibus condicio humana toleraret? sed illud utique erat quod
 gentilis stultitia non recipiebat, quod Iudaica infidelitas re-
 spuebat, quod Christum utique, quem illi, ut tu, solitarium 25
 hominem arbitrabantur, apostolus deum esse dicebat. hoc erat
 utique quod impiorum sensus refutabat, quod perfidorum aures
 ferre non poterant, in homine Iesu Christo dei praedicari nati-
 uitatem, dei asseri passionem, dei adnuntiari crucem. hoc
 utique erat graue, hoc incredibile, quia hoc erat incredulum 30

5] l. c. 23.

1 scandalū pietatem *N* inneruauit *M* 2 robur *N* 3 mater] caro *M*
 8 sensum *N* 9 sani] animi *p* 10 degenerauerat *a* 12 ergo *om.* *Np*
 hereticae *N* 13 domini nostri *v* 14 quia *M* 17 poterat *M* 19 cum
 enim *N*¹ 21 aut inauditi *M* fuerat *M* 22 quos *p* omnibus *N*¹
 23 conditio *N* tolleraret *N*

humanae audientiae, quod inauditum fuerat diuinae contigisse naturae. itaque securus es tali affirmatione atque doctrina, 3
 quod numquam praedicatio tua aut gentilibus stultitia aut Iudaeis scandalum erit: numquam tu a Iudaeis atque gentilibus
 5 aut cum Petro crucifigeris aut cum Iacobo lapidaberis aut cum Paulo capite plecteris. non enim habet praedicatio tua illorum offensionem. solitarium hominem natum, solitarium passum asseris. timere non potes, ne persecutione sua illi te laedant, cum tu eos tua praedicatione confirmes.

10 X. Sed uideamus tamen adhuc aliquid de hoc ipso. Christus ergo iuxta apostolum uirtus dei et sapientia dei est. quid habes quod respondeas? quid habes quo te conferas? exire hinc et progredi nusquam potes. Christus dei sapientia est et dei uirtus. ille, inquam, quem Iudaei insectati sunt, quem
 15 gentiles riserunt, quem tu cum illis ipse persequeris, ille, inquam, qui et paganis stultitia est et Iudaeis scandalum et tibi utrumque, ille, inquam, est dei uirtus et dei sapientia. quid habes quod agas? claudes forsitan aures, ne audias: hoc et Iudaei apostolo praedicante fecerunt. quodlibet facias, 2

20 Christus in caelo est et in deo et cum eo atque in eo in superioribus, in quo et in inferioribus fuit. persequi eum iam cum Iudaeis non potes, sed facis tamen unum quod potes, persequeris eum in fide, persequeris in ecclesia, persequeris opinionis impiae telo, persequeris prauis dogmatis gladio. plus
 25 forte aliquid quam quidam ueterum Iudaeorum facis: Christum tu nunc persequeris, postquam eum etiam illi qui persecuti fuerant crediderunt. sed minoris forsitan criminis putas, quod inicere in eum iam manus non potes. non minus, inquam, non minus illi grauis illa est persecutio, in qua eum in suis
 30 impii persequuntur. sed offendit te dominicae crucis nomen: hoc et Iudaeos semper offendit. exhorrescis deum audire

3 gentibus *Mv* 4 nunquam *M* a *om.* *Np* gentibus *Mv* 5 crucifigens *M* lapidaris *N* (*non p*) 8 te illi *Mpv* 14 inquam *om.* *Npv* 15 irriserunt *p* ipse *om.* *M* 18 fortasse *Mv* 19 quodlibet *Mv*: *cf.* §. 6 et cap. 15, 4 22 unum tamen *Mv* 23 et in ecclesia *p* 25 quam *om.* *Np* quiddam *p* facias *N* (*non p*) 26 qui *om.* *N* (*non p*) 29 est illa *p* inquã *N* 30 persecuntur *NMp* 31 exhorrescis *M*

passum: hoc et gentilis error inrisit. quaero ergo nunc in qua ab illis parte dissideas, cum in hac tibi atque illis peruersitate conueniat. sed ego praedicationem hanc sacrae crucis, praedicationem hanc dominicae passionis non solum non inminuo, sed, quantum in uoto est ac substantia mea, augeo. 5 hunc enim, qui crucifixus est, non solum uirtutem ac sapientiam dei, qua nihil maius est, sed etiam totius diuinitatis ac maiestatis dominum praedicabo, hoc magis, quod in hoc sermo 4 meus doctrina dei est, dicente apostolo: sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam uero non huius saeculi 10 neque principum huius saeculi, qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum saeculi huius agnouit: si enim cognouissent, numquam dominum 15 maiestatis crucifixissent. sed sicut scriptum est: quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus his qui diligunt eum. uides quam breuiter sermo apostolicus quanta dixerit. sapientiam se loqui dicit, sed sapientiam quam perfecti tantummodo sciant, prudentes saeculi nesciant. dei enim hoc ait esse sapientiam, quae sit diuino tecta mysterio et ante omnia saecula in sanctorum gloriam praedestinata, atque ideo eam his tantum qui deum sapiunt esse cognitam, principibus 5 autem saeculi huius penitus ignotam. causam autem subdidit, 25 qua utrumque quod dixerat conprobaret, dicens: si enim

9] I Cor. 2, 6—9.

1 et *om.* *M* 2 dissideas *N* 3 sacrae crucis praedicationem hanc *om.* *M* 5 quantum in quantum *p* est ac]°stat *N* extat *p* 6 non solum *etc.*] hinc autem loqueris adiciendo nihil iunxisti (*sic!*) *margo* *N* 8 in hoc *Mp*: hoc *N* hic *av* 10 sed sapientiam *Mv* 11 feli *Np* saeculi *M* sed qui loquimur *p* 12 mysterio *N* ministerio *M* misterio *p* 13 est] fuit *M* fela *Np* saecula *M* 14 feli *N* saeculi *M* huius saeculi *p* 15 cognouit *Mv* (*Uulg.*) 21 tantummodo sapientes sciant *M* 22 misterio *Mp* 23 gloria *Mp* utque *N* 24 eam *ex* etiam *N* esse *om.* *M* 26 qua] quia *N*¹*p*¹

cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent. sed sicut scriptum est: quod oculus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus his qui diligunt eum. uides ergo
 5 quod sapientia dei in mysterio abscondita et ante saecula praedestinata his fuit incognita qui maiestatis dominum crucifixerunt, his autem cognita qui susceperunt. bene autem in mysterio absconditam dicit dei fuisse sapientiam, quia nullius hoc umquam hominis uel oculus uidere uel auris audire uel cor potuit
 10 cogitare, quod maiestatis dominus uel nasciturus esset ex uirgine uel uenturus in carne uel omni afficiendus poenae et contumeliae passione. sed haec utique dei dona sicut nemo 6
 est qui, cum essent abscondita in mysterio, sapere umquam per se potuerit, ita beatus est qui reuelata cognouit. unde
 15 quicumque eam non agnouerunt, necesse est habeantur inter principes saeculi, qui autem cognouerunt, inter sapientes dei. non agnoscit ergo deum in carne natum qui negat: ergo et uos non agnoscitis qui negatis. sed quodlibet faciatis, quamlibet impie negetis, nos plus apostolo credimus. et quid apostolo dico? plus deo credimus: ipsi enim per apostolum credimus,
 20 quem locutum in apostolo certi sumus. dominum maiestatis sermo diuinus crucifixum a principibus huius saeculi dicit, tu negas: et illi negabant se deum crucifigere qui crucifigebant. habent ergo qui confitentur cum confitente apostolo partem: 7
 25 habeas tu necesse est cum persequentibus portionem. quid ergo est hic iam quod dici queat? dominum maiestatis crucifixum apostolus dicit. inmuta hoc, si potes: separa nunc, si uales, Iesum a deo. crucifixum certe a Iudaeis Christum negare non potes, sed dominus maiestatis est qui crucifixus est.

1 nunquam *M* maiestatis] gloriae *Np* et *Uulgata* 4 dñs *M*¹
 5 ministerio *M* misterio *p* 6 incognita per magestatis dñi *M* 7 misterio *Np* ministerio *M* 8 nullus *p* usquam *M* 9 audire auris *Mv*
 11 omnia *N* paene *N* 13 misterio *Mp* super eum quam *N*¹ nosse (*sic*) *p* 15 eum non cognouerunt *M* 16 cognouerint *N* (*non p*) 18 quodlibet *N*¹*p*: quamlibet *N*² quidlibet *Mv* 19 plus *om.* *M* et *om.* *Np*: *cf. VI, 3, 3* 20 plus *om.* *M* deum *M* 22 dixit *p* 23 deum se *Mv*
 24 hii qui *p* 26 est ergo *p* queat dici *M* 28 iesum deum *M*
 negare christum *M* 29 potest *N*¹

ergo necesse est aut Christum affixum esse in cruce deneges aut deum affixum esse fatearis.

XI. Sed forte offendat te quod tamdiu unius uel maxime Pauli apostoli testimoniis loquor. satis mihi est idoneus quem elegit deus. nec enim erubesco eum fidei meae habere testem, quem uoluit deus mundi totius esse doctorem. sed tamen ut adquiescam in hoc uoluntati tuae, qui habere me forsitan alios quorum utar testimoniis non arbitraris, audi perfectum humanae salutis et sempiternae beatitudinis sacramentum Martham in euangelio praedicantem. quid enim ait? utique, domine, ego credidi quia tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. disce a muliere ueram fidem, disce aeternae spei confessionem. habes tamen grande solacium: non erubescas ab ea sacramentum salutis agnoscere, a qua testimonium deus non refutauit accipere.

XII. Quodsi auctoritas tibi forsitan personae maioris placet (quamuis nullius displicere uel persona uel sexus debeat cui confessio sacramenti auctoritatem facit, quia, quamlibet condicio cuiusquam aut locus minor sit, uirtus tamen fidei nescit inminui), interrogemus tamen non incipientem aliquem puerulum cuius institutio rudis, aut feminam cuius fides forsitan uideatur incipiens, sed summum illum et inter discipulos discipulum et inter magistros magistrum, qui Romanae ecclesiae gubernaculum regens sicut fidei habuit ita et sacerdotii principatum. dic nobis ergo, dic nobis, quaesumus, princeps apostolorum Petre, dic quemadmodum ecclesiae credere deum debeant? aequum est enim ut doceas nos doctus a domino et aperias nobis ianuam cuius clauem accepisti. exclude omnes suffodientes caelestem domum et eos qui per adulterinas cauernas et illicitos intrare aditus moliantur auerte, quia certum

10] Ioh. 11, 27.

1 in cruce esse *M* 3 tandiu *M* 5 me *M* 6 deus uoluit *Mv*
 7 quia *M* forsitan praeterea quibus usus sum testimonia *M* 9 Martham]
 iohem *p* 14 solatium *M* 19 sit *om.* *Np* 21 forsitan *Npv* 24 sacer-
 dotis *Np* 26 credere ecclesiae *Mv* 28 clauim *M* 29 fodientes *N*
 (*non p*)

est quod nullus ostium regni intrare poterit, nisi cui clavis a
 te in ecclesiis collocata reseravit. dic ergo quemadmodum 3
 credere Iesum Christum et confiteri communem dominum de-
 beamus. respondebis utique absque dubio: quid me consulis
 5 qualiter dominus confitendus sit, cum habeas qualiter ego sim
 ipse confessus? lege euangelium et non requires personam
 meam, cum habeas confessionem meam: immo illic habes
 personam meam, ubi confessionem meam, quia, cum persona
 mea auctoritatem sine confessione non habeat, auctoritas est
 10 personae meae ipsa confessio. dic ergo, euangelista, dic nobis
 confessionem: dic fidem summi apostoli, hominemne tantum
 confessus sit Iesum an deum, carnem in eo tantum esse
 dixerit an dei filium praedicavit? interroganti ergo domino 4
 Iesu Christo, quem eum crederent, quem confiterentur esse
 15 discipuli, respondit primus apostolorum Petrus, unus utique
 pro omnibus. idem enim unius habuit responsio quod habebat
 omnium fides, sed primum decuit respondere, ut idem esset
 ordo responsionis qui erat et honoris et ipse antecederet con-
 fessione qui antecederat aetate. quid ergo ait? tu es, inquit,
 20 Christus filius dei vivi. simplici et rustica interrogatione 5
 ad confutandum te mihi, haeretice, uti necesse est. dic mihi,
 quaeso, quis ille fuerit cui Petrus ita respondit? negare non
 potes Christum fuisse. interrogo ergo, Christum quem uocas,
 hominem an deum? hominem utique absque dubio. hinc enim
 25 omnis est tua haeresis, quia negas Christum filium dei. et
 ideo etiam Mariam Christotocon esse, non theotocon dicis, quia
 Christi genetrix sit, non dei. Christum ergo hominem tantum
 asseris, non deum, et ideo filium esse eum hominis, non dei.
 quid ergo ad haec respondit Petrus? tu es, inquit, Christus

19] Matth. 16, 16.

2 collata *Np^{2a}* 3 dñm credere *M* dominum] deum *M* 5 sit] sis *M*
 sim] sum *p*¹ sim ego *Mv* 7 habes illic *p* 10 euanglia *M* 12 sit] est *Np*
 esse *om.* *Np* 13 filium dei *M* 14 quem confiterentur *om.* *N* (*extant*
in p) 16 id *M* 17 docuit *Np* 18 et ante honoris *om.* *Mv* ante-
 cedere *N*¹ 20 Christus *om.* *N* (*non p*) 21 hereticae *N* eretice *M*
 22 ista *v* 25 qua *Np* 26 eiciam *M* teotocon *M* qua *N* 27 geni-
 trix *p* generatrix *M* tantum *om.* *N* 29 inquit *N*

6 filius dei uiui. Christum hunc, quem tu tantum hominis
 filium esse asseris, ille testatur filium dei. cui uis credamus,
 tibi an Petro? opinor, non es tam inprudens, ut praeponere te
 audeas primo apostolorum. tametsi quid est quod tu non
 audeas? aut quemadmodum apostolum non despicias, qui deum 5
 negare potuisti? tu es ergo inquit Christus filius dei
 uiui. numquid hoc ambigui aut obscuri aliquid in se habet?
 simplex tantum est et aperta confessio, Christum dei filium
 praedicat. negas fortasse dictum: sed euangelista testatur.
 an mentiri apostolum dicis? sed detestabilis falsitas, apostolum 10
 7 falsitatis accusans. an de alio Christo aliquo forsitan hoc dictum
 esse contendis? sed hoc nouum prodigiosi commenti genus.
 quid ergo reliquum est? unum scilicet, ut, cum et quid scrip-
 tum sit legatur et uerum sit quod legitur, tandem uel ui uel
 necessitate constrictus, cum falsitatem astruere non ualeas, 15
 ueritatem inpugnare desistas.

XIII. Sed tamen quia summi apostoli testimonio usus sum,
 quo dominum Iesum Christum deum coram ipse confessus sit,
 uideamus quemadmodum confessionem eius is quem confessus
 est adprobarit, quia plus multo est quam quod apostolus dixit, 20
 si dictum illius deus ipse laudauit. dicenti ergo apostolo tu
 es Christus filius dei uiui quid a domino saluatore re-
 sponsum est? beatus es, inquit, Simon Bar Iona, quia
 caro et sanguis non reuelauit tibi, sed spiritus patris
 2 mei qui in caelis est. si displicet tibi uti apostoli testi- 25
 monio, dei utere. laudando enim deus quod dictum est auc-
 toritatem suam apostolico dicto addidit, ita ut, etiamsi dictum
 illud apostoli ore prodiit, suum esse hoc tamen deus fecerit

23] Matth. 16, 17.

1 hominis tantum *Mv* 2 cui uis] cuius *N¹M* 3 inprudens *N* pru-
 dens *p* praeponeret te *N¹* 4 tamen si *Np* 5 non] ne *p* 6 in-
 quid *N: om. M* 9 euangeliste testantur *M* 10 apostolum mentiri *M*
 11 accusat *M* forsitan *M* 12 nouum hoc *av* 13 quod scriptum *M*
 14 tande *N¹* 18 quod *M* coram deo *Mv* 19 quemammodum *N*
 21 illius] ipsius *M* dicente *p* 22 de filius *p* 23 inquit. *om. p* sy-
 mon *M* 24 tibi *om. p* 26 laudandus *p* 28 apostolico *M*

qui probauit. beatus es, inquit, Simon Bar Iona, quia
 caro et sanguis non reuelauit tibi, sed spiritus patris
 mei qui in caelis est. ergo in apostoli dicto et spiritus
 sancti et praesentis filii et dei patris testimonium uides. quid
 5 ergo amplius aut quid simile requiris? filius laudauit, pater
 interfuit, sanctus spiritus reuelauit. apostoli ergo dictum totius 3
 diuinitatis est testimonium, quia illius necesse est hoc dictum
 auctoritatem habeat quo auctore processit. beatus ergo inquit
 es, Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non re-
 10 uelauit tibi, sed spiritus patris mei qui in caelis est.
 ergo si Petro non caro et sanguis reuelauit ista uel inspirauit,
 iam intellegis quis inspirauerit tibi. si illum spiritus dei docuit
 qui Christum deum esse confessus est, uides quod tu spiritu
 daemonis doctus sis qui negare potuisti.

15 XIII. Sed tamen dictum illud domini quo conlaudauit Petrum
 quae dicta alia consequuntur? et ego, inquit, tibi dico quia
 tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo eccle-
 siam meam. uides quod dictum Petri ecclesiae fides est.
 ergo extra ecclesiam sit necesse est qui fide ecclesiae non
 20 tenetur. et tibi, inquit dominus, dabo clauas regni cae-
 lorum. fides haec caelum meruit, fides haec clauas regni 2
 caelestis accepit. intellege quae te maneant. introire clauis
 huius ianuam non poteris, qui fidem clauis istius denegasti.
 et portae, inquit, inferi non praeualebunt aduersum
 25 te. portae inferi fides est haereticorum, immo perfidia. quan-
 tum enim a caelo inferna distant, tantum ab eo qui Christum
 deum confessus fuerit is qui negat. quae ligaueris, inquit,
 in terris, ligata erunt in caelis: et quaecumque sol-
 ueris super terram, erunt soluta et in caelis. perfecta 3

16] Matth. 16, 18. 20] l. c. 19. 24] l. c. 18. 27] l. c. 19.

1 symon *M* 6 sanctus *om. M* spiritus sanctus *pv* 11 reuela-
 uerunt ista et inspirauerunt *Mv* 14 doctusis *N* 15 quod *M*
 16 quia *om. M* 19 fidein *Nuv* 20 tenet *av* dominus *om. M*
 22 intellegere *M* 24 inferni *Mv* 25 inferi *p*: inferni *NMv* 26 enim
om. M inferni *M* 27 his *M* 29 super terram] in terris *M* et
om. M

apostoli fides potestatem quodammodo diuinitatis accepit, ut quae ligasset uel soluisset in terris, ligata essent in caelestibus uel soluta. tu ergo, qui contra fidem apostoli uenis, cum ligatum te iam in terris uideas, superest ut ligatum te quoque in caelis esse cognoscas. sed longum est ire per singula, quae prolixissimam et copiosissimam dissertationem numero sui faciunt, etiamsi breuiter strictimque memorentur. 5

XV. Sed unum addere tamen adhuc tibi apostoli testimonium uolo, ut intellegas his, quae ante passionem domini acta sunt, etiam quae post passionem sunt secuta congruere. inlapsus in conuentu discipulorum suorum clausis ianuis dominus cum ueritatem corporis sui apostolis declarare uoluisset, palpata Thomas apostolus carne illius, pertractato latere exploratisque uulneribus comperta penitus manifestati corporis ueritate quid 2 proclamauit? dominus, inquit, meus et deus meus. numquid dixit hoc quod tu dicis: homo, et non deus, Christus, et non diuinitas? corpus utique domini sui tetigit et deum esse respondit. numquid discretionem aliquam hominis et dei intulit, aut carnem illam theodochon, ut tu ais, id est susceptricem deitatis imaginem nominauit, uel more impietatis tuae eum quem contigit non propter se, sed propter eum quem in se receperat uenerandum esse memorauit? sed subtilitatem hanc discretionis tuae apostolus dei forte non norat et elegantiam iudicii tui ac differentiam non habebat, homo uidelicet rusticus et imperitus, dialecticae artis nescius, philosophicae disputationis ignarus, cui scilicet institutio domini sui abunde sufficiebat et qui nihil omnino sciebat nisi hoc quod domino 3 docente cognouerat. et ideo sermo suus caelestis doctrina erat, fides sua magisterium diuinum erat: disiungere a corpore suo, ut tu facis, dominum non didicerat et diuellere a se ipso deum 30

15] Ioh. 20, 28.

2 uel ante ligata *add. Mv* 3 qui *om. Np* 4 te ante quoque *om. Mpv*
 7 strictumque *N*. restrictimque *M* 10 ea etiam *Mv* 11 conuentum *Mv*
 clausis *N*¹ 13 tractato *Mv* 14 poenitus *N* 19 carne *N* theotocon *Np*
 theotochon *M* 22 suptilitatem *N* 23 non norat] ignorabat *M*
 25 philosophie *M* philosophiae *p*¹ 29 fide *M* erat *om. M* ut tu facis a corpore suo *Mv* 30 ipsum *M*

penitus nesciebat, sanctus, sincerus, pius, innocentiam peritam,
 fidem inlaesam, scientiam incorruptam habens, sensum cum
 astutiã simplicem, cum perfecta simplicitate sapientiam totius
 mali expertem, totius corruptionis ignaram, totius haereticae
 5 peruersitatis immunem, et qui formam diuini magisterii in se
 exprimens hoc totum quod didicerat et tenebat. itaque ille
 ut tu forsitan putas rusticus et imperitus breui te nunc re-
 sponsione concludit, paucis sermonibus suis conterit. quid ergo
 apostolus Thomas tetigit, cum ad palpandum deum accessisset?
 10 Christum utique absque dubio. quid autem exclamauit? do- 4
 minus, inquit, meus et deus meus. i nunc, si potes, et
 Christum a deo separa: immuta dictum hoc, si uales: da dia-
 lecticam disputationem, da prudentiam mundialem et stultam
 illam uerbosa calliditate sapientiam: uerte omnes tete in facies
 15 et contrahe, quidquid siue animis siue arte uales. quodlibet
 dicas, quodlibet facias, exire hinc nusquam uales, nisi hoc quod
 apostolus tetigit deum esse fatearis. et quidem, si quo modo
 possis, immutare forsã historiae euangelicae praedicationem
 uelis, ut nec corpus domini Thomas apostolus contigisse nec
 20 Christum dominum deum dixisse legeretur. sed inmutari quod
 in euangelio dei scriptum est nequaquam potest. caelum 5
 enim et terra transibunt, uerba uero dei non praeter-
 ibunt. ecce enim etiam nunc tibi ille qui tunc testatus est
 Thomas apostolus clamat: deus est Iesus quem tetigi, deus
 25 est cuius membra palpauit: non ego incorporalia tenui nec in-
 tractabilia temptauit, non spiritum manu contigi, ut de eo
 tantum credar dixisse: deus est. spiritus enim iuxta domini
 mei dictum carnem et ossa non habet. ego corpus domini

21] Matth. 24, 35. 27] Luc. 24, 39.

1 paenitus *N* sincerus *M* innocentem periciam *M* innocentiam,
 peritiam *v* 4 inexpertem *M* ignarum *N²Mv* 5 innume *M¹* in mu-
 nere *M²* 6 tantum *Npv* 8 conteret *a* 9 accesserit *M* 11 i *addidi*:
cf. VII, 5, 4. 23, 3 12 et muta *Mv* 14 uerbosam *NM* calliditate *N*
 calliditatem *M* tete] tege *M* facie *N¹* 15 quiquid *N* quicquid *p*
 ualeas *Mv* 15 et 16 quidlibet *Mv* 16 numquam *M* 18 mutare *p*
 istorie *M* 19 ne corpus *M* 20 inmutari *M* 23 nunc testatus *Mv*
 25 membra *p* 26 manu *N* 28 dictam *N*

mei tetigi, ego carnem et ossa palpaui, ego digitos meos in
 locum uulnerum misi et de Christo domino meo quem palpa-
 6 ueram proclamaui: dominus meus et deus meus. non
 enim noui inter Christum et deum facere distantiam, inserere
 sacrilegas opiniones inter Iesum et deum nolo, diuellere a se 5
 ipso deum meum nescio. facesse a me quisquis diuersa sentis,
 quisquis diuersa loqueris. ego aliud Christum quam deum esse
 non noui. hoc cum coapostolis meis tenui, hoc ecclesiis tra-
 didi, hoc gentibus praedicaui, hoc etiam tibi clamo: Christus
 deus est, Christus deus est. aliud mens sana non sentit, aliud 10
 fides sana non loquitur, diuelli a se diuinitas non potest. et
 cum utique quidquid est Christus deus sit, inueniri aliud in
 deo non potest quam deus.

XVI. Quid ais tu nunc, haeretice? sufficiuntne haec testi-
 monia fidei etiam summae infidelitati, an adhuc aliquid ad- 15
 dendum est? et quid uel post prophetas uel post apostolos
 addi potest, nisi forte, ut Iudaei quondam exostulabant, signum
 tibi de caelo etiam tu dari postules? sed petenti hoc tibi illud
 quod responsum tunc illis est necesse est responderi: gene-
 ratio praua et adultera signum quaerit, et signum 20
 2 non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae. et uere
 sufficere tibi signum hoc uel cum Iudaeis crucifigentibus po-
 terat, ut dominum deum nostrum etiam hac re sola edoctus
 crederes, qua etiam illi qui persecuti fuerant crediderunt. sed
 tamen, quia caelestis signi fecimus mentionem, ostendam tibi 25
 de caelo signum equidem tale, cui nec daemones umquam
 contradixerunt, dum ipsa ueritatis necessitate cogente, licet
 Iesum corporeum esse cernerent, deum tamen, quod erat, esse
 clamabant. quid ergo ait euangelista de domino Iesu Christo?
 baptizatus, inquit, confestim ascendit de aqua, et ecce 30

19] Luc. 11, 29. 30] Matth. 3, 16—17.

2 domino *om. M* conpalpaueram *M* 6 dominum *pv* facesse *M*
 7 alium *p* 8 cum eo apostolis *M* 9 Christus *om. M* 12 quic-
 quid *p* in deo aliud *Mv* 14 nunc tu *p* hereticae *N* 19 illi *M*
 23 nostrum deum *av* hanc *N* doctus *N²Mpv* 24 quam *N¹M* per-
 secuti sunt *M* 26 et quidem *Mv* 27 cogente *om. M* 30 statim *M*

aperti sunt ei caeli, et uidit spiritum descendantem
 sicut columbam et uenientem super se. et ecce uox
 de caelis dicens: hic est filius meus dilectus, in quo
 mihi conplacui. quid ad haec nunc, haeretice, ais? dictum 3
 5 displicet an persona dicentis? nec interpretatione certe indiget
 intelligentia allocutionis nec commendatione uerborum dignitas
 alloquentis: deus pater est qui dixit, euidens est quod dictum
 est. numquid aut tam inpuidentem aut tam sacrilegam uocem
 proferre poteris, ut dicas de unigenito dei filio nec deo patri
 10 esse credendum? hic est ergo inquit filius meus dilectus,
 in quo mihi conplacui. sed temptabis forsitan dicere, ut
 est dementia, de uerbo hoc, non de Christo dictum fuisse.
 dic mihi ergo, quis erat qui baptizabatur? uerbum an Christus?
 caro an spiritus? negare utique non potes Christum fuisse.
 15 homo ergo ille ex homine ac deo natus, spiritu sancto in uir-
 gine descendente et uirtute altissimi obumbrante conceptus, ac
 sic hominis et dei filius, ille utique, ut negare non potes, bapti-
 zatus est. si ergo ille baptizatus est, ille et nominatus, quia
 ille utique nominatus qui et baptizatus est. hic est, inquit,
 20 filius meus dilectus, in quo mihi conplacui. numquid
 dici significantius aut expressius quicquam potest? Christus
 baptizatus est, Christus de aqua ascendit, Christo baptizato
 caeli aperti sunt, propter Christum columba descendit, super
 Christum in corporali specie spiritus sanctus adstitit, Christum
 25 pater appellauit. hoc si de Christo dictum negare ausus es, 5
 superest ut nec baptizatum Christum fuisse nec spiritum de-
 scendisse nec patrem locutum esse contendas. sed arguet
 tamen et premit te ipsa ueritas, ut, etiamsi confiteri eam
 nolis, tamen negare non possis. quid enim ait euangelista?
 30 baptizatus autem confestim ascendit de aqua. quis
 baptizatus est? Christus utique. et ecce, inquit, aperti sunt

2 columba *N*¹ et *post* columbam *om.* *Mp* 3 celo *p*¹ 4 hereticae *N*
 5 interpretationē *M* 6 commendationē *M* 15 ac] a *pa* uirginem *Mv*:
sed cf. VII, 22, 4 descendisset in terris 17 sit *N* 19 et *om.* *Npv*
 20 con(com-)placuit *Npa* 21 quidquam *M* 22 conscendit *Np* 24 asti-
 tit *Mp* 27 urget *Np* 28 premit te] p̄mittet *M* 29 non uis *M*
 30 baptatus *p* qui *N* 31 et *om.* *M*

ei caeli. cui scilicet nisi illi qui baptizatus est? Christo utique. et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam et uenientem super se. quis uidit? Christus scilicet. 5
 6 super quem descendit? super Christum utique. et uox facta est de caelo dicens. de quo? de Christo scilicet. quid enim sequitur? hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. ut omnia illa propter quem facta essent ostenderentur, uox secuta est dicens: hic est filius meus dilectus. hoc est dicere: hic est propter quem cuncta facta sunt haec: hic est enim filius meus. propter hunc caeli aperti sunt, propter 10
 hunc spiritus meus uenit, propter hunc uox mea facta est: hic est enim filius meus. dicens ergo hic est filius meus quem designabat? illum utique quem columba tangebatur. quem ergo columba tetigit? Christum scilicet. ergo Christus filius 15
 7 dei est. impleta est, ut reor, sponsio mea. uides ergo profecto, haeretice, signum tibi de caelo datum, equidem non unum, sed multa et singularia. habes enim unum in apertione caeli, aliud in spiritus descensione, tertium in patris uoce. quae utique euidētissime omnia Christum deum esse declarant, quia eum et reseratio caelorum deum indicat et descensio 20
 super eum sancti spiritus deum adprobat et adlocutio patris deum esse confirmat. neque enim uel caelum nisi domini sui honore patuisset uel spiritus specie corporali nisi super dei filium descendisset nec pater filium nisi uere filium declarasset, praesertim cum his diuinae natiuitatis significationibus, quae 25
 8 non solum ueritatem piae fidei confirmarent, sed etiam prauitatem impiae opinionis excluderent. ineffabili enim diuini dicti magnificentia cum expresse ac significanter dixisset pater hic est filius meus, addidit etiam illud quod consecutum est dilectus scilicet et in quo mihi complacui. utique sicut 30

1 ei *om. M* 3 et *om. M* 4 et uox . . . 5 dicens *om. M* 5 de ante Christo *om. M* 8 consecuta *Mpv* 9 haec facta sunt *Mv* 10 est *om. M* pro hunc sp̄s *M* 12 ergo] enim *M* 15 est post dei *om. M* uide *M* ergo profecto haeretice *om. M* 16 hereticae *N* et quidem *Mv* 17 sed] sed et *pv* 18 in ante spiritus *om. N¹* 20 eum] cum *N¹* tum *N²* 21 alloquutio *M* 24 nisi uere filium *om. N* (*non p*) 27 ineffabilis *Np* ineffabilem *M* 28 magnificentiam *M* 29 meus] meus dilectus *N* (*non p*) 30 et *om. Mv* uti *M*

per prophetiam deum fortem et deum magnum iam praedi-
 cauerat, ita hic dicens filius meus dilectus in quo mihi
 conplacui super proprii filii sui nomen etiam dilecti et com-
 placiti sibi filii nomen adiecit, ut proprietatem diuinae uidelicet
 5 naturae nominum significaret adiectio et id ad honorem filii
 dei peculiariter pertineret, quod nulli omnino homini con-
 tigisset. itaque sicut illa propria ac peculiaria in persona do- 9
 mini nostri Iesu Christi fuerunt, quod caeli aperti sunt, quod
 eum deus pater cunctis uidentibus per aduentantem atque
 10 astantem columbam quasi manu quodammodo sua tetigit et
 quasi digito indicante monstrauit dicens hic est filius meus,
 ita illud quoque proprium ei ac singulare, quod peculiariter
 dilectus et peculiariter patri conplacitus nominatur, ut pecu-
 liarem utique naturae significationem peculiaria additamenta
 15 monstrarent et proprietatem unigeniti filii etiam cognominum
 proprietatem confirmaret, quam iam honor signorum praecedentium
 comprobasset. sed iam libelli istius finis sit. neque enim hoc 10
 dictum dei patris aut augeri humanis sermonibus aut exaequari
 potest. nobis de domino nostro Iesu Christo filio suo satis
 20 per se ipse deus pater idoneus testis est, dicens: hic est filius
 meus. tu si contradicendum his dei patris uocibus putas, illi
 a te necesse est contradici, qui eum euidentissima declaratione
 filium suum esse ab omni mundo fecit agnosci.

1] cf. Esai. 9, 6.

1 prophetam *Mv*: cf. *V*, 9, 5 dñm magnum *N* 2 mihi *om.* *Np*
 3 insuper *a* etiam . . . 4 nomen *om.* *Npav* 4 scilicet *M* 5 et ad-
 iectio et *p* 6 peculiariter *M*¹ contegisset *M*¹ 7 itaque sicut . . .
 8 fuerunt *cm.* *M* 9 adque *M* 12 ei est ac *p* peculiariter *M*¹ 13 dilec-
 tus et peculiariter *om.* *M* 16 quamquam iam *M* 17 dictum hoc *Mv*
 18 patris dei *M* exuari *M* 23 omⁿⁱ (ⁿⁱ *add. m. 2*) *N* agnosci. Explicit
 de incarnatione xp̄i liber tertius: . Incipit eiusdem liber quartus *N* Ex-
 plicit liber tercius. Incipit liber quartus *Mp*

LIBER QUARTUS.

I. Consummatis libellis tribus quasi fidelissimis atque opulentissimis testibus, utpote quorum ueritas non humanis tantum, sed etiam diuinis testimoniis locupletata est, sufficere quidem nobis ad causae probationem per diuinam auctoritatem abunde poterant, cum ipsa per se utique causae suae auctoritas diuina sufficiat. sed tamen quia plena est his testimoniis sacrorum uoluminum series, ubi tot testes sunt quot sententiae, immo ubi ipsa scriptura sacra quasi unum quodammodo diuini oris est testimonium, accumulanda quaedam adhuc putauimus non pro necessitate approbationis, sed pro facultate rerum et copia, ut, quidquid necessarium non esset defensionis, totum proficeret ornatui. ergo quia superioribus libris dominum Iesum Christum non propheticis tantum atque apostolicis, sed etiam euangelicis atque angelicis testimoniis, cum in carne atque in terra esset, deum probauimus, nunc eum qui in carne natus est etiam ante carnis susceptionem deum semper fuisse monstremus, ut intellegas consentientibus et quasi conclamantibus sibi diuinorum uoluminum testimoniis eundem te post natiuitatem corpoream et hominem debere credere et deum, quem ante natiuitatem corpoream tantum deum, et quem post editionem uirginis in corpore deum, eundem ante partum uirginis uerbum deum. disce ergo primum ab apostolo totius mundi magistro eum qui est sine exordio, deum, filium dei, in fine mundi, id est in temporum plenitudine filium hominis factum esse. ait enim: at ubi uenit plenitudo temporum, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. dic mihi ergo nunc: antequam dominus Iesus Christus ex matre Maria

26] Gal. 4, 4.

2 Consummatis *p* fidelissima *N* 6 poterat *M* utique per se *Mv* suae *om.* *Np* 7 hic *Np* is *M* 8 quod *N*¹ 9 ipsa *om.* *N* (*non p*) 12 quicquid *p* necessarium *om.* *M* 13 ornatu *M* 16 etiam manente carnis suscepcione *M* 17 monstrabimus *M* intelligas *Mp* 18 dñi-
corum *M* 19 te *om.* *Np* in natiuitate corporea *Mv* 21 quem *om.* *M* 26 temporis *Mv* 28 nunc *om.* *M* Christus *om.* *M* matre *om.* *N* (*non p*)

nasceretur, habuit deus filium aut non habuit? negare non potes quin habuerit. neque enim unquam aut sine patre filius aut sine filio pater, quia, sicut ex patre filius, ita ex filio pater dicitur.

5 II. Uides ergo quod dicente apostolo: misit deus filium suum, suum utique, suum, ut ipsius apostoli uerbis utar, suum filium deus misit. neque enim aut alienum aliquem filium misit, quia suum misisse dicitur, aut omnino mittere potuit, si non erat qui mitteretur. misit ergo inquit filium suum factum
 10 ex muliere. ergo et quia misit eum, misit qui erat, et quia suum misit, non alienum utique, sed suum misit. ubi ergo 2 illud est nunc tuum calliditatis terrenae argumentum: nemo anteriorem se parit? numquid eum non antiquior Maria dominus? numquid non antiquior filiae hominis dei filius? 15 numquid non antiquior denique homine ipso deus, cum utique nullus hominum non ex deo? uides ergo quod non solum antiquiorem se Maria peperit, non solum, inquam, antiquiorem se, sed auctorem sui, et procreans procreatorem suum facta est parentis parens, quia quam promptum utique fuit deo natiuitatem homini tribuere, tam promptum sibi, quam facile ut
 20 hominem nasci faceret, tam facile ut ipse ex homine nasceretur. neque enim circumscripta est in persona sui potestas dei, ut, 3 quod ei in omnibus licet, non liceat in se, et qui utique in natura deitatis ipsius id habet ut omnia possit deus, in sua 25 tantum persona id non habeat ut sit in homine deus. sequestratis ergo ac repudiatis friuolis et caducis terrenarum argumentationum stoliditatibus simplici tantummodo testificationi ac nudaē credendum est ueritati et his tantum de deo testibus fides accommodanda, quos deus misit et in quibus ipse de se
 30 ut ita dixerim praedicauit. aequum est enim ut de agnitione 4 illius ipsi credamus, cuius scilicet totum est quod de eo noui-

1 qui negare *M* 3 ex filio] hinc autem (*i. e.* incaute) propter filium debuisti dicere non ex filio *margo N* 6 siū utique *M* suum ut] filium ut *av* uerbi *N* 14 filia* (*e ut uid. eras.*) *N* filię *p* filio *M* filia *v*: *cf. VII, 6, 6* 15 ipse *M* 19 parientis *N*¹ parens *bis scriptum in M* 22 sua *v* 23 omnibus *Npav*: hominibus *M* 25 habet *Np* deus in homine *Mv*

mus, quia agnosci utique deus ab homine non potuit, nisi agnitionem sui ipse tribuisset. et ideo iustum est ut ei totum credamus de eo quod scimus, cuius est omne quod scimus, quia, si ei non credimus a quo scimus, fit ut omnino nihil sciamus, dum ei non credimus per quem scimus.

III. Itaque quia superiore testimonio patuit, quod deus filium suum miserit et is filius hominis factus sit qui semper dei filius fuit, uideamus an idem apostolus alibi simile aliquid testimonio huic dixerit, ut lucens iam per se ueritas duplicata testimoniorum luce plus luceat. ait ergo idem apostolus: misit 2 deus filium suum in similitudine carnis peccati. uides utique apostolum non casu aliquid aut inconsiderata uoce dixisse, ut id quod semel dixerat praeteriret, quia scilicet nec cadere in eum casus aut inconsiderantia poterat, in quo plenitudo diuini consilii et sermonis habitabat. quid ergo ait? misit 10 deus filium suum in similitudine carnis peccati. idem iterat, idem inculcat dicens: misit deus filium suum. eximius utique et admirabilis magister, sciens in hoc totum penitus catholicae sacramentum fidei contineri, ut natus in carne dominus et missus esse in hunc mundum dei filius crederetur, hoc etiam atque etiam clamat dicens: misit deus 20 filium suum. nec mirum si id ille ad euangelizandum dei aduentum peculiariter missus sic praedicauit, cum id etiam ante legem lator legis ipse clamauerit dicens: obsecro, domine, prouide alium quem mittas, quod in Hebraeorum uoluntatibus multo euidentius legitur: obsecro, domine, mitte quem missurus es. pius utique propheta et totius in se generis humani affectum habens eum, qui mittendus a patre ad redemptionem ac salutem omnium erat, ut quam celerrime mitteretur, quasi totius a deo patre humanae carnis uocibus 30

10] Rom. 8, 3. 24] Ex. 4, 13 (LXX).

4 nihil] non *M* 7 misit et est *Mv* his *Np* 9 huic testimonio *p*
 super se *M* 11 similitudinem *Np* 13 praeteriraet *M* qui *N*¹
 15 quid] qui *av* 16 similitudinem *Mp* 16 et 17 item *M* 17 itte-
 rat *N* 18 ammirabilis *Np* totum] tantum *p* 19 poenitus *N* 23 sic]
 sit *N* ut missus sit *p* 25 ebreorum *M* 27 misurus *N*

postulabat dicens: obsecro, domine, mitte quem mis-
 surus es. misit ergo inquit deus filium suum in simili-
 tudine carnis peccati. bene, cum missum eum in carne 4
 diceret, peccatum ab eo carnis exclusit. misit enim inquit
 5 deus filium suum in similitudine carnis peccati, hoc
 est, ut in uera carnis susceptione agnosceretur ueritas non
 fuisse peccati, et quantum ad corpus ueritas intellexeretur,
 tantum ad peccatum similitudo peccati, quia, cum omnis caro
 peccatrix sit, ille autem sine peccato carnem habuerit, simili-
 10 tudinẽ peccatricis carnis in se habuit, dum in carne esset,
 ueritate autem peccati caruit, quia sine peccato fuit. misit
 ergo inquit deus filium suum in similitudine carnis
 peccati.

III. Uis scire quam bene hoc apostolus praedica-
 15 quemadmodum hoc in os apostoli quasi ex ipsius dei ore de-
 fluxerit, dicente domino: non enim misit deus filium suum
 in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mun-
 dus per ipsum. ecce ipse, ut uides, dominus missum se a
 deo patre ad salutem humani generis protestatur. quodsi eui-
 20 dentius declarandum putas, quem filium ad saluandos homines
 deus miserit, quamuis proprius atque unigenitus filius non nisi
 unus sit et, cum filium suum misisse dicitur, unigenitum
 utique suum misisse monstretur, audi tamen Dauid prophetam
 eum, qui ad salutem humanam missus sit, euidentissime de-
 25 signantem. misit, inquit, uerbum suum, et sanauit eos. 2
 numquid uertere hoc ad carnem potes, ut dicas ad sanandum
 humanum genus hominem tantum a deo missum? non potes
 utique. reclamationem enim tibi cum omnibus scripturis sacris

16] Ioh. 3, 17. 25] Ps. 106, 20.

1 domine] d. *M* 2 inquit *om. M* similitudinẽ *Mp* 3 bene cum
 . . . 5 carnis peccati *om. M* 4 diceret *ex dixerat N* 5 similitudinẽ *Np*
 6 ut *om. M* 7 intelligitur *M* 12 deus filium suum *om. M* simili-
 tudinẽ *NMp* 14 hoc *om. M* hoc apostolus hoc *p* praedicauerit *M*
 17 in mundo *N¹* mundum] mundo *N¹* 19 patre deo *p* 21 uni-
 genitus dei filius *Mv* 23 misisse *N* monstratur *Mp* 28 scripturis
 sacris omnibus *M*

Dauid propheta dicens: misit uerbum suum, et sanauit eos. uides ergo ad sanandos homines uerbum missum esse, quia, licet per Christum sanitas data sit, uerbum tamen dei in Christo fuit quod per Christum cuncta sanauit: ac sic unito per sacramentum incarnationis Christo et uerbo dei factus est
 3 Christus et uerbum dei unus ex re utraque filius dei. quod utique apostolus Iohannes declarare aperte uolens misit, inquit, deus filium suum saluatorem mundi. intellegis quomodo inseparabili conexione deum hominemque coniunxerit. Christus enim, qui ex Maria natus est, saluator absque dubio appellatur
 10 secundum illud: quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. hic autem ipsum quod missum est uerbum dei saluatorem nominat dicens: misit deus filium suum saluatorem mundi.

V. Patet itaque quod per sacramentum uniti cum homine
 15 uerbi dei et uerbum, quod ad saluandum missum est, saluator dicitur, et saluator in carne natus per uerbi utique consortium dei filius nuncupatur, ac sic indiscreta utriusque nominis maiestate, quia unitus est cum homine deus, quidquid est homo et deus, totum penitus nuncupatur deus. et ideo idem apostolus
 20 bene subdidit dicens: quisque crediderit quoniam Iesus est filius dei, deus in illo manet et caritas dei in eo
 2 perfecta est. illum uere praedicat credere, illum plenum diuina asserit caritate, qui Iesum filium dei credit. filium autem dei uerbum dei esse testatur, ac per hoc unum atque idem
 25 penitus uult intellegi unigenitum uerbum dei et Iesum Christum filium dei. nis autem plenius scire, quamuis Christus secundum carnem uere ex homine homo natus sit, tamen propter ineffabilem sacramenti unitatem, qua unitus cum deo homo est, nullam penitus inter Christum et uerbum esse distantiam? 30

7] I Ioh. 4, 14. 11] Luc. 2, 11. 21] I Ioh. 4, 15 et 12.

4 ac si *M* 6 ex utroque *M* 9 conexione *Mp* · coniunxit *M*
 11 quia] quod *M* 12 qui est *om.* *Np* 15 petet *N¹* 18 discreta
Npa: cf. cap. 8 fin. 19 quicquid *p* 21 quisquis *N^{2v}* qui *M*
 25 uerbum dei *om.* *M* 26 intelligi *Mp* uerum *M* 27 filium
 eius dei *p¹*

audi dominicum euangelium, immo potius audi ipsum de se 3
dicentem deum. haec est, inquit, uita aeterna, ut co-
gnoscant te solum uerum deum et quem misisti Ie-
sum Christum. superius audisti uerbum dei ad sanandos
5 homines missum esse, hic autem audis eum qui missus sit
Iesum Christum esse. separa hoc, si potes, cum uideas tantam
unitatem Christi et uerbi esse, ut non solum unitum cum
Christo uerbum, sed etiam propter unitatem ipsam Christus
iam uerbum esse dicatur.

10 VI. Sed parum hoc elucere forsitan putas, non quia parum
luceat, sed quia infidelitas tenebrosa semper ipsa sibi etiam
in luce tenebras facit. audi itaque paucis sermonibus omne
hoc unitatis dominicae sacramentum apostolum complectentem.
unus, inquit, dominus noster Iesus Christus, per quem
15 omnia. Iesus bone, quanta est auctoritas in uerbis tuis. tua
enim sunt quae a tuis per te dicuntur. ecce ut hoc apostoli
dictum in paucis quanta complectitur. unus, inquit, dominus
noster Iesus Christus, per quem omnia. numquid ad
20 praedicandum tanti mysterii sacramentum aliqua circuitione
uerborum usus est, aut id, quod intellegi a nobis uoluit, longae
orationis narratione tractauit? unus, inquit, dominus noster
Iesus Christus, per quem omnia. simplici tantum et breui 2
elocutione arcanum tantae maiestatis edocuit, hac scilicet fiducia,
qua sciebat sermonem suum in negotio dei longis argumen-
tationibus non egere et fidem dictis suis diuinitatem dare.
25 sola enim ad dictorum confirmationem rerum sufficit demon-
stratio, quando probatio in auctoritate dicentis est. unus ergo
inquit dominus Iesus Christus, per quem omnia. con-
sidera ubi hoc de uerbo patris legeris quod de Christo legis.

2] Ioh. 17, 3. 14] I Cor. 8, 6.

1 euuangelicum *p* 3 uerum *om.* *Np* missisti *N* 7 ut] et *p*¹
cum *om.* *M* 11 in ipsa sibi luce etiam tenebras *M* 12 lucet *N*¹
15 Ihf *N* Iesu *Mpv* 16 ut *om.* *pv* 17 in] quam *Mv* 18 noster
om. *Mv* 19 misterii *Mp* circuitione *M* 20 intelligi *Mp* longa *M*
23 archanum *Np* archarum *M* ac *N*¹ 24 quia *M* 26 a addictorum
(sic) *N*

omnia, inquit euangelium, per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. apostolus dicit per Christum
 3 omnia, euangelium dicit per uerbum omnia. numquid repugnant sibi sermones sacri? non utique, sed unum atque
 eundem intellegi uolunt et apostolus Christum, per quem omnia
 5 creata dixit, et euangelista uerbum, per quod omnia facta esse memorauit. audi, inquam, quid ipse de se dei uerbum deus pronuntiauerit. nemo, inquit, ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo, et iterum: si uideritis, inquit, filium hominis ascendentem
 10 ubi erat prius? filium hominis in caelo fuisse dixit, filium hominis e caelo descendisse memorauit. quid est? quid musitas? negato hoc, si uales. sed rationem dicti quaeris? non reddo interim. deus hoc dixit, deus locutus est: mihi uerbum illius summa ratio est. remoueo argumenta, remoueo disputationes:
 15 sola mihi ad credulitatem sufficit persona dicentis. non licet mihi de fide dicti ambigere, non licet deliberare. quid mihi quaerere quomodo uerum sit quod deus dixit, cum dubitare non debeam, quin uerum sit quod deus dixerit? nemo, inquit, ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit,
 20 filius hominis qui est in caelo. uerbum utique patris semper in caelo fuit. et quomodo ille filium hominis semper in caelo fuisse memorauit? intellege ergo quod eum filium hominis esse docuit, qui semper dei filius fuit, cum utique eum, qui filius hominis nuper extitit, in caelo semper fuisse confirmet. huc accedit maius aliud, quod eundem filium hominis,
 25 id est uerbum dei, quod descendisse de caelo dixit, etiam tunc, cum in terra loquitur, in caelo esse testatur. nemo enim inquit ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit,

1] Ioh. 1, 3. 8] Ioh. 3, 13. 10] Ioh. 6, 63.

3 numquit *M* 5 intelligi *Mp* uoluit *Mpv* 7 memorauit. Oportuerat itaque quisquis es. O audi *M et edd. ante Cuyckium* quod ipsum *M* uerbum dei *Mv* 8 pronunciarit *Mv* 10 inquit *N* 12 descendisse] fuisse *M* quid est quod *M* ^umasitas *N* mansitas *p* 13 negatu *M* 14 hoc locutus *av* 15 remouet *bis M* 17 deliberaret; *M* 19 deus *om. p* 23 intellige *Mp* 26 eundem *p* 27 dixit et dum in terra *M*

filius hominis qui est in caelo. quis, quaeso, est qui 6
 haec loquitur? Christus utique. ubi autem tunc erat cum
 loqueretur? in terra scilicet. et quomodo se et de caelo, cum
 natus est, descendisse, et cum loquitur, in caelo esse testatur,
 5 et eundem se filium hominis esse dicit, cum utique et e caelo
 nisi deus descendere non potuerit, et cum in terra loquitur,
 in caelo utique nisi per dei infinitatem esse non possit? ad-
 uerte ergo tandem et percipe, quod idem est filius hominis
 qui uerbum dei, quia et filius est hominis, dum ex homine
 10 uere nascitur, et uerbum dei, dum idem, qui in terra loquitur,
 manet semper in caelo. ac sic humanae est natiuitatis, quod
 filium se hominis uere dicit, diuinae autem infinitatis, quod e
 caelo penitus non recedit. et ideo bene apostolus instar diui- 7
 norum uerborum docens (qui enim, inquit, descendit, ipse
 15 est et qui ascendit super omnes caelos, ut impleret
 omnia) ipsum descendisse dicit quem ascendisse. descendere
 autem de caelo non potuit nisi uerbum dei, quod utique cum
 in forma dei esset, exinaniuit semet ipsum formam
 serui accipiens, in similitudine hominum factus, et
 20 habitu inuentus ut homo, humiliauit semet ipsum
 factus oboediens usque ad mortem, mortem autem
 crucis. descendit ergo de caelo uerbum dei, ascendit autem
 filius hominis: ipsum autem ascendisse dicit quem descendisse.
 ergo uides quod idem est filius hominis qui uerbum dei.

25 VII. Et ideo secundum diuini uerbi magisterium intrepide iam et incunctanter et filius hominis e caelo descendisse et dominus maiestatis crucifixus esse dicendus est, quia secundum suscepti corporis sacramentum et filius dei factus est filius hominis et in filio hominis crucifixus est. dominus maie-

14] Eph. 4, 10. 17] Phil. 2, 6—8.

2 hoc *Mv* 3 de] e *Mv* 5 ut eundem *p*¹ se *om.* *M* 6 poterit *M*
 7 per diuinitatem *Np* posset *M* auerte *p* 9 quia] qui *Np* hominis
 est *M* 11 semper *om.* *M* ac si *M* 12 filium se] filius *M* quo
 de *N* 15 qui et *M* 18 semed *M* 19 similitudinem *Mv* et *Uulgata*
 22 de] e *Mv* 24 est] et *Mv* 29 filius *om.* *M* et in filio hominis
om. *M*

statis. et quid plura? longum est de singulis multa dicere. dies enim me deficient, si omnia, quae ad hanc rem afferri possunt, conquirere aut explicare temptauro. reuoluenda enim hoc uolenti scriptura omnis ac relegenda est. nam quae sunt quae non pertineant ad hoc, cum omnia scripta sint propter
 2 hoc? breuiter ergo ac strictim nonnulla dici necesse est, ut dici possint, et enumeranda quaedam magis quam explicanda ac damnis ut ita dicam damna redimenda, cum propter hoc utique conueniat aliqua transcurri, ne necesse sit prope cuncta reticeri. uenit ergo inquit saluator in euangelio filius hominis saluare quod perierat, et apostolus fidelis, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quoniam Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed et Iohannes euangelista in propria, inquit, uenit, et sui eum non receperunt. uides
 3 ergo quod alibi scriptura filium hominis, alibi Iesum Christum, alibi uerbum dei in mundum uenisse praedicat. intellege itaque dissimilitudinem appellationum esse, non rerum, et in diuersa nominum specie unam esse uirtutem. nam licet uenisse in mundum nunc filius hominis, nunc dei nominetur, id est uerbum, unus tamen in utroque nomine designatur.

VIII. Nam cum utique secundum euangelistam is in mundum uenerit, per quem ipse factus est mundus, et is filius hominis factus sit, qui est mundi creator deus, non interest quid in singulis nominetur, qui deus in omnibus intellegitur. non praeiudicat enim diuinitati dignatio aut uoluntas sua, cum hoc utique magis diuinitatem ipsam conprobet, quia, quidquid uoluit, hoc fuit. ergo et quia uoluit in mundum uenit, et quia uoluit homo natus est, et quia uoluit filius hominis appellatus est. omnia enim haec sicut uocabula sunt, ita uirtutes dei. non inminuit in illo dissimilitudo nominis uim

10] Matth. 18, 11. 11] I Tim. 1, 15. 14] Ioh. 1, 11.

2 me *om. p* 3 temptauro *M* 4 uolentis *N* uolentibus *p* 6 ergo
 astrictim *p* 9 ne *p: om. NMv* 10 reticeri] reddici *M* euangelio uenit
 filius *M* 12 Iesus Christus *Mv* 19 speciae *N* 22 euangelista *N*
 23 is *om. Mv* 24 interest] in *M* 25 qui] quia *p* intelligitur *Mp*
 27 quicquid *p*

potestatis. quicquidlibet dictus fuerit, in cunctis unum est. sit licet in specie uocabulorum aliqua diuersitas, non est in uirtute nominum nisi una maiestas.

VIII. Uerum quia hactenus euangelicis uel maxime at-
 5 que apostolicis quasi nouis testibus usi sumus, nunc de prophetis ueteres proferamus, admiscentes interdum antiquis noua, ut intellegant omnes scripturam sacram uenturum in carne dominum toto quodammodo suo corpore quasi uno ore clamasse. ait itaque eximius ille et admirabilis tam munere dei
 10 diues quam testimonio, cui uni admodum contigit sanctificari antequam nasci, Hieremias propheta, hic est, inquit, deus noster, non reputabitur alius praeter eum. qui inuenit omnem uiam disciplinae, et dedit eam Iacob puero suo, et Israhel dilecto suo. post haec in terris
 15 uisus est, et cum hominibus conuersatus est. hic est ergo inquit deus noster. uides a propheta deum quasi manu 2 indice ostendi et quasi digito significante monstrari: hic est enim inquit deus noster. dic mihi ergo: quem deum his signis propheta tunc atque iudiciis demonstrabat? numquid-
 20 nam patrem? et quid necesse erat ostendi eum, quem se nosse omnes credebant? non enim Iudaei deum tunc ignorabant, qui sub dei lege uiuebant. sed id agebatur utique, ut filium dei deum noscerent. et ideo bene propheta eum, qui 3 omnem disciplinam inuenisset, id est legem dedisset, uidendum in terris, id est uenturum in carne dicebat, ut, quia
 25 eum qui legem dedisset deum esse Iudaei non dubitarent, eum qui in carne uenturus esset deum esse cognoscerent, cum eum utique, quem legislatorem deum crederent, uidendum inter

10] cf. Hierem. 1, 5. 11] Baruch 3, 36—38.

1 quicquidlibet <i>p</i>	2 speciae <i>N</i>	4 actenus <i>N</i>	5 nobis <i>Np</i>
6 uetera proferamur <i>M</i>	7 ammiscentes <i>Np</i>	8 quali <i>p</i>	9 ammirabilis <i>N</i>
10 ammodum <i>N</i>	11 nasci iheremias <i>M</i>	12 ieremias <i>p</i>	13 et <i>om. Np</i>
14 israhel <i>Mp</i>	15 inter homines <i>Mv</i>	16 est post conuersatus <i>om. M</i>	17 enim <i>om. Np</i>
18 enim <i>om. Np</i>	19 numquidnam <i>p</i>	20 omnes nosse <i>Mpv</i>	21 deum <i>om. p</i>
22 quia <i>v</i>	23 dei <i>om. Np</i>	24 deum <i>om. M</i>	25 eum bene propheta <i>M</i>

homines per susceptionem humanae carnis audirent, eodem ipso quoque per prophetam aduentum proprium pollicente: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. non reputabitur ergo inquit scriptura sacra alius praeter eum. pulchre hic propheta praeuidens peruersa dogmata omnem sensum haereticae peruersitatis exclusit dicens: non reputabitur alius praeter eum. hic est enim unus ex deo in deum natus, cuius iussionem uniuersitatis opus secutum est, cuius uoluntas rerum ortus est, cuius imperium mundi fabrica est, qui cuncta dixit, et facta sunt, cuncta mandauit, et creata sunt. hic ergo unus est ad patriarchas loquens, in prophetis manens, ex spiritu conceptus, natus ex uirgine, in mundo uisus, inter homines conuersatus, affigens ligno crucis chirographum peccatorum, triumphans in semet ipso aduersarias nobis inimicasque uirtutes, mortem occidens, resurgendi fidem omnibus tribuens, gloria sui corporis corruptionem humanae carnis interimens. uni ergo haec domino Iesu Christo peculiaria sunt, et ideo non reputabitur alius ad eum, quia unus in hac gloriae ac beatitudinis singularitate deus ex deo natus est. id ergo per prophetica doctrinam tunc agebatur, ut unigenitus a cunctis dei patris filius disceretur, et cum ad filium non reputari deum alterum audirent, unum utique in patre ac filio deum esse cognoscerent. post haec, inquit, in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est. uides quod euidenter hic aduentus domini ac natiuitas designatur. numquid enim pater umquam, qui non nisi filio tantum uisibilis esse legitur, aut in terris uisus aut in carne editus aut inter homines conuersatus est? non utique. intellegis ergo quod omnia haec de

3] Esai. 52, 6. 13] cf. Col. 2, 14.

2 quoque scriptura sacra per *M* 4 ergo inquit scriptura sacra *om. M* pulchre *p* pulchre hic . . . 7 praeter eum *om. M* 6 excludit *p* 8 iussione *Mv* uoluntas *p* 9 est post ortus *om. M* 12 uirgine Maria *v* 13 chirographum *M* cyrographum *p* 14 semet *M* 15 morte *v* fide *p* 16 corruptionem *p* 17 peculiari *N*¹ 18 hoc *N*^{1p} gloria *M* 19 per *om. Mv* 20 prophetica doctrina *Mv* 21 diceretur *Ma* 22 utique *ex* itaque *N* 24 et cum . . . conuersatus est *om. M* 25 ac diuinitatis *M* 26 nisi in filio *M* 27 inter in *N*

filio dei dicta sunt. nam cum et uidendum in terris deum propheta dixerit et alius praeter filium non sit uisus in terris, non de alio hoc absque dubio propheta dixit quam de quo dictum postea res probauit. cum enim uidendum utique deum
 5 dixerit, non de alio hoc uere dicere potuit quam qui uere postea uisus fuit. sed de hoc satis hactenus. nunc ad alia transeamus. labor, inquit Esaias propheta, labor Aegypti, et negotiatio Aethiopiae, et Sabaim uiri sublimes ad te transibunt, et tui erunt serui: post te ambulabunt,
 10 uincti manicis: et te adorabunt, teque deprecabuntur: quoniam in te est deus, et non est praeter te deus. tu es enim deus noster, et nesciebamus, deus Israhel saluator. quam bene sibi diuina semper scripta conueniunt. 7
 superior enim propheta dixit hic est deus noster, iste autem
 15 tu es deus noster. in illo utique diuina doctrina, in hoc humana confessio est. alter personam magistri docentis, alter personam populi confitentis explicuit. pone enim nunc docentem cotidie in ecclesia, sicut facit, Hieremiam prophetam ac dicentem de domino Iesu Christo: hic est deus noster: quid
 20 aliud utique responderet cuncta ecclesia, sicut facit, quam id quod alius propheta ad dominum Iesum dixit: tu es deus noster, ita ut bene praesenti confessioni etiam praeterita ignorantia possit adiungi dicente populo: tu es deus noster, et nesciebamus. bene enim hi, qui prius daemonicis superstitionibus occupati ignorabant deum, conuersi ad fidem pos-
 25 sunt dicere: tu es deus noster, et nesciebamus.

X. Quodsi ex Iudaeorum magis persona probari tibi id ipsum cupis, considera post infelicem illam ignorantiam et impiam

7] Esai. 45, 14—15 (LXX).

1 cum et uidendum *N²M²*: cum euidendum *N¹M¹* cum uidendum *p*
 et cum uidendum *v* 3 de ante quo] in *M* 6 fuerit *M* actenus *N*
 7 ysaias *p* egypti *Mp* 8 sabahim *M* 9 serui *om.* *Mv* (*Uulg.*)
 10 manicis pergunt et *Mav* (*Uulg.*) 12 isrl̄ *N* israhel *Mp* 14 iste
 . . . 15 noster *om.* *N* 16 aliter post est *p¹* 17 confirmantis *a* 18 quo-
 tidie *M* ieremiam *p* iheremia propheta *M* 19 dicente *N* 24 demo-
 niacis *p(v)* supersticionibus *M* 25 dicere possunt *Mv*

persecutionem conuertentes se ad fidem et agnoscentes dominum
 passim populos Iudaeorum, et uide an recte dicere possint: tu
 es deus noster, et nesciebamus. sed ego addo aliud, ut
 tibi hoc non ex confitentibus tantummodo Iudaeis, sed etiam
 negantibus probem. interroga enim eos qui perdurant adhuc
 in sacrilegio Iudaeos, an sciant uel credant deum: scire utique
 se et credere confitebuntur. at contra interroga an credant
 2 filium dei: negabunt profecto et blasphemabunt. uides ergo
 quod de eo propheta dixit, quem Iudaei et nescierunt semper
 et adhuc nesciunt, non de eo, quem utique et credere se putant
 et confiteri. et ideo bene hi, qui ex Iudaeis ad fidem post
 ignorantiam ueniunt, dicere possunt: tu es deus noster, et
 nesciebamus. recte enim hi, qui post ignorantiam credunt,
 nescisse se dicunt, quem adhuc non credentes se nescire con-
 tendunt. palam enim est quod eum nescisse se prius dicunt
 post ignorantiam confitentes, quem adhuc nesciunt denegantes. 15

XI. Labor, inquit, Aegypti, et negotiatio Aethiopiae,
 et Sabaim uiri sublimes ad te transibunt. in his diuer-
 sarum nationum uocabulis aduentum crediturarum gentium
 significari nemini dubium est. transisse autem ad Christum
 gentes negare non uales, utpote quae nomine Christianitatis in-
 depto non fide tantum ad dominum Iesum Christum, sed etiam
 ipso nomine transierunt, quia, cum idem quod sunt uocentur,
 factum est, quod erat fidei opus, uominis sacramentum. ad te,
 inquit, transibunt et tui erunt et post te ambulabunt
 2 uincti manicis. sicut sunt uincula coheretionis, ita sunt uin-
 cula caritatis secundum illud quod ait dominus: attraxi eos in
 uinculis caritatis. uere enim magnae sunt haec uincula et in- 25

17] Esai. 45, 14. 24] l. c. 27] Osee 11, 4.

1 conuertens se *M* deum *Mv* 2 populum *M* ut uideant recte *M*
 3 ut *om.* *M* 4 tantummodo *M* 5 ex negantibus *Mpv* probemus *M*
 7 at] ut *N* 9 eo] hoc *M* eo hoc *pv* et *om.* *M* 11 hii *p*, *item*
infra 13 ignorantia *N* 15 se *om.* *M* 16 ignorantia *N* 17 egipti *p*
 aethiopiae *N* 19 aduentus creditur harum *M* 21 indēpto *Mp* 23 quia]
 que *M* 25 et *ante* post *om.* *Mv* 26 manicis pergent *Mv* (*Uulg.*)
 coheretionis *scripsi*: cohertionis *N* cohercionis *p* coercionis *M* 27 atraxi *p*
 28 uinculas *M* magna *Mpv*

effabilis caritatis, quibus qui alligantur, gaudent catenis suis. uis
 scire hoc uerum esse? audi apostolum gaudentem et exultantem
 uinculis suis, cum ait: obsecro ergo uos ego uinctus in
 domino, et illud: obsecro te, cum sis talis ut Paulus
 5 senex, nunc autem et uinctus Christi Iesu. uide quan-
 tum gaudebat uinculorum suorum merito, quorum etiam alios
 prouocabat exemplo. non dubium est autem, in quibus unus
 est domini amor, unum esse dominicae uinculationis affectum
 secundum illud: multitudinis autem credentium erat
 10 cor et anima una. te, inquit, adorabunt teque depreca- 3
 buntur, quoniam in te est deus, et non est praeter te
 deus. dictum prophetae euidenter apostolus exposuit dicens:
 quoniam deus erat in Christo, mundum reconcilians
 sibi. in te ergo inquit est deus, et non est praeter te
 15 deus. bene propheta dicens in te est deus non tantum eum
 qui praesens esset, sed etiam eum qui esset in praesente
 monstrauit, habitantem scilicet ab eo in quo habitaret natu-
 rarum significatione, non unitatis abnegatione distinguens.

XII. Tu es, inquit, deus, et nesciebamus, deus Isra-
 20 hel saluator. quamuis multis iam scriptura et euidentibus
 signis de quo loqueretur ostenderit, expressit tamen mani-
 festissime in saluatoris nomine Christi nomen, quia idem sal-
 uator utique qui Christus, dicente angelo: quia natus est
 uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Iesum 2
 25 enim Hebraice saluatorem interpretari nemini dubium est, sicut
 angelus sanctae Mariae uirgini protestatur dicens: et uocabis

3] Eph. 4, 1. 4] Philem. 9. 9] Act. 4, 32. 10] Esai. 45, 14.
 13] II Cor. 5, 19. 14] Esai. 45, 14. 19] I. c. 15. 23] Luc. 2, 11.
 26] Matth. 1, 21.

1 cenis *N* in catenis *M* catenis suis *om. p* 2 apostolum Paulum
Mpv 3 in uinculis *Mp* 5 senes *M* uides *v cf. Inst. VI, 15, 1*
 8 amor dei *M* 10 cor unum *pv* 11 est *ante praeter om. N* 12 apo-
 stolus euidenter *Mpav* 14 est *ante praeter om. N¹* 16 praesenti *pv*
 17 naturae significationem *M* 18 non unitatis abnegatione *om. M*
 19 *isrl̄ N* *israel Mp* 20 scripturae *Np* 21 ostenderit *M*: osten-
 deret *Npv* 25 enim *om. M* ebraice *M*

nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. ac ne forte eum hoc modo saluatorem diceres praedicatum quo de aliis dictum est: et suscitauit eis dominus saluatorem Othonihel filium Cenez, et iterum: et suscitauit eis saluatorem Aoth, filium Gera, adiecit: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. non est autem humanae opis redimere populum a captiuitate peccati, quod illi soli utique possibile est de quo dictum est: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. ceteri enim non suum populum, sed dei, et non a peccatis, sed ab hostibus saluauerunt.

XIII. Tu es ergo inquit deus noster, et nesciebamus, deus Israhel saluator. quos magis hoc putas dicere, quibus hoc magis aestimas conuenire, Iudaeis, an gentilibus? si Iudaeis, Iudaei utique Christum non cognouerunt secundum illud: Israhel autem me non cognouit, et populus meus me non intellexit, et illud: et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognouit: in propria uenit, et sui eum non receperunt. si autem gentibus, palam est quod Christum gentilitas idolis occupata nesciuit. quamuis illa nec patrem scierit: sed tamen etiamsi nunc nouit, non nisi per Christum tamen nouit. uides ergo quod, siue ex gentibus sit credens populus siue ex Iudaeis, bene pro se uterque dicit: tu es deus noster, et nesciebamus, deus Israhel saluator, quia et gentes colentes prius idola ignorabant deum, et Iudaei negantes dominum ignorabant filium dei. ac per hoc bene de Christo tam illi quam isti dicunt:

3] Iud. 3, 9. 5] l. c. 15. 6] Matth. 1, 21. 9] Ioh. 1, 29.
12] Esai. 45, 15. 16] Esai. 1, 3. 17] Ioh. 1, 10—11. 24] Esai. 45, 15.

2 eum] cum *N*¹ tu *N*² 4 othomel p 5 eis dñ *M* eis dominus v
7 est *om.* *M* opis *pv*: opus *N* opes *M* nature opus *N*² 8 soli illi p
9 ecce *ante* qui *om.* *M* 10 peccata *pv* 12 es *om.* *M* 13 isrl̄ *Np*
israhel *M* putas hoc *Mv* 14 magis hoc p extimas *M* con-
uenisse *Mv* an gentibus *Mv*: *cf.* III, 9, 3, 10, 1 16 israhel *Mp*
autem *om.* *M* 17 ne *om.* *pv* 20 gentilitas christum p 21 sciret *M*
nunc cognouit p 22 non nisi . . . nouit *om.* *M* 25 isrl̄ *N* israhel *Mp*
ydola p

tu es deus noster, et nesciebamus, quia tam illi nesciebant deum qui non credebant, quam illi qui dei filium denegabant. si ergo Christus credendus est, ut ueritas loquitur, 3
 ut diuinitas protestatur, ut Christus denique ipse praedicat, qui
 5 utrumque est, quid interserere te, infelix furor, inter Christum
 et deum niteris? quid separare corpus suum a filio dei appetis
 et ipsum a se deum diuidere conaris? unita discindis et con-
 iuncta discernis. uerbo dei de deo crede: nulla enim re melius
 confiteri diuinitatem dei omnino poteris, quam si ipsa eam,
 10 qua ipsa se diuinitas docuit, uoce fatearis. scito etenim iuxta
 prophetam, quia dominus ipse est deus, qui inuenit omnem
 uiam disciplinae, qui utique et in terris uisus est et inter
 homines conuersatus est. ipse lumen fidei mundo intulit, ipse 4
 lucem salutis ostendit. deus enim dominus, et inluxit
 15 nobis. hunc ergo crede, hunc dilige, hunc confitere, quia,
 quando ei ut scriptum est omne genu flectet, caelestium,
 terrestrium et infernorum, et omnis lingua confite-
 bitur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei
 patris, uelis nolis, negare non poteris, quia dominus Iesus
 20 Christus in gloria est dei patris. haec enim perfectae con-
 fessionis perfecta uirtus est, deum ac dominum Iesum Christum
 semper in dei patris gloria confiteri.

LIBER QUINTUS.

I. Diximus libro primo haeresin illam Pelagianae haereseos
 25 discipulam atque imitatricem id omnibus modis temptasse atque

14] Ps. 117, 27. 16] Phil. 2, 10—11.

2 illi dei filium qui *M* 3 negabant *Mav* ut] et *p*¹ 5 deum et
 Christum *Mv* 7 discindis] dissecans *M* 8 discernens *M* credere *N*¹*M*¹
 9 quam ut ea ipsa qua se *M* 10 scitote enim *Nv* scito enim *p*: *cf.*
II, 7, 3 12 et *post* utique *om.* *Np* 13 est *om.* *M* in mundum *Mv*
 15 huic ergo *Np* huic confitere *Np* hunc confitere hunc dilige *M*
 16 quandoque *p* genus *N* flectetur *Mpv* 17 et terrestrium *v*
 19 uelis nolis . . . 20 dei patris *om.* *Np* 20 Christus *om.* *M* perfecta
 confessio *M* 22 confiteri. Explicit liber quartus *NMp* Incipit de in-
 carnatione \widehat{xpi} liber .V. *N* Incipit liber quintus *Mp*

24 heresim *Mp* 25 discipulam *p* imitatricem id omnimodis *M*

pugnasse, ut dei filius, dominus Iesus Christus, natus ex uir-
 gine, homo tantummodo solitarius crederetur, et arrepta post-
 modum uirtutis uia id eum pie ac religiose uiuendo obtinuisse,
 ut dignus per hanc nitae sanctimoniam fieret cui se maiestas
 diuina sociaret, ac sic exclusa ab eo penitus sacrae originis
 dignitate sola ei tantummodo meritorum relinqueretur electio,
 id annitentes ntique ac laborantes, ut eo quasi in plebem om-
 nium misso et uelut in turbam humani generis aggregato id
 per bonorum actuum conuersionem mereri omnes homines
 posse dicerent, quidquid bene uiuendo ille meruisset: pestifera
 scilicet ac letalis assertio, quae et deo uera derogans et homi-
 nibus falsa promittens in ntroque nefandi esset damnabilisque
 mendacii, dum et sacrilegii iniuria denm afficit et homines in
 spem falsae praesumptionis inducit, peruersissima scilicet atque
 impiissima assertionem mortalitati donans quod non erat, deo
 tollens quod erat. huius ergo mortiferae ac perniciosae prauitatis
 haec quae nunc orta est recens haeresis quasi rediuuios
 quodammodo suscitans cineres in ueteribus famillis nonum mouit
 incendium: solitarium quippe hominem natum esse asserit do-
 minum Iesum Christum. et ideo quid necesse est ut requiramus,
 an in consequentibus eius peruersitatis sit quae est in capite
 ipso sceleris unius? superfluum quippe est expectare in poste-
 rioribus qualis sit, quae expectandi omnino causas iam in
 principio non reliquit. quae enim ratio est explorare, an in
 similitudinem superioris haereseos eadem promittat homini,
 quae, quod immanissimum scelus est, eadem tollit deo, ita ut
 paene impium sit, cum uideamus quid praecesserit, requirere
 quid sequatur? quasi uero aliqua in consequentibus causa afferri
 possit, qua se probet non esse impium qui negauerit deum.
 ait ergo, ut saepe iam diximus, noua haeresis, dominum Iesum

2 tantummodo *M* arrepta *Np* 3 pie religioseque *Mv* optinuisse *p*
 6 tantummodo *M* 7 eo] et *M* 8 uelud *Np* turba *M* 11 et ante
 deo *om. Np* 12 nefandi esset] execrabilis est *M* dampnabilisque *NMp*
 damnabilis *av* 13 sacrilegi *N* afficit *N* hominem *Mv* in spem *p*:
 in spe *M, om. N* 16 perniciosae ac mortiferae *Mv* 19 esse *om. p*
 22 expectare *p* fort. spectare et 23 spectandi *scribendum* 25 simili-
 tudine *M* homini *om. M* 27 pene *NMp* quid] que *p* 28 aliqua
 uero *p* 30 dñm nñm *p*

Christum hominem tantummodo solitarium ex uirgine natum esse, et ideo Mariam Christotocon, non theotocon esse appellandam, quia sit Christi mater, non dei. addit praeterea sacrilegae assertioni quam praua argumenta tam friuola, dicens: 5 nemo anteriorem se parit. quasi uero unigeniti dei natiuitas a prophetis praedicta, a saeculis praenuuntiata humanis sit tractanda aut aestimanda rationibus, aut uero ipsa, quisquis es, o haeretice, cui de partu suo calumniaris, uirgo Maria propriis hoc quod actum est egerit consummaritque uirtutibus, ut 10 ei in tanta re ac tanto opere imbecillitas obiciatur humana. si quid itaque in hac re per hominis opus actum est, humanas 4 quaere rationes: si autem totum, quod actum est, dei uirtus est, quid impossibilitatem spectas humanam, ubi efficientiam uides esse diuinam? sed de hoc tamen plenius postea. nunc 15 quod paulo ante ordiri coepimus exequamur, ut omnes sciant te in Pelagianis cineribus ignes quaerere et nouis sacrilegiorum flatibus fauillas ueteres excitare.

II. Dicis ergo Christum hominem tantummodo solitarium natum esse. hoc utique et illa quam in primo libro euidenter 20 ostendimus Pelagianae impietatis haeresis praedicauit, Christum hominem tantummodo solitarium natum esse. addis praeterea dominum ipsum omnium Iesum Christum theodochon imaginem appellandum, id est non deum, sed susceptorem dei, scilicet ut eum non propter se, quia sit deus, sed quia deum 25 in se suscipiat, honorandum putes. hoc utique etiam illa quam ante dixi haeresis asserebat, Christum non propter se colendum, uidelicet quia deus esset, sed quia bonis ac piis actibus deum in se habere meruisset. ergo uides Pelagianum te uirus uomere, 2 Pelagiano te spiritu sibilare. unde conuenit ut de te non tam

2 maria *N* christothocon *M* 3 addidit *M* 6 a ante prophetis
om. *N*¹ praedicata *M* 7 extimanda *M* 8 o] v *eras. in p* here-
 ticae *N* 9 consummaritque *NMp* 10 obicietur *N*¹ obiceretur *p*
 12 querere *p* 13 quod *M* expectas *M* 15 ordire *M* 16 pel-
 ginis *N*¹ ignis *N*¹ 19 euidenter *om.* *Np* 21 hominem uidelicet
 tantummodo *M* 22 deum *Np* theodochon *N* theotocon *Mp* ima-
 ginem] magis *Np* 23 sumtorem *a* 24 preter *N*¹ quia ante sit]
 quasi *Npa* 25 suscipiat *p*¹ putas *M(?)v*

iudicandum quam iudicatum esse uideatur, quia, cum eiusdem erroris sis, necesse est eiusdem quoque etiam damnationis esse credaris: ut non dicam interim illud, quod imperiali statuae deum comparans in tantam sacrilegii impietatem ac blasphemiam prorupisti, ut recte admodum etiam Pelagium ipsum, 5 qui paene omnes impietate uicerit, hac amentia uicisse uidearis.

III. Ais ergo Christum theodochon imaginem appellandum, id est non propter se eum, quia sit deus, sed quia deum in se suscepit honorandum. hoc modo ergo nihil inter eum et omnes qui fuerunt sanctos homines esse asseris, quia omnes 10 utique sancti homines deum in se habuerunt, siquidem et in patriarchis deum fuisse et in prophetis deum locutum non 2 ignoramus. omnes denique non dico apostolos, martyres, sed omnes quoque sanctos dei et seruos dei habere in se spiritum dei credimus secundum illud: uos enim estis templum 15 dei uiui, sicut dixit deus: quia inhabitabo in eis, et iterum: nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in uobis? et per hoc omnes hi theodochi sunt, ac sic hoc modo cunctos admodum Christo similes et deo pares 3 dicis. sed absit haec abominandi erroris impietas, ut facturae 20 suae factor, ut famulis suis dominus, ut terrenae fragilitati deus terrestrium et caelestium comparetur et haec ei ex beneficiis suis iniuria fiat, ut, quia habitatione sua dignatur hominem, idcirco idem quod homo esse dicatur.

III. Quin immo hoc inter illum interest et sanctos omnes, 25 quod inter habitaculum et habitatorem, quod utique ut habitetur non habitaculi est, sed habitatoris, in cuius scilicet arbitrio est et aedificatio habitaculi et usus, id est, uel ut, cum uelit, habi-

15] II Cor. 6, 16. 17] I Cor. 3, 16.

1 esse *om. p* 2 dampnationis *NMp* 4 dominum *av* tantam] tam *N*
 5 ammodum *N* ipsum *om. M* 6 impietates *M* 7 theodochon *N*
 theotocon *Mp* 13 martires *Mp* 14 et seruos . . . spiritum dei *om. M*
 15 enim *om. Mv* 16 dixi *M* deus dixit *av* quia *om. M* 17 spiri-
 tus dei] sp̄s sc̄i *p* 18 thodochi *N¹* theodochi *N²* theodoci *M* 19 am-
 modum *N* 20 abominandi *NMp* 22 terrestrium *M* caelestium et
 terrestrium *p* 23 qui *Nv* dignatus est *p* 25 imo *p* 27 licet *M*
 28 edificium *M* cum *om. M*

taculum ipsum facere, uel ut, cum fecerit, dignetur habitare.
 an experimentum quaeritis, inquit apostolus, eius qui
 in me loquitur Christi? et alibi: nescitis quia Christus
 Iesus in uobis est, nisi forte reprobi estis? et iterum:
 5 in interiorem, inquit, hominem habitare Christum per
 fidem in cordibus uestris. uides quid intersit inter doc- 2
 trinam apostolicam et blasphemiam tuam. tu in Christo deum
 uelut in homine habitare dicis: ille Christum ipsum in homi-
 nibus habitare testatur, quod profecto, ut tu ais, caro et sanguis
 10 facere non possunt, scilicet ut ex hoc ipso, quo eum deum tu
 esse denegas, deus probetur. nam cum eum, qui in homine
 habitat, deum non neges, necesse est ut eum, quem in homi-
 nibus habitare cognoscis, euidentissime deum esse credamus.
 omnes ergo siue patriarchae, siue prophetae, siue apostoli, siue
 15 martyres, siue denique sancti omnes habuerunt quidem in se
 deum et omnes filii dei facti sunt et omnes theodochi fuerunt,
 sed diuersa utique multo dissimilique ratione. omnes enim 3
 credentes deum filii dei sunt per adoptionem, unigenitus autem
 tantum filius per naturam. qui non ex materia aliqua est a
 20 patre genitus, quia omnis res et omnis rerum materia per uni-
 genitum dei filium est, non ex nihilo, quia ex patre, non quasi
 partus, quia nihil in deo uacuum atque mutabile: sed ineffa-
 bilitate atque inaestimabiliter deus pater in his, quae ingenita
 in se erant, unigenitum suum genuit, ac sic ab ingenito summo
 25 ac sempiterno patre unigenitus summus et sempiternus est
 filius, idem habendus in carne qui habetur in spiritu, idem
 credendus in corpore qui creditur in maiestate, quia nasciturus
 in carne non diuisionem aliquam aut discissionem sui fecit, ut
 se ex parte aliqua non nascente pars sui aliqua nasceretur aut
 30 aliquid in eo diuinitatis postea superueniret, quod in eo natum

2] II Cor. 13, 3. 3] l. c. 5. 5] Eph. 3, 16—17.

3 christi *p*: christus *NM* cf. III, 6 *fn.*, *Conl. I, 19, 2* 5 in interiorem
om. Np 6 quod *M* 10 eum] cum *N*¹ 13 cognoscimus *Mv* 15 mar-
 tires *p* 16 theodochi *N*¹ theotochi *N*² theodoci *Mp* 18 in deum *M*
 19 tantus *N*¹, *om. M* 22 partis *M* 23 inestimabiliter *M* 25 ac] et
Mv 27 quia] qui *M* 28 discissionem *M* sui fecit *ex* sufficit *N*
 30 aliquid *N* superueniret *M*

4 ex uirgine non fuisset. omnis enim iuxta apostolum, omnis
 in Christo plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter,
 non quia aliquando habitauerit et aliquando non habitauerit,
 nec quia postea fuerit et ante non fuerit. alioquin ad illam
 Pelagianae haereseos impietatem deuoluimur, ut dicamus ex 5
 certo tempore habitantem in Christo deum tunc in eum super-
 uenisse, quando ille uita et conuersatione id promeruerit, ut
 5 in se uirtus diuinitatis habitaret. hominum ergo, hominum
 sunt haec, non dei, ut, in quantum humana inbecillitas ualet,
 deo se humilient, deo se subdant, dei se habitaculum faciant 10
 et habere hospitem atque habitorem deum fide et pietate
 mereantur, quia, prout quis idoneus muneri dei fuerit, ita eum
 diuina gratia muneratur, prout quis dignus putatur deo, ita
 dei fruitur aduentu secundum illam domini promissionem: si
 quis diligit me, sermonem meum seruabit, et ego et 15
 pater meus ueniemus ad eum et mansionem apud
 6 eum faciemus. longe autem alia de Christo res atque ratio
 est, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corpo-
 raliter et qui ita diuinitatis plenitudinem in se habet, ut
 cunctis de sua plenitudine largiatur, qui inhabitante in se 20
 diuinitatis plenitudine ita ipse in singulis sanctorum habitat,
 prout eos dignos suo putarit habitaculo, et ita omnibus de
 plenitudine sua tribuit, ut ipse in plenitudine sua iugiter per-
 seueret: qui utique, etiam cum in corpore suo in terra esset,
 animabus tamen sanctorum omnium inerat, caelos, terras, mare, 25
 omnem denique uniuersitatem infinitate potentiae suae ac maie-
 statis implebat et ita totus in se ipso erat, ut eum tamen mundi
 uniuersa non caperent, quia, quamlibet magna sint et ineffabilia
 quae facta sunt, nulla tamen tam capacia et immensa sunt,
 quae ipsum possint capere factorem. 30

1] Col. 2, 9. 14] Ioh. 14, 23. 18] Col. 2, 9.

2 habitat *Mv* 4 antea *M* 5 diuoluitur *p* 6 tum *Mv* 7 prome-
 ruit *M* 10 se ante subdant *om. Nv* 11 ut habere *M* 12 muneri
scripsi: munere *codd. v* 14 domini illam *p* 19 quia ita *M* 29 ca-
 patia *N* 30 possent *p*¹ capere *N ex corr.*

V. Iste ergo est de quo propheta dicit: quoniam in te est deus, et non est praeter te deus. tu es enim deus noster, et nesciebamus, deus Israhel saluator, qui in terris utique postea uisus est, et cum hominibus conuersatus est. de quo etiam Dauid propheta ex persona ipsius dicit: de uentre matris meae deus meus es tu, ostendens utique quod numquam homo ille dominicus sine unitate dei fuerit, in quo in ipso statim uirginis utero plenitudo diuinitatis habitavit, sicut et alibi idem propheta ueritas, inquit, de terra orta est et iustitia de caelò prospexit, ut intellexeremus scilicet prospiciente de caelis filio dei, id est adueniente ac descendente iustitia natam esse de carne uirginis non phantasiam corporis, sed ueritatem. ipse est enim ueritas secundum illud ipsius testimonium ueritatis: ego sum ueritas et uita. ergo quia anterioribus libris ueritatem hanc, id est dominum Iesum Christum natum ex uirgine deum probauimus, nunc, ut libello abhinc proximo instituimus, eum, qui ex uirgine nasciturus esset, semper deum praenuntiatum esse doceamus. ait itaque Esaias propheta: quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius: quia in quo reputatus est ipse? uel, ut uerius atque euidentius in Hebraeo est, quia excelsus reputatus est ipse. pulchre autem dicens quiescite uerbo uim prohibentis inquietudinem persecutionis expressit. quiescite, inquit, ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. numquid non una eademque sententia et humani corporis susceptionem et dei locutus est ueritatem? quiescite, inquit, ab homine, quia excelsus reputatus est ipse. nonne

1] Esai. 45, 14—15. 3] Baruch 3, 38. 6] Ps. 21, 11. 9] Ps. 84, 12. 14] Ioh. 14, 6. 19] Esai. 2, 22.

2 deus praeter te *Np* 3 isrl̄ *N* israel *Mp* 4 est *om.* *Np* 8 in ante ipso *om.* *M* 9 habitaret *Mv* 10 intelligeremus *Mp* 11 de] e *Mv* 12 iustitiam *v* de *om.* *M*: e *v* 13 fantasiam *M* per fantasiam *p* enim est *p* 17 libellum *M* ex] de *M* 19 ysaias *p* 21 uel ut... 22 est ipse *om.* *M* 21 haebraeo *N* qua *p* 22 pulcre *Mp* 23 persecutionēs (*sic*) *N* 25 ipse est *Mv* 28 post homine *addunt* *Mv*: cuius spiritus in naribus eius (in naribus *bis scriptum in M*): *om.* *Np* recte, nam hic de Christo deo, infra de Christo homine disputatur

tibi, quaeso, palam alloqui persecutores domini uidetur, dicens: quiescite ab homine quem persequimini, quia hic homo deus est, et licet in humilitate humanae carnis appareat, in celsitudine tamen diuinae magnificentiae perseuerat? bene autem dicens propheta quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius certissima humani corporis significatione hominem demonstrauit, intrepide utique ac fiducialiter, utpote qui tam constanter ueritatem hominis assereret quam dei, quia haec fides uera est et catholica, credere dominum Iesum ita substantiam ueri corporis sicut ueritatem perfectae diuinitatis habuisse. nisi forte in illo aliquid ambigendum putes, quia excelsum pro deo posuit: cum utique hic mos scripturae sacrae sit excelsum pro deo dicere, sicut illud prophetae: dedit uocem suam excelsus, et mota est terra, et: tu solus excelsus super omnem terram, Esaias quoque: quia haec, inquit, dicit excelsus et sublimis, habitans aeternitatem: in quo manifeste intellegendum est, cum illic excelsum sine ulla adiectione dei posuerit, quod etiam hic deum in excelsi nomine nuncuparit. ergo quia euidenter per prophetam sermo diuinus dominum Iesum Christum et hominem et deum praenuntiauit, uideamus an ueteribus testimoniis etiam nunc conueniant et concordent noua.

VI. Quod fuit, inquit, a principio, apostolus Iohannes, quod audiuius, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae palpauerunt de uerbo uitae: et uita manifestata est, et uidimus, et testamur, et annuntiamus uobis uitam aeternam, quae erat apud patrem, et apparuit nobis. uides quemadmodum uetera recentibus roborentur et antiquam praenuntiationem nouae praedicationis confirmatio consequatur. Esaias dixit:

13] Ps. 45, 7. 14] Ps. 82, 19. 15] Esai. 57, 15. 23] I Ioh. 1, 1—2.

9 Iesum Christum *Mpv*: cf. VI, 23, 1. VII, 8, 1 15 isaias *p* qui
Mpv 16 inquit *om.* *Mv* 17 manifestum *N* intelligendum *Mp*
 19 propheta *N*¹ 22 concordant *N*¹ 23 inquit apostolus Ioannes, a
 principio *v*: sed cf. quae adnotati ad *Conl.* XXIII, 19, 2 28 quem-
 ammodum *N* 30 ysaias *p*

quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius,
 quia excelsus reputatus est ipse, Iohannes autem quod
 fuit, inquit, a principio, quod audiuius, quod uidimus
 oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostrae
 5 palpauerunt. ille persequendum a Iudaeis hominem esse 2
 dixit, hic palpatum hominem humanis manibus praedicaui:
 ille eundem, quem hominem adnuntiauerat, deum excelsum
 esse praedixit, hic eum, quem palpatum ab hominibus esse
 docuit, deum in principio semper fuisse memorauit. ergo cui-
 10 dentissimum est quod ambo dominum Iesum Christum et
 hominem manifestarunt et deum, quia eundem postea ho-
 minem quem semper deum, ac per hoc hominem et deum,
 quia hominem ipsum deum. quod fuit ergo inquit a prin-
 cipio, quod audiuius, quod uidimus oculis nostris,
 15 quod perspeximus, et manus nostrae palpauerunt
 de uerbo uitae: et uita manifestata est, et uidimus,
 et testamur, et adnuntiamus uobis uitam aeternam,
 quae erat apud patrem, et apparuit nobis. uides quot 3
 iudiciis, quot modis, quam uariis, quam multiplicibus di-
 20 lectissimus ille ac deuinctissimus deo apostolus sacramentum
 diuinae incarnationis insinuet: iam primum quod eum, qui
 in principio semper fuerit, uisum in carne esse testatur:
 deinde ne id, quod auditum ac uisum dixerat, parum incre-
 dulis uideretur, palpatum quoque, id est tactum atque trac-
 25 tatum tam suis quam ceterorum manibus confirmauit, bene
 utique per manifestationem assumptae carnis opinionem Mar-
 cionitici ac Manichaei erroris excludens, ne qui phantasia
 ab hominibus uisam crederet, cum palpatam corporis ueritatem
 a se apostolus praedicasset. deinde addidit uerbum uitae et 4
 30 uitam manifestam, hoc se uidisse, hoc adnuntiare, hoc pro-
 testari, simul scilicet et exsequens officium fidei et ingerens

1] Esai. 2, 22.

7 annunciarat *Mpv* 8 esse ante praedixit *om. M* 15 perspexi-
 mus *N* 18 et 19 quod *N¹p* quot modis quot iudiciis *M* 20 deuictis-
 simus (*add. m. 2*) *N* deuotissimus *a* 26 marchionitici *M* 27 mani-
 chei *NMp* qui *N¹p*: quis *N²Mv cf. I, 6, 2* fantasiam *M* 31 exsequens *Mp*

terrorem incredulitati, ut, cum ille utique protestaretur se
 praedicare, sibi imputaret periculum suum qui nolisset audire.
 annuntiamus, inquit, uobis uitam aeternam, quae erat
 apud patrem, et apparuit nobis: hoc, quod apud patrem
 semper fuit, hominibus apparuisse, hoc, quod in principio semper
 5 fuit, ab hominibus uisum esse, hoc, quod uerbum uitae sine
 5 exordio erat, palpatum humanis manibus esse docuit. uides
 quot modis, quam uariis, quam multiplicibus, quam indiuiduis,
 quam apertis ita sacramentum unitae cum deo carnis exposuit,
 ut nemo alterutrum dicere omnino possit, qui non utrumque 10
 memorarit. quod ipse quoque apostolus alibi euidentissime:
 Iesus enim, inquit, Christus heri et hodie, ipse et in
 6 saecula. hoc est illud utique quod superiore testimonio dixit:
 quod erat a principio, hoc manus nostrae palpauerunt:
 non quia palpari per se spiritus posset, sed quia uerbum sci- 15
 licet caro factum in homine quodammodo, cui unitum fuerat,
 palpabatur. et ideo idem Iesus heri et hodie, id est idem
 ante exordium mundi qui in carne, idem in praeterito qui in
 praesenti, idem quoque etiam in saecula, quia idem per omnia,
 qui ante omnia, et hoc totum dominus Iesus Christus. 20

VII. Et quomodo idem ante mundi ortum, qui nuper ortus?
 scilicet quia idem in homine nuper ortus, qui ante ortum
 omnium deus. et ideo Christus totum nominatur quod deus,
 quia tanta est Christi et dei unitas, ut nemo utique iam omnino
 possit uel Christum dicens non deum in Christi nomine dicere 25
 uel deum dicens non Christum in, dei nomine nuncupare. ac
 sic unito sibi penitus per maiestatem sacrae natiuitatis utrius-
 que substantiae sacramento, quidquid erat, scilicet homo et
 2 deus, factum est totum deus. unde apostolus Paulus uidens

12] Hebr. 13, 8.

1 errorem *Mp*¹ 3 uobis inquit *Mv* 7 erat] fuit uel erat *p* docuit
 esse *pv* 8 quod *N*¹ 9 unitate *N*¹ 11 memorarit *M*: memo-
 raret *Npv* euidentissime declarauit *p* 13 quo *N*¹ superiori *p*
 14 a] in *M* 15 palpari *xps* per se possit *M* spiritus per se *pv*
 16 cui] cum *p* 17 iesus christus *p* 23 nominatus *Np* 27 sic] si *p*
 28 quicquid *p*

reuelatis fidei oculis totum in Christo inexplicabilis maiestatis
 arcanum ita locutus est, inuitans ad referendam deo gratiam
 agnoscentes beneficia dei populos: gratias, inquit, agentes
 patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum
 5 in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum
 et transtulit in regnum filii dilectionis suae, in quo
 habemus redemptionem, remissionem peccatorum:
 qui est imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersae
 creaturae: quia in ipso condita sunt uniuersa in
 10 caelis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni,
 siue dominationes, siue potestates: omnia per ipsum
 et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnes, et
 omnia in ipso constant. et ipse est caput corporis
 ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mor-
 15 tuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in
 ipso conplacuit omnem plenitudinem habitare, et per
 ipsum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per
 sanguinem crucis eius, siue quae in caelis siue quae
 in terris sunt. numquid et hoc aliqua interpretationis ad- 3
 20 iectione indiget, cum tam copiose et euidenter expressum sit,
 ut in se non solum rerum fidem, sed etiam expositionis habeat
 claritatem? gratias enim agere nos patri iubet, magna utique
 causa agenda gratiae adiecta, quia dignos nos fecerit in por-
 25 tione sanctorum et ereptos de potestate tenebrarum transtulerit
 in regnum filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem,
 remissionem peccatorum, qui sit imago dei inuisibilis, primo-
 genitus uniuersae creaturae, quia in ipso ac per ipsum creata
 sint omnia, quorum utique sicut factor ipse, ita etiam guber-
 nator sit. et quid post haec? ipse est, inquit, caput cor-

3] Col. 1, 12-20.

1 explicabilis *p* 2 archanum *NMp* 3 populus *N*¹ 4 patri *om. M*
 in parte] portione *Mv* 7 et remissionem *M* redemptionem per san-
 guinem ipsius, remissionem *v* 12 ipse est ante omnes et omnia *om. M*
 17 reconciliari *Np* in ipsum] et in ipso *M* pacificare *M* 20 tam]
 ita *Mv* 23 causae *N* fecit *Np* in *om. Mv* 24 transtulit *p*
 25 habeamus *v* 26 et remissionem *v* 28 sunt *M* ita *om. M*
 29 capud *p*

poris ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex
 4 mortuis. resurrectionem quasi generationem scriptura nominat,
 quia, sicut generatio uitam creet, ita resurrectio generet ad
 uitam. unde etiam resurrectio ipsa regeneratio nuncupatur
 secundum illud domini testimonium: amen dico uobis, quod 5
 uos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum se-
 derit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis
 et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim
 tribus Israhel. ergo primogenitum ex mortuis eum dicit,
 quem superius inuisibilis dei filium atque imaginem praedicauit. 10
 quis autem imago inuisibilis dei nisi unigenitus, uerbum dei?
 et quomodo is resurrexisse ex mortuis dicitur, qui imago ac
 5 uerbum dei inuisibilis nominatur? et quid tamen adhuc additur?
 ut sit, inquit, in omnibus ipse primatum tenens, quia
 in ipso conplacuit omnem plenitudinem habitare, et 15
 per ipsum reconciliare omnia in ipsum, pacificans
 per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis siue
 quae in terra sunt. numquid indiget primatu uniuersorum
 creator omnium, aut primatu eorum quae a se facta sunt ipse
 qui fecit? aut numquid dici de uerbo potest, quod in eo, qui 20
 sit primogenitus ex mortuis, conplacuerit omnem plenitudinem
 habitare, qui utique unigenitus filius dei, uerbum dei ante
 uniuersarum rerum exordia, patrem inuisibilem in se habens
 ita prius omnem plenitudinem in se habuit, ut esset ipse
 6 omnium plenitudo? et quid postremo? omnia, inquit, paci- 25
 ficans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis
 sunt siue quae in terris. manifestauit utique apertissime
 de quo diceret, quem primogenitum ex mortuis nominasset.
 numquid enim per uerbi aut spiritus sanguinem reconciliata
 ac pacificata sunt omnia? non utique. neque enim in naturam 30

3 uita *N*¹ ad uitam *M* creat *pv* generat *pv* 4 generatio *M*
 9 isrl̄ *N* israel *Mp* 10 inuisibilis *M*: inuisibilem *Npv* 12 et *om.* *M*
 dicitur *M* ac] aut *M* 13 addetur *M* 14 in omnibus *om.* *Mv*
 16 reconciliari *p* omnia et in ipso pacificare *M* 17 caelis sunt siue *M*
 18 primatũ *M* 19 primatum *N*¹*M* principatu *p* 20 quod] ut *M*
 21 ex mortuis . . . 22 unigenitus *om.* *p* 22 dei et uerbum *M* 23 uni-
 uersa *Mpv* 25 omnia|nia *N* 27 terra *Mv*

cadere impassibilem res ulla potuit passionis aut fundi sanguis ualuit nisi hominis aut mori alter quam homo: et tamen idem, qui in sequentibus mortuus dicitur, idem superius imago dei inuisibilis praedicatur. quomodo ergo hoc? scilicet quia id
 5 omni modo ab apostolis cautum est, ne aliqua uideretur in Christo esse diuisio et unitus in filio hominis filius dei inciperet per erraticas interpretationes duas habere personas, ac per prauas atque impias opiniones, qui esset scilicet in se unus, duplex fieret in nobis. et ideo pulchre ac mirabiliter ab ipso 7
 10 unigenito filio dei usque ad unitum filio dei filium hominis praedicatio apostolica descendit, ut, sicut ipse rerum ordo, ita etiam doctrinae sermo decurreret, ita cuncta inseparabili connexionione et quasi quodam ponte continuans, ut sine ulla penitus diuisione et interuallo eum, quem in principio mundi legeres,
 15 in fine temporis inuenires, neque ulla omnino distractione impiae discissionis admissa unum in carne atque in spiritu filium dei crederes, cum ita apostolicum magisterium deum pariter atque hominem per sacramentum corporeae natiuitatis unisset, ut eundem tibi reconciliantem in cruce omnia demon-
 20 straret, quem ante exordium mundi imaginem dei inuisibilis praedicasset.

VIII. Quod quidem quamuis apostoli dictum sit, tamen doctrina domini est. idem enim hoc in apostolo ad Christianos, qui consimile illud in euangelio ad Iudaeos per se locutus est
 25 dicens: nunc autem quaeritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui a deo. neque enim ego a me ipso ueni, sed ille me misit, et deum utique se et hominem indicans: hominem in hoc quod hominem esse se praedicat, deum in hoc quod se missum esse

25] Ioh. 8, 40 et 42.

2 aliter *p* 3 idem in superioribus *M* 5 ab *om.* *M* 9 pulchre *p*
 10 filium dei filio hominis *M* 12 connexionione *M* 13 quondam *N*¹
 poenitus *N* 15 fini *N*¹ ullo *p*¹ 16 discissionis *Nv*: cf. III, 7, 2. V, 4, 3
 ammissa *N*¹ atque alium in *Mv* 18 natiui[tis] *p* 22 quamuis *om.* *M*
 24 per se locutus] *p*locutus *M* 27 ego *om.* *p* ipso *om.* *M* uenio *M*
 28 esse indicans *Mv* hominem in hoc quod *om.* *M* 29 se ante praedicat *om.* *M* praedicabat *p* se post quod *om.* *M* missum se *v*

2 confirmat. apud eum enim necesse est fuerit a quo uenerat,
 et ab eo uenerat a quo se missum esse dicebat. unde etiam
 illud fuit quod dicentibus ad se Iudaeis: quinquaginta annos
 nondum habes, et Abraham uidisti? conuenientissima
 aeternitatis ac maiestatis suae uoce respondit dicens: amen, 5
 amen dico uobis, priusquam Abraham fieret, ego
 sum. quaero ergo, cuius dictum hoc uelis esse? Christi utique
 absque dubio. et quomodo, qui natus recenti tempore fuerat,
 ante Abraham se esse dicebat? per illud scilicet cui unitus
 erat penitus uerbunt dei, ut intellegerent omnes quanta esset 10
 Christi ac dei unitas, cum, quidquid deus in Christo diceret,
 3 totum iam uniti diuinitas uindicaret. bene autem conscius
 aeternitatis suae illa in corpore tunc Iudaeis uoce respondit,
 qua quondam Moysi locutus fuerat in spiritu. hic enim ait:
 priusquam Abraham fieret, ego sum, Moysi autem: ego 15
 sum qui sum. admirabili utique diuinae naturae aeternitatem
 sermonis magnificentia praedicauit, quia nihil de deo tam con-
 ueniens dici potest quam ut semper esse dicatur, quia esse
 nec praeteriti initium nec futuri terminum habet. et ideo
 apertissime hoc de aeterni dei natura dicitur quod aeternitati 20
 4 optime coaptatur. quae quidem ipse dominus Iesus Christus,
 cum de Abraham diceret, diuersitate sermonis ostendit dicens:
 priusquam Abraham fieret, ego sum. de Abraham dixit
 priusquam fieret, de se autem ego sum, scilicet quia fieri
 temporalitatis est, esse aeternitatis. et ideo illud 'factum' 25
 humanae tribuit breuitati, illud autem 'sum' naturae suae. et
 haec omnia Christus utique, qui per sacramentum uniti hominis
 ac dei in illo, qui semper fuerat, iam se fuisse dicebat.

3] l. c. 57. 5] l. c. 58. 15] Ex. 3, 14.

1 est semper fuerit *Mp* (*non a*) 2 se *om.* *N*¹ 4 abraam *p*, *item*
infra passim 5 aetnitis *M* 6 amen *om.* *M* 10 intellegent *Mp*
 11 quicquid *p* 12 uniti diuinitas *scripsi*: unitati unitas *N*¹*p* uniti
 unitas *N*²*a* uendicaret *p* iam sibi diuinitatis unitas uendicaret *Mv*:
cf. I, 2, 5 13 in uoce *p* 14 quia *p* condam *M* mosi *N* 15 ha-
 braham *N* 16 ammirabili *N* 17 qui *M* 19 preteritis *p* 20 hoc
 apertissime hoc *N* 25 temporalis *N* temporalitatis est fieri *Mv* esse]
 et esse *M* factum esse *Mv*

VIII. Quod apostolus quoque cum dilucidare ac manifestare omnibus cuperet, ita locutus est: quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit. sed et alibi neque temptemus, inquit, 5 Christum, sicut quidam illorum temptauerunt et a serpentibus perierunt. eximius quoque apostolorum Petrus et nunc quid temptatis, inquit, deum, inponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? sed per gratiam domini 10 nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodum et illi. liberatum ab Aegypto dei populum et per ingentes 2 aquarum uias siccis pedibus abductum ac per uastas heremi solitudines conseruatum non nisi a solo deo sine dubio nouimus secundum illud: dominus solus ducebat eos, et non erat 15 cum eis deus alienus. et quomodo apostolus tot et tam euidentibus testimoniis et ab Iesu liberatum ex Aegypto populum Iudaeorum et Christum a Iudaeis tunc in deserto temptatum praedicat dicens: neque temptemus Christum, sicut quidam illorum temptauerunt et a serpentibus perie- 20 runt? omnes quoque sanctos, qui uixerunt sub lege ueteris testamenti, beatus apostolus Petrus per gratiam domini nostri Iesu Christi praedicat esse saluatos. exi atque effuge hinc, si 3 potes, tu, quisquis ille es, qui rabido ac blasphemio spiritu furens nihil interesse admodum inter Adam et Christum putas, 25 et qui eum etiam post partum uirginis deum denegas, ostende penitus quemadmodum etiam ante ortum corporis deum non fuisse conuincas. ecce enim apostolus clamat populum de terra Aegypti ab Iesu esse saluatum, in deserto ab infidelibus Christum esse temptatum, patres quoque nostros, id est patri-

2] Ep. Iudae 5. 4] I Cor. 10, 9. 7] Act. 15, 10—11.
14] Deut. 32, 12. 18] I Cor. 10, 9.

2 hominibus *M* 3 egypti *p* 11 illi] ipsi *M* egypto *p* 12 uastam *M* 13 solitudinem *M* solo absque dubio deo *Mv* 14 deducebat *M* 16 ex] ab *Mv* egypto *p* 17 Christum a] a decem milibus *M* tum *M* temptatum *om. N* 23 ac] atque *M* 24 inter se ammodum *N* 25 denegasse *N* 28 egypti *p* per iesum *M* deserto et ab *p*

archas atque prophetas per gratiam domini nostri Iesu Christi saluatos. negato haec, si potes. nec mirabor si feceris, ut neges quae omnes legimus, qui quae omnes credimus denegasti.

4 intellege ergo tandem quia iam tunc et ex Aegypto populum
 in deo Christus eduxit et in deo Christus a populo temptatore 5
 temptatus est et omnes iustos Christus in deo gratiae suae liberalitate saluauit, quia per sacramenti unitatem ita et deus in Christum et Christus in deum transiit, ut et quidquid deus fecit Christus id perfecisse, et quod postea Christus pertulit deus id pertulisse dicatur. et ideo dicens propheta non erit 10
 in te deus recens nec adorabis deum alienum hoc sensu et hoc spiritu praedicabat, quo apostolus Christum eductorem ex Aegypto Israheliticae plebis esse dicebat, ut eum utique qui ex uirgine natus est hominem semper per sacramenti unitatem in deo fuisse sentiret. alioquin, nisi ita creditur, aut 15
 omnino cum haereticis Christus non deus aut certe contra 5
 prophetam recens deus esse creditur. sed absit hoc a catholica dei plebe, ut aut a prophetia dissentire aut cum haereticis sentire uideatur et in maledictum forsitan illud populus benedictionis incurrat, ut spem suam in homine posuisse dicatur. 20
 qui enim dominum Iesum Christum solitarium hominem natum asserit, dupliciter maledictioni obnoxius sit necesse est, siue in eum credat siue non credat. si enim credit, maledictus qui spem suam ponit in homine: si autem non credit, maledictus utique nihilominus, quia, licet in hominem non crediderit, 25
 deum tamen penitus denegarit.

X. Hoc enim illud est quod reuelante sibi domino ille carissimus dei Iohannes praeuidens id de eo ipso locutus est qui

10] Ps. 80, 10. 23] Hierem. 17, 5.

2 negato *p*: nega tu *NMv* cf. *IIII*, 6, 4 *adnot.* 3 qui quae] quicq; *M*
 4 intellige *Mp* et *om.* *p* egipto *p* 5 christos (*ante a*) *M* 7 natiuitatem *p* 8 transiuit *M* quicquid *p* 11 sensum *N*¹ hoc sensu haec et hoc *M* 12 quod *NM* 13 egipto *p* israheliticae *Mp* 14 homine *N*¹ 16 contra] iuxta *M* 18 aut a (*a add. m.* 2) prophetia *N* et (*prophecia*) *p*: aut prophetaci *M* aut a propheta *v* 20 hominē *N* 21 dñm nñm *pv* 22 dupliciter *p* 23 maledictus est *p* qui spem . . . 24 maledictus *om.* *M* 24 credat *p*¹ 25 nichil minus *M* homine *M* 26 denegauit *v* 27 clarissimus *N* 28 de deo *p*¹ ipse *M*

in se loquebatur. omnis, inquit, spiritus qui confitetur
 Iesum in carne uenisse, ex deo est: et omnis, qui
 soluit Iesum, ex deo non est: et hoc est antichristi,
 quod audistis quia uenit, et nunc iam in mundo est.
 5 o admirabilem dei singularemque pietatem, qui uelut cautis-
 simus ac prouidentissimus medicus uenturos quandoque in
 ecclesiam suam morbos ante praedixit, et cum praenuntiaret
 infirmitatem, dedit ex ipsa praenuntiatione medicinam, ut omnes
 scilicet agnoscentes languorem ingruentem procul iam atque
 10 longe uitare inciperent quae imminere didicissent. et ideo 2
 sanctus Iohannes omnis, inquit, qui soluit Iesum, ex deo
 non est: et hoc est antichristi. agnoscisne eum, haeretice,
 agnoscis iam de te palam et signanter ista dixisse? nemo enim
 ita soluit Iesum quam qui non confitetur deum. cum enim in
 15 hoc omnis ecclesiae fides et omnis cultus sit, Iesum deum
 uerum fateri, quis magis uenerationem eius et cultum soluere
 potuit quam qui totum in eo quod omnes colimus denegauit?
 caueas ergo, obsecro, caueas ne quis etiam te antichristum
 dicere queat. conuiciari me aut maledicere putas? non meum
 20 est quod loquor. ecce euangelista dicit: omnis, qui soluit
 Iesum, ex deo non est: et hoc est antichristi. si non 3
 soluis Iesum et deum non negas, antichristum te nullus dicere
 potest: si autem negas, quid accusas quod antichristum te
 quisquam esse dicat? tu hoc de te, tu, inquam, dum negas,
 25 ipse dixisti. uis scire hoc uerum esse? dic mihi, Iesum cum
 ex uirgine nasceretur quid nelis, hominem fuisse an deum?
 si deum tantum, soluis utique Iesum, qui in eo hominem
 unitum deo fuisse denegas: si autem hominem, soluis utique

1] I Ioh. 4, 2—3.

2 et] t *M* 3 hic est antichristus *Mp* 4 quod] quem *p* 5 am-
 mirabilem *N* 6 ac] aut *M* prudentissimus *v* 7 ecclesia sua *M*
 9 languorem *Mp* 12 hic est antichristus *p* hereticae *N* 13 iam *om.* *N*
 designanter *Mv* dixisset *N*¹ 15 ecclesiae *N* 18 antichristum *p*
 19 conuiciari *N* conuinciari *M* 20 locor *M* 21 hic est antichristus
 (antichristus *p*) *Mpv* non *post* si *eras. in* *N* 22 non *om.* *N* 23 anti-
 cristum *p* quisquam te *M* 24 inquam *N* 27 soluisti *M* in eo]
 nec *N* 28 deneges *Mv: cf. II, 5, 2 fin.* soluisti *M*

nihilominus, qui solum tantummodo, ut facis, hominem natum
 4 esse blasphemus. nisi forte existimas quod non soluas Iesum,
 qui fuisse eum deum negas, qui solueres utique etiam si natum
 cum deo hominem non negares. sed exemplis forsitan hoc mani-
 festius uelis fieri. accipe de utroque. Manichaeus extra eccle- 5
 siam est, quia Iesum deum tantum fuisse asserit, Hebion, quia
 hominem. uterque enim Iesum negauit ac soluit, alter solum
 dicendo hominem, alter tantummodo solum deum, quia, licet
 diuersa dixerint, par tamen est ipsius diuersitatis impietas.
 nisi quod, si ulla inter malorum magnitudinem potest esse 10
 discretio, iniuriosior blasphemia tua est quae solum hominem
 asserit quam illa quae solum deum, quia, licet utrumque
 malum sit, contumeliosius tamen est diuina domino quam
 5 humana rapuisse. fides ergo haec tantum catholica, haec
 tantum uera est, dominum Iesum Christum, sicut deum ita 15
 et hominem, et sicut hominem ita et deum credere. omnis
 enim, qui soluit Iesum, ex deo non est. soluere autem
 hoc est, quod unitum est in Iesu uelle rumpere et quod in-
 diuiduum separare. quid autem in Iesu unitum et indiuiduum?
 homo utique et deus. ergo ille Iesum soluit, qui haec sepa- 20
 rarit atque diruperit. [alioquin si non dirumpit ac separat,
 ergo nec soluit. si autem separat atque dirumpit, ille utique
 soluit qui separat atque dirumpit.]

XI. Et ideo omni homini in hanc blasphemiam atque in-
 saniam prorumpenti ipse pro se in euangelio dominus Iesus 25
 illud quod ad Pharisaeos locutus est clamat ac protestatur:
 quod deus coniunxit, homo non separet. quod licet illic,

27] Matth. 19, 6.

1 facias *Np* 2 extimes *M* 3 fuisse deum in eo denegas *M* 4 non
 negares] denegares *Mv* 5 manichaeus *Mp* ecclesia *N*¹ 6 qui Iesum *Mv*
 ebion *M* 12 utrum *M* 15 tanta uera *p* 16 et ante hominem *om. N*
 18 iesum *NM* 19 iesum *M* 20 haec] ^{haec} ergo *N* separat atque dirum-
 pit *M* 21 diruperit *N* dirumperit *p* 23 qui separat atque dirum-
 pit *om. Npv* uerba alioquin . . . dirumpit *uncis inclusi* 24 hac blas-
 phemia atque insania *M* 25 pro se *om. M* Iesus] dicit *p*¹ 26 quod
 phariseis *M* 27 illis *Np* licet hic ubi dictum est a dño *M*

ubi a deo dictum est, ad causam aliam responsum esse uideatur, tamen profunditas dei, quae non magis de carnalibus quam de spiritualibus loquebatur, eum de illo hoc tum magis de hoc uoluit intellegi, quia credentibus tunc Iudaeis id quod tu dieis,
 5 hominem tantummodo Iesum sine deo esse, cum de societate coniugii dominus interrogaretur, non de eo tantum, sed etiam de hoc edocuit et de minoribus consultus etiam de altioribus maioribusque respondit dicens: quod deus coniunxit, homo non separet, hoc est: nolite id separare quod in me deus
 10 iunxit: non separet humana impietas quod in me uniuert diuina maiestas. uis autem plenius seire hoc ita esse? audi apostolum 2 de his ipsis de quibus tunc saluator docuit disserentem, qui utique, utpote magister a deo missus, ut capere tunc auditorum inbeeillitas poterat, ea ipsa quae deus in mysterio prae-
 15 dicarat exposuit. cum enim de carnali coniugio, unde interrogatus in euangelio saluator fuerat, disputaret, replicauit ea ipsa quibus ille usus tunc fuerat legis ueteris testimonia, scilicet ut intel-
 20 leretur, quod eandem rem exponeret qui isdem testimoniis uteretur. adiciens praeterea, ne deesse causae aliquid uideretur, etiam carnale coniugium, mulieris quoque ac uiri nomen, quos ad mutuuum cohortabatur affectum, ita posuit: uiri, diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam, et iterum: ita et uiri debent diligere uxores suas ut eor-
 25 pora sua. qui uxorem suam diligit, se ipsum diligit. nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit et fouet eam, sicut et Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius. uides quemadmodum Christi 3 atque ecclesiae nomina uiri ac mulieris nominibus adiungens

21] Eph. 5, 25. 23] l. c. 28—30.

3 spūalibus *M* tum] totum *M* de ante hoc om. *M* 4 intelligi *Mp*
 quia] qua *N* 7 alterioribus (*sic!*) *N* ulterioribus *p* 11 magestas *p(M)*
 14 ministerio *N* misterio *Mp* 16 saluator] dñs *M* 17 intellig. *M*
 intelligetur *p* 18 e*andem (*x cras.*) *N* hisdem *p* 21 mutuuum]
 mutu *N*¹ tum *M* adhortabatur *Mv* effectum *N*¹*p* 23 ita] ta in
 initio uersus *M* 25 unquam om. *Np* 26 et ante Christus om. *M*
 27 membra *p* 28 mulieres *N*¹

omnes a carnali audientia ad spiritalem intellegentiam traxit. cum enim omnia ista dixisset, subdidit ea quibus in enangelio dominus usus fuerat testimonia, dicens: propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem, et adiungetur ad uxorem suam, et erunt duo in carne una. et quid post haec quasi cum magna clamoris protestatione subiecit? sacramentum, inquit, hoc magnum est. remouit utique de hoc omnino et amputauit carnalem intellectum, ubi sacramentum penitus dixit esse diuinum. et quid tamen post ista subdidit? ego autem dico, inquit, in Christo et in ecclesia. cum dixisset sacramentum hoc magnum est, non dixit 'haec est expositio sacramenti', sed quid? ego autem dico, in Christo et in ecclesia. hoc est dicere: illud quidem magnum est sacramentum, sed ego dico in Christo et in ecclesia, hoc est, ut, quia capere illud ad praesens forsitan omnes non queunt, uel hoc capiant, quod tamen ab illo non discrepat nec diuersum est, quia utrumque de Christo est. sed quia profundiora illa non capiunt, haec saltem faciliora cognoscant, ut, cum promptiorem intellectum coeperint capere, ad altiorem ualeant peruenire, et planioris nunc rei adipiscentia sit postea profundioris uia.

XII. Quod ergo magnum illud est sacramentum quod sub uiri atque uxoris nomine designatur? apostolum ipsum interrogemus, qui ad docendam eandem rem alibi uerbis rei ipsius usus est dicens: et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, adsumptum est in gloria. quod ergo magnum illud est sacramentum quod

3] l. e. 31. 7] l. e. 32. 10] l. e. 25] I Tim. 3, 16.

1 omnē carnalem audientiā *M* spūalem *M* intelligenciam *M*
 2 subdit *N* 5 ad *om.* *N* uxor sua *N* per rasuram quidem *N*²*av*
 7 inquit *M* 10 inquit dico *M* 12 haec est] hoc *M* 14 sed et
 ego *M* 15 qui *M* 16 capiunt *N*¹ 18 saltem *p* 19 ut] et *N*
 cum] eum *M* caeperint *N* 20 altiorē *N* 21 ad profundioris
 uiam *M* 24 docendum *M* eādē *p* 29 est *om.* *N* est illud *v*
 est ergo magnum illud *p*: cf. supra u. 22 et infra pag. 322, 1

manifestatum est in carne? deus scilicet natus e carne, deus
 uisus in corpore, qui utique, sicut palam est manifestatus in
 carne, ita palam est adsumptus in gloria. hoc ergo magnum 2
 est sacramentum de quo ipse ait: propter hoc relinquet
 5 homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori
 suae, et erunt duo in carne una. qui fuerunt duo in carne
 una? deus scilicet atque anima. in una enim ea quae unita
 est deo carne hominis deus est atque anima secundum illud
 ipsius domini: nemo potest a me tollere animam meam,
 10 sed ego pono eam a me ipso. potestatem habeo
 ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi
 eam. tria ergo nunc in hoc uides, deum, carnem et animam: 3
 deus est qui loquitur, caro in qua loquitur, anima de qua
 loquitur. propterea ergo homo ille de quo propheta dicit:
 15 frater non redimit, redimet homo, qui ut dictum est
 ascendit ubi erat prius et de quo legimus: nemo ascendit
 in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis
 qui est in caelo, propter hoc, inquam, reliquit patrem suum
 et matrem, id est deum ex quo natus est et Hierusalem illam,
 20 quae est mater omnium nostrum, et adhaesit humanae carni
 quasi uxori suae. et idcirco de patre expresse dixit relinquet 4
 homo patrem suum, de matre autem non dixit 'suam', sed
 tantummodo matrem posuit, quia non tam ipsius erat mater
 quam uniuersorum credentium, id est omnium nostrum. et
 25 adiunctus est uxori suae, quia, sicut uir et mulier unum corpus
 sunt, ita maiestas diuinitatis et caro hominis uniuntur, et facti
 sunt duo, id est deus atque anima, in carne una, quia, sicut
 caro illa habitatorem habuit in se deum, ita animam quoque

4] Eph. 5, 31. 9] Ioh. 10, 18. 15] Ps. 48, 8. 16] Ioh. 6, 63
 et 3, 13.

1 natus est *p* natus est e *M* 2 in] e *N*¹ quia *M* 4 pro-
 pterea *Mv* 6 qui . . . carne una *om. M* fuerunt ergo duo *v* 8 deo
 est *M* 9 tollere a me *M* 11 et] atque *p* potestatem habeo
om. Np 12 et *om. Mv* 15 non redimet *M* non redemit *p*
 17 descendit de caelo *N* 18 relinquet *Nv* homo patrem *Mv* 19 ihe-
 rusalem *M* ierl'm *p* 20 nostrorum *M: om. Np* 21 expressit dicens *p*
 24 nostrorum *M* 27 atque] et *p* 28 anima *M*

5 in se colhabitantem deo. hoc ergo magnum illud est sacra-
 mentum ad quod inquirendum nos admiratio apostoli uocat et
 adhortatio diuinitatis inuitat, non alienum utique etiam a Christo
 et ab ecclesia, ut ipse ait: ego autem dico in Christo et
 in ecclesia, quia et caro ecclesiae caro Christi est et in carne 5
 Christi deus est atque anima, ac sic idem in Christo quod in
 ecclesia, quia sacramentum quod in carne Christi creditur etiam
 fide in ecclesia continetur.

XIII. Hoc ergo sacramentum, quod et manifestatum est in
 carne et apparuit in mundo et gentibus praedicatur, multi 10
 sanctorum ueterum, sicut praeuidebant in spiritu, ita uidere
 etiam in carne noluerunt. amen enim inquit dominus dico
 nobis, quia multi prophetae et iusti cupierunt uidere
 quae uos uidetis, et non uiderunt, et audire quae au-
 ditis, et non audierunt. et ideo Esaias propheta utinam, 15
 inquit, domine, disrumperes caelos et descenderes, sed
 et Daud: domine, inclina caelos et descende, Moyses
 quoque ostende, inquit, mihi te ipsum, ut manifeste
 2 uideam te. nemo admodum propius quam Moyses legem
 capiens ad loquentem de nubibus deum atque ad ipsam ad- 20
 modum praesentiam maiestatis accessit. et quomodo, cum
 nemo propiora quam ille de deo cerneret, adhuc manifestiora
 poscebat dicens: ostende mihi te ipsum, ut manifeste
 uideam te? scilicet quia hoc ille fieri precabatur quod isdem
 admodum uerbis apostolus factum esse dicebat, id est ut palam 25
 dominus manifestaretur in carne, palam appareret in mundo,
 palam assumeretur in gloria, et omnia oculis tandem carnalibus
 sancti cernerent quae spiritualibus praeuidebant.

4] Eph. 5, 32. 12] Matth. 13, 17. 15] Esai. 64, 1. 17] Ps. 143, 5.
 18] Ex. 33, 13 (LXX).

1 deum *M* est illud *Mv* 2 ad *om.* *M* ammiratio *N* 5 et ante
 ecclesiae *eras. in N* ecclesiae caro *p* 6 si *N¹* ac sic . . . 8 continetur
om. M 9 ergo] enim *M* et *om. M* 10 multis *M* 12 dominus
om. N 14 audietis *p¹* 15 ysaias *p* 17 caelos tuos *M* 18 osten-
 dit *M* mihi inquit *p* 19 ammodum proprius *N* 20 accipiens *M*
 cupiens *p¹* de] e *Mv* aq; *M* ammodum *N* 22 propiora *p*
 manifestaciore *M* 23 manifeste ut *M fort. recte* 25 ammodum *N*
 26 in ante mundo *om. Nav* 27 gloriam *M* 28 spūalibus *M*

XIII. Alioquin si, ut haereticus ait, deus futurus in domino Iesu Christo erat uelut in statua et in organo, id est ut habitaret tantum quasi in homine et loqueretur quasi per hominem, non ut ipse esset qui habitaret atque ex se et suo corpore loqueretur deus, iam utique sic et habitarat in sanctis et locutus fuerat e sanctis, in his quoque ipsis quos supra dixi, qui aduentum ipsius precabantur, sic erat ac loquebatur. et quid necesse erat ut hoc omnes poscerent quod habebant, si hoc petebant quod iam acceperant? aut quid uidere oculis cuperent quod corde retinebant, praesertim cum plus sit eandem rem habere quempiam intra se quam uidere extra se? aut si sic habitaturus erat in Christo deus sicut in sanctis omnibus, cur magis Christum uidere sancti omnes cuperent quam se ipsos? et si eandem rem uisuri in domino Iesu erant quam in se habebant, cur non plus multo arbitrarentur eandem rem in se habere quam in altero uidere? sed erras, infelix furor, non intellegens, ut apostolus ait, et quae loquaris et de quibus adfirmes. omnes enim prophetae et sancti portionem quandam diuini spiritus, prout capere poterant, a deo acceperunt, in Christo autem omnis plenitudo diuinitatis habitauit atque habitat corporaliter. et ideo longe de eius plenitudine omnes sunt, ex cuius plenitudine aliquid accipiunt: quorum adimpletio Christi munus est, quia uacui utique omnes erant, nisi ipse esset omnium plenitudo.

XV. Hoc ergo sancti omnes optabant, hoc precabantur, hoc sic uidere oculis desiderabant sicut animo ac mente sapiebant. et ideo Esaias propheta utinam, inquit, dirumperes caelos et descenderes. sed et Abacuch, idem adnuntians quod ille optans, dum adpropiant, inquit, anni, ostenderis, in aduentu temporum demonstraberis. deus de Thae-

17] I Tim. 1, 7. 20] Col. 2, 9. 27] Esai. 64, 1. 29] Habac. 3, 2—3 (LXX).

1 sicut *M* 4 ipsi *M* et ex suo *Mv* 6 e *om. M* ipsius *p* quos] quo *N* 10 cum] quod *M* 15 quur *N* multo non plus *p* 17 intelligens *Mp* loqueris *M* 18 et omnes sancti *Mv* 23 est *p*: *om. NMv* 25 obtabant *M* 26 sic] si *M* 27 ysaias *Mp* 28 abacuc *Mp* 29 optat *M* inquit *N* ostenderitis *p*¹ 30 aduentū *M* theman *NM*²*p* thaman *M*¹

man (siue illud: deus ab austro) ueniet. Daud quoque: deus manifeste ueniet, et iterum: qui sedes super Cherubin, appare. alii aduentum eius quem mundo prae-

2 stitit annuntiabant, alii postulabant. nonnulli specie dispari, sed omnes affectu pari, intellegentes utique aliquatenus quan- 5 tam rem precarentur, ut deus in deo habitans, in forma dei ac sinu permanens, semet ipsum exinaniret formam serui accipiens seque usque ad suscipiendas omnes passionum acerbitates contumeliasque submitteret, subiret poenam pro beneficiis et, quod intolerabilissimum et indignissimum est, ab his ipsis 10 mortem exciperet pro quibus ipse moreretur, intellegentes ergo hoc aliquatenus sancti omnes, aliquatenus, inquam, intellegentes, quia quantum sit nemo intellegit, consona omnes aduentum dei uoce et quasi concentu mutuo postulabant, scientes utique in hoc spem omnium consistere, in hoc salutem omnium con- 15 tineri, quia nullus soluere uinctos posset nisi immunis a uinculis, nullus eximere peccatores nisi peccato carens. nemo enim liberare aliqua re quemquam potest, nisi ea re ipse liber sit qua a se alius liberatur. et ideo cum in omnes mors pertransisset, omnes uita indigebant, ut in Adam scilicet morientes 20 in Christo uiuerent, quia, quamuis multi sancti, multi electi ac familiares admodum deo fuerint, nulli tamen potuerunt per se penitus esse salui, nisi fuissent aduentu domini et redemptione saluati.

2] Ps. 49, 3 et 79, 2.

3 appare] manifestare *M* 5 sed omnes affectu pari *om.* *N* omnes *om. v* 6 in forma . . . 7 permanens *om.* *M* 7 acciperet et se usque *Mv* 8 aceruitates *N*¹ 9 submitteret *N* 10 intollerab. *M* dignissimum *N*¹ est et indignissimum *Mv* ab is *N* a uiris *M* 12 aliquatenus inquam *N* intellegentes *Mp* 13 intelligit *Mp* 14 concentum *N*¹ 16 solueret *p*¹ possit *Mv* 18 quenquam *M* 19 pertransisset *M* 20 uitã *M* 21 ac . . . 22 fuerint *om.* *M* 22 ammodum *N* fuerunt *v* 23 aduentũ *N* ab aduentu *M* 24 saluati. Explicit de incarnatione xpi contra nestorium liber quintus *N* Explicit liber quintus *Mp* Incipit liber sextus *NMp*

LIBER SEXTUS.

I. Legimus in euangelio appositis iubente domino quinque panibus innumeram dei plebem esse satiatam, et quomodo id tamen factum sit, nec enarrare sermo nec colligere aestimatio
 5 nec concipere sensus potest. tanta et tam inconprehensibilis diuinae uis potestatis est, ut, cum habeamus in nobis facti ipsius conscientiam, impossibile tamen nobis sit facti scire rationem. iam primum enim quis comprehendere queat quomodo tam exiguus panum numerus non dicam ad esum ac
 10 saturitatem, sed etiam ad diuisionem ipsam appositionemque suffecerit, cum plura multo milia hominum fuerint quam panes ipsi, plura paene conuiuia quam de tot panibus fragmenta esse possunt? nata est ergo ex uerbo domini rerum copia, creuit 2
 in actu opus, et cum parum esset quod uidebatur, factum est
 15 inaestimabile quod dabatur. nullus ergo hic coniecturae, nullus humanae aestimationi est aut rationi locus. solum est quod in tali re fidelium ac sapientium mentibus scire liceat, ut, quamlibet magna sint quae a deo fiunt atque inaestimabilia, etiamsi ea sensu ipso non capiant, impossibilia tamen deo nulla esse
 20 cognoscant. sed de his tamen tam ineffabilibus diuinae uirtutis actibus, quod rectissime ineffabilibus sacri ortus miraculis coaptatur, quia ita res poscit, plenius postea.

II. Interim quia quinque panum fecimus mentionem, non incongrue, ut reor, quinque eos libris quos iam euoluimus con-
 25 paramus: sicut enim numero pares sunt, sic specie non dissimiles. nam cum illi hordiacii fuerint, et hi, quantum ad ingenium nostrum pertinet, hordiacii dici possunt, quamuis

3 saturatam *Mv* 4 sermone nec aestimatione colligere *M* 5 nec concipere *om. M* 7 impossibilem *N¹* nobis *om. Np* 9 hesum *NM*
 11 sufficerit *N* sufficeret *M* multum *M* 12 penae *N* fragmenta *M*
 13 possint *M* 15 inestimabile *M* 16 estimationi *M* estimationis *p¹*
 17 sapientum *p* 18 inestimabilia *M* 19 sensum *N* ipso *p*: ipsa *NM*
 20 set *p* tam *om. p* 24 eos] hos *M* 25 sicut . . . sic *av*: si . . . si *N¹Mp* sic . . . sic *N²* speciae *N* 26 illis *N^{2a}* ordeacii *Mp*
 fuerint . . . 27 hordiacii *om. Npa* 27 ordeacii *M*

testimoniis sacris locupletati despiciabilibus inuolucris salutiferas
opes contegant, etiam in hoc scilicet ab illis non discrepantes,
quia, sicut illi, cum essent pauperes specie, facti sunt diuites
benedictione, ita hi quoque, cum ingenio nostro uiles sint,
sunt tamen sacra admixtione pretiosi, et cum praeferant in se
ex sermone nostro hordei uilitatem, habent tamen intrinsecus
2 ex dominicis testimoniis panis uiui saporem. superest ut ad
exemplum illorum per diuini muneris gratiam innumeris ex
se milibus salutiferos cibos praebeant, et sicut illi corporalem
dederunt edentibus fortitudinem, ita hi legentibus spiritalem
tribuant salubritatem. potens est autem dominus, cuius etiam
hoc donum est sicut illud fuit, ut, qui per cibum illum fecit
non deficere in uia saturatos, per hunc quoque faciat non de-
3 uiare saturandos. sed tamen quia illic, ubi paruo quidem esu,
sed magno munere innumera plebs dei pasta est, additi quin- 15
que illis panibus duo pisces leguntur, par est ut nos quoque,
qui offerri per nos omnibus sequentibus deum populis spiritalis
prandii cibos cupimus, quinque illis libris quasi quinque
panibus duos adhuc libellos quasi duos pisces adiciamus, te
orantes, domine, te obsecrantes, ut uidens nisum officii ac 20
uoti nostri des pio conatui opus efficax, et cum nos pro ob-
sequio affectuque nostro numerum illum panum ac piscium
libellorum numero exaequare cupiamus, tu uirtutem bene-
dictionis illius in haec transferas, et qui scriptiunculam nostram
numero euangelico muneraris, numerum quoque ipsum euan- 25
gelico fructu expleas tribuasque haec ad sanctum et salubrem
cibum cunctis ecclesiae tuae populis, omni aetati et omni sexui.
4 et si qui forte iam letifero illo uirosi anguis spiritu afflati sunt

1 despiciabilibus *M* satiferas *M* 2 contingant *M* 3 speciae *N* 4 hii *p*
uilescant *M* 5 ammixtione *Np* 6 ordeï *Mp* tamen *om. M* 8 eorum *M*
ex se milibus *Np*: ex similibus *M* ex seminibus *v* 10 his *N*¹ hii *p*
spiritalem legentibus *Mv* spiritalem tribuant legentibus *p* 11 tribuant
om. M 12 fecerit *p* 13 saturatos] sanctos *M* quoque *om. M* 14 sa-
tुरandos *p*: saturatos *NMav* 16 ut par *p* 17 spūalis *M* 20 domine]
đ. *M* obsecramus *N* et *N* 21 uoti] uocati *M* despicio *N*¹
24 transferās *p* 25 euangelico (*post ipsum*) *N* euangelicū *M* 26 sa-
lubre *N*¹ saluberrimum *M* 28 lactifero *N*

corruptoque animarum ac mentium statu pestiferos uenis languentibus morbos trahunt, des cunctis sani sensus uigorem, des plenam fidei sanitatem, ut tribuens per scripta haec nostri operis tui muneris salutarem omnibus curam ad instar penitus
 5 sanctificati in euangelio a te cibi, sicut per esum illum corroborasti esurientes, ita per hunc sanari iubeas tabescentes.

III. Igitur quia neganti deum haeretico abunde iam, ut reor, cunctis superioribus scriptis diuinorum testimoniorum auctoritate respondimus, nunc ad fidem Antiocheni symboli uirtutem-
 10 que ueniamus, in quo cum ipse baptizatus sit ac renatus, suis eum professionibus argui, suis ut ita dicam armis conteri oportet. hic enim ordo est, ut superatus iam testimoniis sacris etiam se ipso ut ita dicam teste superetur. neque enim aliis iam rebus
 15 contra eum agi necesse erit, cum palam se et euidenter ipse conuicerit. textus ergo ac fides Antiocheni symboli haec est: 2
 credo in unum et solum uerum deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium et inuisibilium creaturarum: et in dominum nostrum Iesum Christum, filium eius unigenitum et primogenitum
 20 totius creaturae, ex eo natum ante omnia saecula et non factum, deum uerum ex deo uero, homousion patri: per quem et saecula conpaginata sunt et omnia facta, qui propter nos uenit et natus est ex Maria uirgine, et crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus: et tertia
 25 die resurrexit secundum scripturas, et ascendit in caelos, et iterum ueniet iudicare uiuos et mortuos, et reliqua. in symbolo, qui ecclesiarum omnium fidem loquitur, scire opto quid sequi malis, hominum auctoritatem an dei? quamuis ego tecum non censorie aut seuerè agam, ut tibi 3

4 tu *p* ad *om.* *M* 5 hesum *M* 9 finem antioceni symboli *M*
 12 hinc *N* his *M* enim . . . iam *om.* *M* 15 uerba textus . . . haec
 est in *N* in noua linea litteris uncialibus rubris scripta sunt antio-
 ceni symboli *M* 16 uerum *om.* *M* 17 creatorem omnium *om.* *Np*
 18 creaturarum creatorem *Np* 19 eius *om.* *M* 21 uero *om.* *M*
 omousion *p* 23 uirgine maria *p* 24 et ante tertia *om.* *Np* 25 ascendit
 in caelos *Np*: in celū ascendit *M* in caelos ascendit *v* 27 sim-
 bolo *Mp* 28 quod *M* 29 censoriae *N* sedere *M*

eligendae tantum alterius rei copiam tribuam et unum per-
mittens alterum negem: utrumque enim do, utrumque concedo.
et quid 'concedo' dicam? ad utrumque te, etiamsi nolis, traho.
utrumque enim in symbolo esse si uis, oportet sapias uolun-
tarius: si non uis, necesse est compellaris inuitus. symbolus
quippe, ut seis, ex collatione nomen accepit. quod enim Graece
σύμβολος dicitur, Latine collatio nominatur. collatio autem ideo,
quia collata in unum ab apostolis domini totius catholicae legis
fide, quidquid per uniuersum diuinorum uoluminum corpus in-
mensa funditur copia, totum in symbolo colligitur breuitate
perfecta, secundum illud apostoli: uerbum, inquit, con-
summans et breuians in aequitate, quia uerbum bre-
uiatum faciet dominus super terram. hoc est ergo
breuiatum uerbum quod fecit dominus, fidem scilicet duplicis
testamenti sui in pauca colligens et sensum omnium scriptu-
rarum in breuia concludens, sua de suis condens et uim totius
legis conpendiosissima breuitate perficiens, consulens scilicet
in hoc, ut piissimus pater, uel negligentiae quorundam filiorum
suorum uel imperitiae, ut non laboraret utique quamuis sim-
plex et imperita mens capere, quod possit facile etiam memoria
continere.

III. Uides ergo in symbolo auctoritatem dei esse: uerbum
enim breuiatum fecit dominus super terram. sed homi-
num fortasse quaeris. ne id quidem deest: per homines enim
id deus fecit. sicut enim immensam illam scripturarum sacrarum
copiam per patriarchas et prophetas maxime suos condidit, ita
symbolum per apostolos suos sacerdotesque constituit, et quid-
quid illic per suos larga ac redundanti copia dilatauit, idem

11] Rom. 9, 28.

1 tantam *M* et] ut *av* 2 alterutrum *p*¹ denegem *M* do utrum-
que] de utroque *M* 3 et quid concedo *om.* *N* ducam *N*² etsi *M*
4 simbolo *p* uoluntarias *N*¹ 7 sýbolus *N* symbolus *Mp* ideo
autem *p* 8 in unum collata *av* 9 quicquid *p* 11 secūdam *p* con-
summans *NMp* 14 duplicis *p* 16 condens] concludens *M* 17 con-
sulens] concludens *M* 19 laboret *M* 20 memoriae *N* memorię *p*
21 contineri *Mv* 22 simbolo *M* 23 faciet *Mv* 24 hominē *M* 25 deus
id *p* deus *om.* *a* immensam] uniuersam *a* sacram *M* 27 simbo-
lum *Mp* quicquid *pa* 28 redundancia *M* ređędundanti *p*

hic per suos plenissima breuitate concludit. nihil ergo in sym-
 bolo deest, qui ex scriptis dei per apostolos dei conditus totum
 in se, quantum ad auctoritatem pertinet, habet quidquid uel
 hominum est uel dei, quamuis etiam quod per homines factum
 5 est dei existimandum sit, quia non tam illorum per quos factum
 est quam illius credendum est esse qui fecit. credo ergo inquit 2
 symbolus in unum et solum uerum deum, patrem omni-
 potentem, creatorem omnium uisibilium et inuisi-
 bilium creaturarum: et in dominum nostrum Iesum
 10 Christum, filium eius unigenitum et primogenitum
 totius creaturae, ex eo natum ante omnia saecula et
 non factum, deum uerum ex deo uero, homousion
 patri, per quem et saecula compaginata sunt et omnia
 facta: qui propter nos uenit et natus est ex Maria
 15 uirgine, et crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus:
 et tertia die resurrexit secundum scripturas, et in
 caelos ascendit, et iterum ueniet iudicare uiuos et
 mortuos, et reliqua.

V. Si Arrianae aut Sabellianae haereseos assertor esses et
 20 non tuo ipso symbolo tecum uterer, conuincerem te tamen
 testimoniorum sacrorum auctoritate, conuincerem legis ipsius
 uoce, conuincerem denique probata per uniuersum mundum
 symboli ueritate: dicerem te, etiamsi expers intellegentiae ac
 sensus esses, oportere tamen sequi saltim consensum generis
 25 humani nec plus facere debere paucorum improborum per-
 uersitatem quam ecclesiarum omnium fidem, quae utique a
 Christo fundata, ab apostolis tradita non aliud existimanda
 esset quam uox atque auctoritas dei, quae haberet in se utique
 et uocem et sensum dei. et quid tandem, si sic apud te agerem, 2
 30 quid diceres? quid responderes? nonne, obsecro, illud: non ita
 te imbutum, non ita institutum esse: aliud tibi a parentibus,
 aliud a magistris atque auctoribus tuis traditum: non hoc te

1 simbolo *M* 2 scripturis *M* 3 quicquid *p* 4 propter *N* 6 est
ante esse *om. M* 7 symbolus *M* 12 omousion *Np* 16 resurrexit a mor-
 tuis secundum *M* 19 sabelliana *M*² assertos *N*¹ 20 simbolo *p*
 23 expes *N*¹ intellig. *Mp* 24 saltem consensus *p* consensum saltim *M*
 25 pluris *v* 29 censum *M* 31 apparentibus *Np* 32 auctoribus *M*

in conuenticulo illo paterni dogmatis nec in ecclesia uestrae
 professionis audisse: aliud postremo textum ipsum atque ser-
 monem traditi tibi atque insinuati symboli continere: in eo te
 baptizatum, in eo renatum esse? hoc te tenere quod accepisses
 et in eo te uiuere diceres, in quo regeneratum esse didicisses? 5
 nonne, quaeso, dicens haec fortissimo te etiam contra ueri-
 3 tatem scuto uti arbitrareris? et uere in negotio quamuis im-
 proba non inportuna defensio et quae non absurde etiam
 causam erroris diceret, si pertinaciam non sociaret errori.
 nam cum hoc teneres quod a paruo accepisses, plus haberet 10
 in te emendatio quod de praesenti errore corrigeret, quam
 seueritas quod de praeterito uindicaret. nunc autem cum in
 catholica urbe natus, catholica fide institutus, catholico bap-
 tismate regeneratus sis, numquid agere tecum quasi cum Arriano
 4 aut Sabelliano possum? qui utinam fuisses. minus dolerem in 15
 malis editum quam de bonis lapsum, minus fidem non habitam
 quam amissam, minus ueterem haereticum quam nouum apo-
 statam. minus enim intulisses cunctae ecclesiae uel labis uel
 pestilentiae, minus denique esses uel acerbus ad dolorem uel
 grauis ad exemplum, si popularis potius temptare quam sacer- 20
 dos ecclesiam posses. ergo, ut supra dixi, si Sabellianae aut
 Arrianae aut cuiuslibet haereseos discipulus atque assertor esses,
 tueri utique te parentum exemplo uelles, magistrorum institu-
 5 tione, plebis societate, symboli fide. non iniquum a te, hae-
 retice, non iniquum aut graue aliquid postul. hoc fac in 25
 catholica fide editus quod fueras pro peruersitate facturus.
 tene parentum institutionem, tene ecclesiae fidem, tene sym-
 boli ueritatem, tene baptismatis salutem. quod genus in te
 prodigii, quod genus monstri est? pro te tu non facis quod
 alii etiam pro errore fecerunt? sed progressi satis in altum 30
 sumus et pro cognatae urbis affectu sequentes doloris impetum

4 eo te renatum *Mv* hoc tenere *Mv* 5 dicere *Np* renatum *M*
 6 fortissime *M* 7 scuto uti] scutuatum *M* 8 etiam *om. Mv* 9 perti-
 nacium *Np* pertinaciam *M* 11 mendatiuin *M* 13 catholica urbe natus
om. p 15 qui] quod *av* dolorem *N¹* 18 mutilisses *M* uel labis] belli
 uis *M* uel labes *p* 19 pestilencias *p* 21 possis *N* 23 uelles *p*:
 uelis *NMv* 24 simboli *M* hereticae *N* 27 simboli *M* 31 effectu *N¹*

quasi uentum ferentem, dum cupidi cursus sumus, tenorem admodum recti itineris excessimus.

VI. Symbolus ergo, haeretice, cuius superius textum diximus, licet omnium ecclesiarum sit, quia una omnium fides, peculiariter tamen Antiochenae urbis atque ecclesiae est, id est illius in qua tu editus, in qua institutus, in qua renatus es. huius te itaque perduxit symboli fides ad uitae fontem, ad salutis regenerationem, ad eucharistiae gratiam, ad domini communionem — et quid plura? o nimium grauis et luctuosa conquestio — ad ministerii etiam officium, ad presbyterii culmen, ad sacerdotii dignitatem. facile hoc, infelix furor, aut leue esse arbitraris? non uides quid egeris, in quod te barathrum praecipitaueris? perdens symboli fidem totum quod fueras perdidisti: sacramenta enim sacerdotii ac salutis tuae symboli ueritate constabant. negare te tantummodo illum putas? te, te, inquam, ipsum negasti. sed negare te forsitan non putas. uideamus symboli textum, ut, si ea dicis quae prius, non arguaris: sin autem multo alia et contraria, non expectes iam ut a me confuteris, cum tu te ipse damnaueris. si enim et aliud nunc asseris quam in symbolo est et aliud quam prius ipse dixisti, quid reliquum est nisi ut nulli praeterquam tibi imputes animaduersionem tuam, cum eandem esse uideas sententiam in te omnium quam tuam? credo ergo inquit symbolus in unum deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium et inuisibilium creaturarum: et in dominum Iesum Christum, filium eius unigenitum et primogenitum totius creaturae, ex eo natum ante omnia saecula et non factum. iam primum ad haec respondere te conuenit, fatearis hoc de Iesu Christo

1 feruentem *Mv*: cf. *Uerg. Aen. III, 473. Seneca ad Gallionem 22, 3* cursu *M* ammodum *N* 3 symbolum *Mpv* haereticae *N* 5 antiochenae *M* 6 editus] eruditus *M* 9 o nimium *nescio quis*: omnium *codd. v* 10 ^{con}quaestio *N* mynisterii *N* presbiterii *Np* 11 sacerdoti *N* 12 baratrum *NM* 13 precitaberis *N* 15 simboli *N* constabat *N*¹ 16 te, te] te *M* forsitan *Mv* 17 simboli *p* 18 si autem male talia *M* 19 expetis *M* te tu *Mv* tu te]te *p* dampnaueris *NMp* 23 ergo *om. Mv* inquit *M* 24 simbolus *M* symbolum *pv* 29 confiteris *M* confitearis *v* de] dñe ex dño *M*

dei filio aut neges? si confiteris, sana sunt omnia: sin minus,
 quomodo nunc negas quod ipse ante confessus es? elige ergo
 quid malis: alterum enim e duobus fieri necesse est, ut eadem
 te tua ipsa confessio, si permanet, sola liberet, aut, si negatur,
 4 prima condemnet. credo enim dixisti in symbolo in domi- 5
 num nostrum Iesum Christum filium eius unigenitum
 et primogenitum totius creaturae. si unigenitus et
 primogenitus totius creaturae dominus Iesus Christus, ergo
 tua ipsa confessione indubitanter deus: neque enim alius uni-
 genitus et primogenitus totius creaturae nisi unigenitus dei 10
 filius, sicut primogenitus creaturarum, ita et creator omnium
 deus. et quomodo tu solitarium hominem ex uirgine natum
 5 asseris, quem deum ante saecula fuisse confessus es? deinde
 ex eo, inquit symbolus, id est ex patre natum ante omnia
 saecula et non factum. hoc symbolus per te locutus est, 15
 hoc tu per symbolum, Iesum Christum ante saecula ex deo
 patre natum et non factum. numquid aliquid de phantasiis
 his quibus nunc furis symbolus dicit? numquid etiam tu ipse
 dixisti? ubi hic statua, ubi organum tuum? tuum, inquam:
 absit enim ut hoc alterius sit quam tuum. ubi illud quod 20
 dominum Iesum Christum statuae instar adfirmans non quia
 deus, sed quia imago dei sit adorandum putas et ex domino
 maiestatis organum faciens non propter se eum, sed propter
 eum qui quasi in eo spiret ac resonet honorandum esse blas-
 6 phemas? dixisti in symbolo dominum Iesum Christum natum 25
 ex deo patre ante omnia saecula et non factum. quod utique
 non nisi unigenito tantum filio dei competit, ut natiuitas illius
 factura non sit et natus tantummodo, non factus esse dicatur,
 quia contra rationem rei ipsius atque honorem est, ut factor
 omnium factura esse credatur et sic ipse auctor coeptorum 30

1 negas *M* confitearis *p* si minus *M* 4 negatus *N* negaueris *av*
 5 condempnet *NMp* dixit *M* simbolo *M* 12 tu *om. Npv* 13 sc̄ta
Np saecula *M* est *M* deinde inquit symbolus (symbolum *pav*) ex
 patre *Npav* 14 simbolus *M* 15 hoc symbolus . . . 26 et non factum
om. M symbolum et locutum *pav* 18 symbolum *pav* 19 hec *p*
 tuum tuum *scripsi*: tuum *Npav* 22 sit *om. av* 24 speret *N¹* blas-
 phemias *p* 25 simbolo *p*

omnium coeperit, sicut ab eo cuncta coeperunt. et ideo natus, non factus dicitur, quia singularis ei est natiuitas, non factura communis: et cum sit deus ex deo natus, totum necesse est habeat diuinitas geniti, quidquid magnitudo generantis.

5 VII. Sequitur autem in symbolo: deum uerum ex deo uero, homouision patri, per quem et saecula con-
paginata sunt et omnia facta. et cum hoc totum dixeris, memento de domino Iesu Christo te cuncta dixisse. hoc enim
10 in symbolo habes, credere te in dominum Iesum Christum, filium dei unigenitum et primogenitum totius creaturae, et post haec atque alia: deum uerum ex deo uero, homouision patri, per quem et saecula con-
paginata sunt. quomodo ergo idem deus et non deus, idem deus et idem statua, idem deus et idem organum? non con- 2
15 cordant sibi haec, o haeretice, in aliquo nec conueniunt, ut eundem, cum uolueris, dicas deum, cum uolueris, putes esse figmentum. dixisti in symbolo uerum deum, nunc dicis hominem solitarium. quomodo haec sibi competere et coaptari queunt, ut idem sit summa uirtus, idem sola infirmitas: idem
20 summa maiestas, idem sola mortalitas? non conueniunt haec sibi in uno eodemque domino, ut eundem in cultum et in contumeliam diuidens ex parte qua uis facias honorem, ex parte qua uis facias iniuriam. dixisti in symbolo, cum sacramentum uerae salutis acciperes, dominum Iesum Christum
25 deum uerum ex deo uero, homouision patri, creatorem saeculorum, factorem omnium. ubi es, o dolor, ubi es ille qui 3
tunc fuisti? ubi es illa fides? ubi illa confessio? ad quae portenta nunc, ad quae prodigia recidisti? quae te stultitiae, quae amentiae perdididerunt? deum totius potentiae ac maiestatis ad

4 quicquid *p* 6 omouision *Np* facta *N* saecula *Mp* 7 et ante
omnia *om. p* dixeris totum *M* 8 dixisset *N¹* 9 simbolo *M*
12 omouision *Np* et *om. M* facta *Np* saecula *M* compaginata *Np*
15 hereticae *N* 17 in *om. p* simbolo *M* 18 competere . . . 20 haec
sibi *om. M* 19 quaeunt *N* 21 in *post et om. p* 22—23 qua uis . . . qua
uis *M*: qua uis . . . qua mauiis *N* quam uis . . . quam uis *p*: *cf. supra*
u. 16 et 10, 6 23 facias *om. M* sacramenta *M* 25 uerum deum *M*
omouision *Np* 27 es *om. Mv* ad quae portenta] in portenta *av* 28 ad
que *Mp*: atque *Nav* recedisti *N* recessisti *a*

inanimam materiam et figmenta insensibilia transtulisti. profecit uidelicet fides tua tempore, profecit aetate, profecit sacerdotio. deterior senex quam quondam paruulus, nunc ueteranus quam tirunculus, deterior episcopus quam incipiens factus es nec discipulus postquam magister esse coepisti. 5

VIII. Sed uideamus cetera quae sequuntur. dicens ergo symbolus dominum Iesum Christum deum uerum ex deo uero, homousion patri, per quem saecula compaginata sunt et omnia facta hoc inseparabili statim connexionione subiunxit: qui propter nos, inquit, uenit et natus 10 est ex Maria uirgine. ille ergo, qui deus uerus, qui homousios patri, qui creator saeculorum, qui factor omnium, ille, inquam, uenit in mundum et natus est ex Maria uirgine secundum illud scilicet Pauli apostoli: at ubi uenit plenitudo temporum, misit deus filium suum factum ex 15 2 muliere, factum sub lege. uides quomodo scripturis sacris symboli sacramenta conueniant: apostolus filium dei missum a patre praedicat, symbolus uenisse confirmat. hoc enim erat consequens, ut, quem missum apostolus edocuerat, fides confiteretur nostra uenisse. deinde apostolus ait ex muliere 20 factum, symbolus autem 'ex Maria procreatum'. aduertis itaque quod ipsa in symbolo scriptura loquitur, a qua symbolus ipse se descendisse testatur. bene autem apostolus factum inquit ex muliere factum pro nato posuit diuini eloquii consuetudine, quo factus pro nato ponitur secundum 25 illud: pro patribus tuis facti sunt tibi filii, uel illud: priusquam Abraham fieret, ego sum: in quo scilicet euidenter dixisse noscitur 'priusquam Abraham nasceretur, ego

14] Gal. 4, 4. 26] Ps. 44, 17. 27] Ioh. 8, 58.

1 inanem *M* 3 senes *M* condam *M* nunc ueteranus *Np*: nunc paruulus nunc ueteranus *M* nunc peior ueteranus *v* 4 esse^s *N* 5 nec] nunc *p* 6 secuntur *NMp* 7 dominum] deum *N* 8 omousion *Np* 9 connexionione *Mp* 10 subiunxit *M* 11 qui deus] inquit deus *N* omousios *NMp* 13 est *om. Mv* 15 temporis *M* 17 simboli *M* conueniunt *Mv* 21 adertis *M* 23 se *om. Np* autem *om. M* inquit apostolus factum *M* 25 qua *v* 27 habraham *N* abraam *p* 28 habraham *N* nasceretur abraam *p*

sum', facti nomine rem natiuitatis ostendens, quia efficientiam facti habet, quidquid non indiget iam ut fiat. qui propter nos ergo inquit uenit et natus est ex Maria uirgine. si homo solitarius ex Maria natus est, cur uenisse dicatur? 5 neque enim uenit nisi qui habet id ipsum in essentia ut uenire possit. qui autem nondum id ipsum acceperat ut esset, quo- 4 modo id habere poterat ut ueniret? uides ergo quod ipso aduentus nomine fuisse antea designatur adueniens, quia ueniendi facultatem non habuerat, nisi cui ex hoc ipso quod erat sup- 10 petere poterat ut ueniret. homo autem ante conceptum omnino non fuit: ergo in se non habuit ut uenire posset. deum ergo uenisse certum est, cui in utroque praepotenti et esse suppetit et uenire, qui utique et quia erat uenit, et quia uenire semper potuit semper fuit.

15 VIII. Sed quid de uerbo argumentamur, cum res eluceant, et in symboli textu indicia rerum quaerimus, cum ipse in eo sit sermo rerum? repetamus confessionem symboli et tuam (tua enim quae illius, quia confessionem illius tuam confitendo fecisti), ut intellegas praeuaricatum te non tantum a symbolo, 20 sed et a te. credo ergo inquit symbolus in unum solum uerum deum, patrem omnipotentem, creatorem omnium uisibilium et inuisibilium creaturarum: et in dominum Iesum Christum, filium eius unigenitum et primogenitum totius creaturae, ex eo natum ante 25 omnia saecula et non factum, deum uerum ex deo uero, homouision patri, per quem et saecula conpaginata sunt et omnia facta, qui propter nos uenit et natus est ex Maria uirgine. propter nos ergo, inquit 2 symbolus, dominus noster Iesus Christus uenit et natus est 30 ex Maria uirgine, et crucifixus est sub Pontio Pilato

2 quicquid *p* 4 dicitur *v* 5 in se sententiam *M* 7 id *om.* *M*
 uides ergo . . . 10 ut ueniret *om.* *M* quod] quomodo *av* ipso *scripsi*:
 ipse *Npav* 8 fuisset *et* designatus *p* ante *av* ueniendi *om.* *av*

11 posset *N*²: possit *N*¹*Mpv* 12 utroque ^{pre}repotenti *N*: utroque re *pp*o-
 tenti *p* utraque re *pp*otentia *Ma* 15 argumentorum *M* 16 symbolo *p*¹
 textū *Np* 17 symboli confessionem *M* 20 *et om.* *N* 25 sc̄la *Np*
 secula omnia *M* uerum] uero *M* 26 omouision *Np*

et sepultus est, et resurrexit secundum scripturas. confiteri hoc ecclesias non pudet, apostolos praedicare non puduit. tu ipse, tu, inquam, ipse, cuius nunc omnis uox sacrilegium est, qui nihil admodum non negas, haec tamen omnia non negasti, deum utique natum, deum passum, deum resurrexisse. et quid post haec? quo deuolutus es, quid effectus, in quae redactus? quid ais, quid euomis? quod ipse scilicet, ut quidam ait,

non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.

3 quid enim dicis? quis est igitur qui a Christotoco natus 10
est filius dei? ut puta si dixerimus: credo in deum
uerbum filium dei unigenitum, ex patre natum, homo-
usion patri, qui descendit et sepultus est, non statim
auditus ipse accipit plagam? deus mortuus? et iterum
fierine, inquis, potest ut, qui ante omnia saecula natus 15
est, secunda uice nascatur, et hoc deus? si fieri omnia
haec omnino non potuerunt, quomodo ecclesiarum symbolus
facta esse dicit? quomodo etiam tu ipse dixisti? conferamus
enim cum his quae ante a te dicta sunt ea quae nunc a te
4 dicuntur. dixisti prius: credo in deum, patrem omni- 20
potentem, et in Iesum Christum filium eius, deum
uerum ex deo uero, homouision patri, qui propter nos
uenit et natus est ex Maria uirgine, et crucifixus est
sub Pontio Pilato et sepultus est. nunc autem quid ais?
si dixerimus: credo in deum uerbum filium dei uni- 25
genitum, ex patre natum, homouision patri, qui de-
scendit et sepultus est, non statim auditus ipse
accipit plagam? acerbitas quidem atque impietas dicti tui

7] Persius III, 117 sq.

1 est *om. Mv* 4 ammodum *N* 6 qui defectus *p* 7 deuo-
mis *M* quid ipse *M* 9 orestes (es *in ras.* 6—8 *litt.*) *N* ho-
restes *p* 10 quis] quid *p*¹ a *om. p* christoco *Np* christotocon *M*
12 uerum *M* omouision *NMp* 14 deum mortuum *p* 15 ne fieri *Mv*
fcla *Np* secula *M* 16 si *om. M* 17 quomodo haec *M* 20 omni-
potentem *om. Mv* 22 omouision *NMp* 23 est post natus *om. Mv*
25 uerum *NMp* 26 ex patre natum *om. M* omouision *NMp* 28 disti *N*¹

cogere nos ad inmoderatum ac feruidum respondendi impetum potest: sed restringenda paululum pii doloris sunt retinacula.

X. Te ergo, inquam, te ipsum consulo. dic mihi, quaeso, si Iudaeorum quispiam aut paganorum catholicae fidei symbolum neget, num audiendum eum esse existimes? non utique. 5 quid, si id ipsum haereticus aut apostata? multo certe minus, quia intolerabilius est ueritatem cognitam derelinquere quam incognitam denegare. duos igitur in te uidemus, catholicum et apostatam, et prius quidem catholicum, nunc apostatam. quem 10 ergo nobis sequendum putes, ipse constitue: alterum enim praeponere in te non potes, nisi alterum in te ipse damnaueris. dicis ergo damnari a te eum qui prius fueris, damnari 2 a te catholicum symbolum, damnari omnium confessionem, damuari fidem. et quid igitur — o indignum facinus, o intolerabilis dolor — quid facis in ecclesia catholica, catho- 15 corum praeuaricator? cur coetum populi polluis, qui fidem populi denegasti? insuper et consistere in altario et conscendere tribunal et offerre inpudentissimum ac perfidissimum os tuum populo dei ausus es, occupare cathedram, praesumere 20 sacerdotium, profiteri magistrum. ut quid doceas Christianos? 3 Christum non credere, eum ipsum in cuius dei templo sint deum negare. et post haec omnia — o insania, o furor — doctorem te et episcopum putas, cum eum ipsum utique — o infelix caecitas — eum ipsum, inquam, deum deneges, cuius 25 te esse asseras sacerdotem. sed efferimur prae dolore. quid ergo inquit symbolus uel quid tu in symbolo ipse dixisti? dominum utique Iesum Christum, deum uerum ex deo uero, homousion patri, per quem et saecula creata sunt et omnia facta, hunc eundem propter nos uenisse et natum esse ex

3 consulo *N*¹ 5 num] non *M* eum] cum *M* esse *om.* *p* 8 negare *Mv* et apostatam . . . 9 catholicum *om.* *M* 10 constituae *N* 11 dampnaueris *NMp* et sic deinceps 13 catholicum a te *Mpv* symbolum *M* confessionum *M* 14 facimus *M* 15 catholicorum *M*¹ 17 in altario et consi (*reliquis recisis*) *p* in marg. *m.* 2 18 in tribunali *p* 20 utpote qui *p* 21 ipsum *om.* *Npa* 25 efferimus *N*¹ 26 ergo inquit *om.* *M* tu *om.* *Np* simbolo *M* 27 dominum] deum *Np* uerum *bis p* 28 omousion *NMp* facta *Np* saecula *M*

4 Maria uirgine. cum ergo deum natum ex Maria dixeris, quomodo Mariam dei matrem negas? cum deum uenisse dixeris, quomodo deum nunc negas esse qui uenit? dixisti in symbolo: credo in Iesum Christum filium dei, credo in deum uerum ex deo uero, homousion patri, qui propter nos 5 uenit et natus est ex Maria uirgine, et crucifixus sub Pontio Pilato et sepultus est. nunc autem dicis: si dixerimus: credo in deum uerbum filium dei unigenitum, ex patre natum, homousion patri, qui descendit et sepultus est, non statim auditus ipse 10 accipit plagam? uides ergo destruere te penitus atque eradicare omnem catholici symboli, omnem catholici sacramenti fidem. o scelus, o portentum, ut ille ait, in ultimas terras asportandum, quia hoc rectius de te dicitur, ut in illas scilicet solitudines transeas, ubi nullum ualeas inuenire 15 quem perdas. fidem ergo salutis nostrae, sacramentum spei ecclesiasticae tu auditus tui atque aurium plagam putas? et quomodo quondam, cum ad baptismum curreres, sanis haec sacramenta auribus audiebas? quomodo, cum te magistri ecclesiarum docerent, aures tuae non uulneratae sunt? sine ulla 20 tunc certe plaga duplici oris atque aurium fungebaris officio, cum et audita ab illis diceres et ipse te dicentem dictor audires. ubi erant tunc haec aurium tuarum uulnera, ubi haec 25 auditus tui plaga? cur non contradixisti et reclamasti? sed uidelicet pro arbitrio ac libidine tua, cum uis, discipulus es ecclesiae, cum uis, hostis: cum uis, catholicus, cum uis, apostata. dignus nimirum auctor, qui, in quamlibet partem te contuleris, ecclesias post te trahas, cuius uoluntas lex uitae nostrae sit, qui mutabilitate tua humanum genus mutes, ut,

[13] Cic. in Uerr. act. II, lib. I, 15 (40).

1 uirgine *om. Np* 2 neges *N¹* 5 omousion *NMp* 6 uirge *N¹*
 7 sepultus *N¹* 9 omousion *NMp* 11 erradicare *M* 12 catholi sacra-
 menti *N* 14 exportandum *Ciceronis codd.* 16 ergo *om. Np* 18 con-
 dam *M* babtismum *N* 21 dupplici *p* of|officio *N* offitio *M*
 22 aliis *Mv* disceres *N²* dicente *M* 23 tunc *om. Np* 24 audita
 25 arbitrio tuo ac *M* 28 postrahas *M* 29 ut
scripsi: et. NMPv

quia tu esse nolis quod omnes sint, omnes sint quod tu uelis: praeclara uidelicet auctoritas, ut, quia tu quod eras non es, esse mundus desinat quod fuit.

XI. Sed paruulum te forsitan, cum renascereris, fuisse dicis, et ideo nec sapere tunc nec reclamare ualuisse. uerum est: obstitit tibi infantia ne contradiceres, qui mori uir contradicendo potuisses. quid enim, si in illa fidelissima ac deuotissima Christi ecclesia, cum sacerdos symbolum respondenti et acclamanti populo dei traderet, muttire tu in aliquo aut 10 reclamare temptasses? audiendus fortasse fueras, ac non statim ut nouum prodigii ac monstri genus in pestem aliquam exterminiumque mittendus? non quia piissima illa ac religio- 2 sissima plebs dei contaminari uel impiissimi cuiusquam sanguine uelit, sed quia in magnis plerumque urbibus feruens dei amore 15 populus, cum exurgere contra deum suum quempiam uiderit, calorem fidei retinere non nouit. sed esto: infans, si tamen ita est, contradicere ac reclamare symbolo non potueris: cur adultior iam robustiorque tacuisti? creuisti certe et uir factus es et ministerio ecclesiastico insertus. per tot ergo aetates, per 3 20 tot officii ac dignitatis gradus numquam intellecta a te fides est, quam tamdiu ante docuisti. diaconum certe eius te et presbyterum fuisse nosti: si displicebat tibi salutis regula, cur suscipiebas eius rei honorem cuius non approbabas fidem? sed prouidus uidelicet uir et simplex religiosus ita temperare te inter utrumque 25 uoluisti, ut teneres et sacrilegi perfidiam et catholici dignitatem.

XII. Plaga ergo auditus tui et uulnus aurium tuarum est deus natus et deus passus. et ubi illud est tuum, Paule apostole: nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stulti-

28] I Cor. 1, 23—24.

2 es *om.* *M* 3 non desinat *p* 4 renascereris *N*¹ dicis *Np*: at *cf.* *II*, 6, 1. *VI*, 15, 2. 20, 1 (*quamquam et dicis defendi potest: cf. Conl. XIII*, 17, 3) 7 si in illa] similia *p* 8 simbolum *M* 9 traheret *p*¹ mutire *pv* 15 exurgere *Mp* 17 aut *M* 19 es *om.* *Mv* insertus es *Mv* 20 officii ac] officia *Np* nunquam *M* 21 quam] quia *N* quid *p* eius te] iuste *M* presbiterum *Mp* 22 displicebat *p* 25 sacrilegii *Mv* catholice *M*

tiam, ipsis autem uocatis Iudaeis et Graecis Christum dei uirtutem et dei sapientiam? quid est sapientia et uirtus dei? deus utique. Christum autem, qui crucifixus est, dei uirtutem ac sapientiam praedicat. ergo si absque dubio sapientia dei Christus, ergo absque dubio Christus deus. nos ergo inquit praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. crux itaque domini, quae stultitia gentibus et Iudaeis scandalum fuit, tibi utrumque est. neque enim aut stultitia ulla maior est quam non credere aut maius scandalum quam audire nolle. uulnerabantur ergo illorum aures ad praedicationem ac passionem dei, sicut nunc uulnerantur tuae: plagam esse hoc auditus sui putabant, sicut tu putas: et hinc erat quod ad nomen dei ac domini Iesu Christi praedicante Christum deum Paulo apostolo claudebant illi capitis sui aures, sicut tu claudis animi. par in hac parte utriusque uestrum uideri posset impietas, nisi quod hoc maius est crimen tuum, quod illi eum negabant in quo adhuc passio ostendebat hominem, tu eum denegas quem etiam resurrectio iam probauit deum. ac per hoc illi eum persequerentur in terra, tu persequeris et in caelo. nec solum id, sed hoc utique crudelius et scelestius, quod illi negabant per ignorantiam, tu post fidem, illi nescientes dominum, tu confessus deum, illi sub aemulatione legis, tu sub professione antistitis, illi eum a quo se arbitrabantur alienos, tu eum cuius sacerdos es. facinus indignum et inauditum! eum ipsum persequeris insectatione, cuius adhuc uteris dignitate.

XIII. Sed magno uidelicet perfidiae atque impietatis tuae argumento ad negandum ac persequendum dominum deum uteris dicens: homousios patri debet esse natiuitas. nondum ad plenum dico ac profero in dei natiuitate penitus hoc non esse seruandum, quia non patris fuit natiuitas ipsa, sed nati, et ipse natus est ut uoluit, cuius fuit hoc ipsum ut nasceretur. interim quia homousion patri dicitis

4] si *om. Ma* 5 sapientia . . . dubio *om. Npa* nos] noster *Np* sic *a* 11 et ad *Np* 14 dñi nri *p* 16 animi par] Non impar *p* possit *Mp* 22 ignorantia *N¹* 23 confessus es *p* 24 antistitis *M* 25 o facinus *v* 29 omousios *Np* omousius *M* patrienti *N¹* 30 poenitus *N* 33 omousion *Np*

natiuitatem esse debere, ego dominum Iesum Christum homo-
 2 sion fuisse dico et patri pariter et matri. pro personarum
 enim diuersitate reddidit parenti unicuique similitudinem suam.
 secundum diuinitatem enim homousios patri, secundum carnem
 5 autem homousios matri fuit: non quod alter qui homousios
 patri, alter qui homousios matri, sed quia idem dominus Iesus
 Christus et homo nascens et deus utriusque in se parentis
 habuit proprietatem, dum et in eo quod homo est humanae
 matris reddidit similitudinem, et in eo quod deus est dei patris
 10 habuit ueritatem.

XIII. Alioquin si non idem Christus ex Maria est qui ex
 deo natus, duos absque dubio Christos facis secundum illud
 scilicet Pelagianae impietatis scelus, quae solitarium hominem
 ex uirgine natum asserens eruditorem eum dixit humani generis
 15 magis quam redemptorem fuisse, quia non redemptionem uitae
 hominibus, sed uiuendi dederit exemplum, uidelicet ut sequentes
 eum homines, dum similia agerent, ad consimilia peruenirent.
 una ergo impietatis uestrae origo, eadem errorum radix est.
 illi solitarium hominem ex Maria natum asserunt, et tu idem:
 20 illi filium hominis a filio dei separant, et tu idem. illi salua-
 torem aiunt per baptisma Christum esse factum, tu in baptismo
 templum dei factum: illi eum deum non negant factum post
 passionem, tu negas etiam post ascensionem. in uno ergo ad-
 modum tantum distat uestra peruersitas, quod illi in terris
 25 blasphemare uidentur dominum, tu et in caelo. uicisti, non
 negamus, quos imitaris, ac supergressus es: illi quasi ali-
 quando desinunt deum negare, tu numquam. quamquam nec
 illorum sit habenda ad plenum uera confessio, qui saluatori
 post passionem tantum honorem diuinitatis impertiunt, et cum
 30 eum ante deum negent, postea confitentur, quia, ut mihi uide-
 tur, in deo qui partem denegauerit totum negat, et qui non
 semper fuisse confessus fuerit semper negat: sicut et tu, etiamsi 3

1 omousion *NMp* 2 propter *N* 3 diuersitatem *N*² 4 omousios *Np*
et sic passim omousius *M bis* 5 fuit . . . 6 matri *om. M* quod aliter *p*
 7 deus est utriusque *Np* 9 est *om. Mv* 15 redemptione *Np* 23 am-
 modum *N* 25 deum *M* 27 non negare *N¹p* nunquam *M* 28 ha-
 benda sit *Mv*

hodie in caelo dominum Iesum Christum, qui ex Maria uirgine natus est, uerum deum diceres, tamen nisi semper deum diceres non uere confitereris. sed uidelicet non uis mutare in aliquo aut uariare sententiam: quem natum hominem solitarium dicis, etiam hodie deum non esse contendis. o noua ac singularis impietas. quem cum haereticis hominem esse asseris, deum nec cum haereticis confiteris. 5

XV. Sed tamen, ut dicere institueram, duos a te absque dubio Christos fieri, id ipsum dilucidandum est. dic mihi, quaeso, tu qui Christum a filio dei separas, quomodo in symbolo Christum ex deo natum esse fatearis? ais enim: credo in deum patrem et in Iesum Christum filium eius. habes ergo hic Iesum Christum filium dei. dicis autem ex Maria non eundem filium dei natum. ergo alter ex deo Christus, alter ex Maria. duo ergo in sententia tua Christi sunt, qui, cum in symbolo Christum non neges, alterum ex Maria Christum asseris quam eum quem in symbolo confiteris. sed dicis forsitan Christum non esse ex deo natum. et quomodo in symbolo ais: credo in Iesum Christum filium dei? aut negaturus es ergo symbolum aut confessurus filium dei Christum. si autem confiteris in symbolo Christum filium dei, necesse est ut eundem ex Maria confitearis Christum filium dei: aut si alium ex Maria Christum asseris, duos utique Christos esse blasphemias. 10 15 20

XVI. Sed tamen etiamsi perfidia ac peruersitas tua hac symboli fide non concludatur, nonne, quaeso, ratione ipsa ac luce ueritatis obrueris? dic mihi, quaeso, quisquis ille es, haereticae — trinitas certe est quam credimus, quam confitemur, pater et filius et spiritus sanctus. de maiestate patris ac spiritus nulla quaestio est: filio calumniaris, eo quod non eundem ex Maria dicas editum quem ex deo patre generatum — dic mihi ergo, cum filium dei unigenitum natum ex deo non neges, 25 30

2 dicens *bis p* 3 confiteris *N*¹ 5 contendes *ex* contendas *M*
 ac] et *p* 6 esse *om. M* 12 eius] dei *av* 16 simbolo *M* 17 asseras *M*
 quam] quem *p* 19 simbolo *Mp* 20 simbolum *Mp* 26 non^o *M*
 27 hereticae *N* 28 patrem et filium et *sp̄m sc̄m M*

hunc qui ex Maria natus est quem uelis esse? dicis hominem
solitarium iuxta illud quod ipse dixit: quod natum est ex
carne, caro est. sed appellari homo non potest solitarius 2
qui sola non est humanae creationis lege generatus: quod
5 enim in ea natum est, inquit angelus, de spiritu sancto
est. et hoc tamen etiam tu ipse, qui omnia admodum sacra-
menta salutis neges, negare non audes. cum ergo de spiritu
sancto natus sit, et dici homo non queat solitarius qui est deo
inspirante conceptus, si ille non est qui iuxta apostolum semet
10 ipsum exinaniuit formam serui accipiens et uerbum
caro factum est et humiliauit semet ipsum factus
oboediens usque ad mortem et qui propter nos egenus
factus est, cum esset diues, dic mihi ergo: quis ille est
qui et ex spiritu sancto editus et deo obumbrante conceptus?
15 alterum absque dubio esse dicis. duo ergo sunt, id est et ille 3
qui ex deo patre in caelo genitus, et ille qui ex Maria deo
inspirante conceptus. ac per hoc quartus est hic quem intro-
ducis, quem in tantum, cum uerbis hominem solitarium dicas,
re ipsa solitarium non fuisse confirmas, ut eum, etiamsi non
20 ita ut debes, tamen et honorabilem et uenerandum et ado-
randum esse fatearis. ergo cum et adorandus sit utique dei 4
filius qui ex patre natus, et adorandus qui per spiritum sanc-
tum ex Maria procreatus, duos ergo et honorabiles tibi et
uenerabiles facis, quos in tantum a se diuidis, ut peculiariter
25 suo quemque honore uenereris. ac per hoc intellegis quod
negando ac separando a se filium dei totum, quantum in te
est, sacramentum diuinitatis euertis. dum enim quartam in
trinitate personam conaris inserere, uides te totam trinitatem
penitus denegasse.

2] Ioh. 3, 6. 4] Matth. 1, 20. 9] Phil. 2, 7. 10] Ioh. 1, 14.
11] Phil. 2, 8. 12] II Cor. 8, 9.

2 dixit *v*: dixisti *NMp* 5 natum *av*: *om. NMp* inquit *N* 6 ammo-
dum *N* 7 negas *Mv*: *cf. ad III, 6, 5* de] ex *Mv* 9 apostolum paulum *M*
12 qui *om. M* 14 et ante deo] ex *p* 17 conceptus ac per hoc . . .
cap. 23, 2 utique a tempore *desunt in M*: cum librarius uerborum con-
textum non interruperit, archetypi folia compluria, fortasse etiam qua-
ternionem integrum intercidisse patet 25 intelligis *p*

XVII. Quae cum ita sint, negans unum Iesum Christum filium dei negasti omnia. nam haec ratio ecclesiastici sacramenti et catholicae fidei est, ut, qui partem sacramenti denegat, partem non ualeat confiteri. ita enim sibi conexas et concorporatas sunt omnia, ut aliud sine alio stare non possit, et qui unum ex omnibus denegauerit, alia ei omnia credidisse non prosit. itaque si negas deum dominum Iesum Christum, necesse est ut filium dei denegans etiam patrem neges, quia iuxta ipsius dei uocem qui non habet filium, nec patrem 5
 2 habet, qui autem habet filium, et patrem habet. negans ergo genitum etiam genitorem negas. negans quoque filium dei in carne natum consequens est ut etiam in spiritu natum neges, quia idem natus in carne qui prius natus in spiritu. non credens ergo in carne editum necesse est etiam passum esse non credas. non credens autem illius passionem 15
 3 nisi fides mortis ante praecesserit. negans ergo passum et mortuum, negans quoque ab inferis resurgentem consequens utique est ut neges etiam ascendentem, quia ascensio sine 20
 resurrectione esse non potuit, et qui resurrexisse non creditur, necesse est nec ascendisse credatur, dicente apostolo: qui enim descendit, ipse est et qui ascendit. ergo, quantum in te est, dominus Iesus Christus neque ab inferis resurrexit neque caelum ascendit nec ad dei patris dexteram sedit neque ad illum 25
 qui expectatur examinationis ultimae diem ueniet nec uiuos ac mortuos iudicabit.

XVIII. Intellegis itaque, o infelix et furiosa peruersitas, euacuas te penitus omnem symboli fidem, omnem spei sacramentique uirtutem. et in ecclesia insuper stare ausus es et 30

9] I Ioh. 2, 23. 22] Eph. 4, 10.

1 negans ergo *v* 2 nam et haec *v* 3 sacramenti denegat *N*: s. diuini negat *p* diuini s. negat *v* 7 deum *om. N* 9 iuxta *p* dei] patris *v* 19 negas quoque *v* 20 ut *om. p* qui *N*¹ 23 et *om. v* 25 neque ad dextram dei patris sedet *v* 27 iudicauit *N*¹ 28 intelligis *p* 29 poenitus *N* 30 es] est *p*¹ et *deletum in p*

esse te sacerdotem putas, cum illa omnia denegaueris per
 quae sacerdos esse coepisti? redi ergo ad uiam rectam, recipe
 sensum pristinum, respisce tandem si aliquando sapuisti, re-
 gredere ad temet ipsum, si tamen habuisti in te quondam
 5 aliquid quo nunc regrediaris, agnosce sacramenta salutis tuae,
 per quae innouatus, per quae renatus es. non minus tibi nunc 2
 opus sunt quam tunc fuerunt, ut te per paenitentiam nunc re-
 generent quae per fontem ante generarunt. tene plenum sym-
 boli ordinem, tene perfectam fidei ueritatem: crede in patrem
 10 deua, crede in filium deum, in unum genitorem et unum
 genitum dominum omnium Iesum Christum, homousion patri,
 natum in deitate, natum in corpore, duplicis quidem natiuitatis,
 sed unius maiestatis, qui creator omnium creaturarum idem
 fuerit natus ex patre qui postea natus ex uirgine.

15 XVIII. Hoc enim, quod in carne atque ex carne uenit, ortus
 eius fuit, non inminutio, et natus tantum est, non demutatus,
 quia, licet in forma dei manens formam serui assumpserit, in-
 firmitas tamen habitus humani non infirmauit naturam dei,
 sed incolomi utique atque integra diuinitatis uirtute in carne
 20 hominis totum quod actum est profectus fuit hominis, non
 defectio maiestatis. nam cum editus in carne humana deus
 sit, non ideo est in carne natus, ne deus in se maneret, sed
 ut deo in se manente homo deus esset. et ideo Martha cum 2
 carnalibus oculis hominem cerneret, spiritalibus tamen deum
 25 confitebatur dicens: utique, domine, ego credidi quia tu
 es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum ue-
 nisti: ideo Petrus reuelante spiritu sancto cum extrinsecus
 filium hominis aspiceret, dei tamen filium praedicabat dicens:
 tu es Christus filius dei uiui: ideo Thomas cum carnem
 30 tangeret, deum se tetigisse credebat dicens: dominus meus

25] Ioh. 11, 27. 29] Matth. 16, 16. 30] Ioh. 20, 28.

3 si *om.* *N* 5 nunc *bis p* 6 innouatus per quae *om.* *p*¹ 7 peni-
 tentiam *Np* 9 deum patrem *v* 10 filium dei *p* et in unum geni-
 tum *av* 11 *post* genitum *add. v:* et eundem tamen unigenitum et primo-
 genitum: *om. Npa cf. cap. XXI adnot.* omousion *Np* 12 duplicis *p*
 15 ex carne atque in carne *v* 19 incolomi *N* 21 deus est, nondum
 est *v* 23 Martha *av:* maria *Np* 26 uiui *om.* *p* hunc *om.* *v*

et deus meus: unum enim Christum omnes confitebantur,
 3 ne duos facerent. hunc ergo crede, et ita crede dominum
 omnium Iesum Christum, unigenitum et primogenitum, eun-
 dem rerum creatorem quem hominum conseruatorem, eundem
 prius conditorem totius mundi quem postea redemptorem generis 5
 humani: qui cum patre atque in patre permanens, homousios
 patri, et iuxta apostolum formam serui accipiens humi-
 liauit se usque ad mortem, mortem autem crucis, et
 iuxta symbolum natus est ex Maria uirgine, crucifixus
 sub Pontio Pilato et sepultus, et tertia die resurrexit 10
 secundum scripturas et in caelum ascendit, et iterum
 4 ueniet iudicare uiuos ac mortuos. haec est enim fides
 uera, haec salus uera, deum ac dominum Iesum Christum eun-
 dem et ante omnia credere et post omnia, quoniam, ut scriptum
 est, Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula. 15
 in heri enim omne praeteritum tempus ostendit, in quo ante
 principium natus a patre est: in hodie autem saeculi istius
 spatia, in quo rursus ex uirgine natus est, passus est, resurrexit:
 in eo uero quod ipse in saecula dicitur, omnis futurae aeter-
 nitatis immensitas designatur. 20

XX. Sed dicis forsitan, si eundem in fine temporum natum
 dicam ex uirgine, qui ante omnia natus fuerit ex deo patre,
 carneum me etiam ante mundi initia deum dicere, qui ipsum
 dicam postea hominem quem semper deum, ac per hoc homi-
 nem illum qui natus sit postea semper fuisse. nolo te hac 25
 ignorantiae caecitate atque hac errorum nocte confundi, ut
 putes me hominem qui ex Maria natus est ante exordia rerum
 asserere, et deum etiam ante principia mundi semper corporeum
 2 praedicare. non ita, inquam, non ita dico, quod, priusquam
 nasceretur, homo in deo fuerit, sed quod postea in homine 30
 deus natus sit. non enim caro illa quae ex carne uirginis nata
 est semper fuit, sed deus qui semper fuit ex carne uirginis

7] Phil. 2, 7—8. 15] Hebr. 13, 8.

2 deum *N* 6 omousios *Np* 12 ac] et *v* est *om. p* fides uestra,
 haec est salus uestra *v* 15 hodie *N* fclā *Np* 17 fclī *Np* huius *av*
 19 fclā *Np* 23 ipsam *N*¹ 28 asserere *N* 31 natus deus *v*

in carne hominis aduenit. uerbum enim caro factum est: non
 carnem secum exhibuit, sed carni se hominis dignatione di-
 uinitatis uniuuit. dic enim mihi: quando uel ubi uerbum
 caro factum est, aut ubi exinaniuit semet ipsum for-
 5 mam serui accipiens, aut ubi egenus factus est, cum
 esset diues, nisi in illo sacro uirginis utero, ubi, dum incar-
 natur uerbum dei, caro dicitur factum, dum editur, formam
 serui in ueritate suscipit, dum humana conditione patibulo
 affigitur, fit egenus et pauper redditur passione carnali, cum
 10 esset diues maiestate diuina? alioquin si, ut ipse ais, post haec 3
 in eum, ut in unum prophetarum atque sanctorum, diuinitas
 uenit, ergo et in illis, in quibus habitare dignatus est, uerbum
 caro factum est, ergo et per unumquemque illorum exinaniuit
 semet ipsum formam serui accipiens, ac per hoc nihil no-
 15 uum nec praecipuum in Christo factum est, nihil singulare,
 nihil mirabile nec conceptio ipsius habuit nec natiuitas nec
 mors.

XXI. Et tamen, ut ad superiora redeamus, cum haec ita sint
 omnia sicut diximus, quomodo Iesus Christus, quem tu homi-
 20 nem tantummodo esse asseris, etiam antequam ex uirgine na-
 sceretur, semper fuisse legitur et a prophetis atque apostolis
 deus etiam ante saecula praedicatur, dicente Paulo: unus do-
 minus Iesus Christus, per quem omnia, sed et alibi:
 quoniam in Christo, inquit, creata sunt omnia in caelis
 25 et in terra, uisibilia et inuisibilia? symbolus quoque et
 humana pariter et diuina auctoritate contextus credo, inquit,
 in deum patrem et in dominum Iesum Christum filium
 eius, et post alia: deum uerum de deo uero, per quem
 et saecula conpaginata sunt et omnia facta, et item:

22] I Cor. 8, 6. 24] Col. 1, 16.

1 est *om. v* 2 carnis *p* 5 aut] ut *p* 6 incarnatus *p* 8 ueri-
 tatem *p* suscepit *N²pv* conditione *Np* 10 maiestate diuina diues *v*
 13 et *om. v* 15 principium *a* 18 ut *om. N* 22 *sc̄la Np* deus *p*
 23 Christus *om. v* set *N², om. N¹* 25 symbolum *v* 26 contextum *v*
 28 *post* eius *additum in v*: unigenitum et primogenitum totius creaturae
 de] ex *v* 29 *sc̄la N* saecula *p* conpaginata] creata *a*

qui propter nos uenit et natus est ex Maria uirgine, et crucifixus est, et sepultus est.

XXII. Quomodo ergo, cum ipsa confessione nostra ante uirginis partum atque conceptum dominicus homo omnino non fuerit, Christus tamen, qui a te solitarius homo dicitur, deus scriptis sacris sine exordio praedicatur, et tanta hominis ac dei unitas legitur, ut et homo deo semper antea coaeternus et postea homini deus compassus esse uideatur, cum utique nec
 2 ininitiabilis homo nec passibilis deus esse credendus sit? illud est utique quod iam superioribus scriptis testati sumus, quod
 10 unitus homini, id est suo corpori deus nullam fieri patitur inter hominem ac deum humana opinione distantiam nec admitti omnino uoluit, ut alius a quoquam filius hominis, alius dei filius crederetur, sed ita omnibus scriptis sacris dominicum hominem conecit deo atque concorporat, ut nec in tempore
 15 admodum hominem quis a deo nec in passione possit deum
 3 ab homine discernere. si enim ad tempus respicis, inuenies semper filium hominis cum dei filio, si ad passionem, innenies semper cum filio hominis dei filium: ita scilicet unitum et indiuiduum sibi Christum filium hominis ac dei filium, ut, quantum ad uocem scripturae pertinet, nec homo separari a deo
 4 tempore nec ab homine deus omnino ualeat passione. hinc enim illud est: nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo: ubi cum dei filius loqueretur in terris, filium esse hominis testabatur in
 25 caelis et eundem filium hominis, quem ascensurum dicebat in caelum, descendisse quoque antea testabatur e caelo. uel illud: si uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: cum eum qui ex homine natus est nominet, in supernis

23] Ioh. 3, 13. 28] Ioh. 6, 63.

2 et crucifixus et sepultus (est *utroque loco omissio*) *v* 3 *sqq.*] Dominicus homo maledicatur *margo N* 5 homo solitarius *v* 6 in scriptis sanctis *v* 7 ante *v* 8 deus *om. N* 9 credendus sit esse *v* 11 patitur *v* 12 ammitti *N¹* 13 aliud a *p¹* 14 filius dei *v* 15 *sqq.*] nestorianus sensus est *margo N* connectit *pv* 16 admodum *N* 18 filio dei *v* 21 diuinae scripturae *v* 24 filius dei *v*

tamen semper fuisse testatur. sed et apostolus, si ad tempus respicitur, per Christum omnia facta praedicat: unus enim inquit dominus Iesus Christus, per quem omnia: si autem ad passionem, maiestatis dominum crucifixum esse designat: 5 si enim, inquit, cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent. et ideo etiam symbolus, unigenitum 5 et primogenitum dominum Iesum Christum, deum uerum ex deo uero, homousion patri et creatorem omnium docens, natum ex Maria uirgine et crucifixum postea et sepultum esse testatur, 10 ita concorporans scilicet dei et hominis filium et uniens hominem ac deum, ut nec in tempore fieri ulla ualeat nec in passione diuisio, cum idem utique dominus Iesus Christus et per aeternitatem temporis deus et per tolerantiam passionis homo esse doceatur: ac sic, licet nec homo ininitiabilis nec deus passibilis dici debeat, in uno tamen domino Iesu Christo et homo 15 ante perpetuus et deus mortuus praedicatur. uides ergo quod 6 Christus omnia est et nomen illius significatio est utriusque naturae, quia et homo et deus natus ita in se cuncta complectitur, ut in eius nomine nihil deesse noscatur. non ergo 20 ante partum uirginis eadem in praeterito aeternitas hominis quae dei: sed quia in utero uirginis unitus est deus homini, factum est ut in Christo omnino non possit alterum sine altero nominari.

XXIII. Quidquid ergo de domino Iesu dixeris, totum dicis. 25 et in dei enim filio filium hominis et in hominis filio dei filium nuncupabis, tropo scilicet synecdoches, quo et a parte totum intellegitur et a toto portio nominatur, docentibus id utique etiam scripturis sacris, in quibus dominus saepe hoc tropo utens, dum de aliis sic docet, sic etiam uoluit intellegi de se

2] I Cor. 8, 6. 5] I Cor. 2, 8.

6 crucifixent *N* symbolum *v* 8 omousion *Np* dicens *v* 9 Maria *om. v* 10 scilicet concorporans *a* 13 tollerantiam *p* 14 ac sic licet *scripsi: cf. cap. 23, 3 et 5* ac scilicet *Np* ac licet *v* ininitiabilis *Na: cf. p. 348, 9* 17 est ante utriusque *om. v* 18 natus in marg. *p* ita et in se *v* coneta *N¹* 22 ut in marg. *p* 24 quicquid *pv* Iesu Christo *v* 25 enim *om. v* 26 nuncupabis *N* a parte] aperte *N* 27 intellegitur *p* 28 scriptis *v* 29 intelligi *p* de se ipso uoluit intelligi *v*

ipso. neque enim in diuinis uoluminibus aliter uel dies interdum uel res uel homines uel tempora designantur: sicut illud, quod quadringentis Israhelem seruiturum annis in Aegypto deus praedicat dicens ad Abraham: sciens scito quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, et seruituti eos subicient et affligent eos annis quadringentis, cum, si omne tempus ex quo deus locutus est consideretur, plus sint quam quadringenti, si autem illud tantum quo ser- uierunt, minus. quod scilicet tempus nisi hoc tropo intellegitur, mentitur forsitan, quod absit a Christianis sensibus, dei sermo: sed dum utique a tempore diuinae uocis et totum uitae tempus annos plus quam quadringentos et seruitus minus multo quadringentos habet, fit ut uel a toto pars uel a parte totum ualeat intellegi. non dissimilis quoque etiam de diebus interdum ac noctibus significatio est, ubi, cum in utroque tempore unus dies intellegatur, in parte unius temporis tempus utrumque monstratur. hoc siquidem modo etiam illud quod de tempore dominicae passionis obscurum uidetur aperitur. cum enim sub exemplo Ionae prophetae futurum filium hominis dominus in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus esse praedixerit, et post sextam sabbati qua crucifixus est non nisi una tantum apud inferos die et duabus noctibus fuerit, quomodo diuini sermonis ueritas inuenitur? tropo scilicet synecdochico, id est ut et ad diem qua crucifixus est nox praeterita, et ad noctem qua resurrexit dies futura referatur: ac sic additis et nocte quae praecessit diei suae et die qui subsecutus est nocti suae nihil deesse integro tempori noscitur, quod a sui parte suppletur. sciant his rationum exemplis scripturae sacrae, sed

4] Gen. 15, 13 (LXX). 19] cf. Matth. 12, 40.

2 uel homines *bis p* 3 Israelem *pv* annis seruiturum Aegyptiis deus praedicat *v* egipto *p* 4 abraam *p* 8 tantum] totū *N*¹ 9 intellegitur *p* intelligatur *v* 10 mentitus *v* sermo uideatur *v* 11 diuine uocis] *hinc pergit M* 12 seruitutis *M* multo quam quadringentos *Mpv* 13 et ita fit *M* ita fit *v* 14 intellegi *Mp* 15 significatio est] significatione *p* 16 intellig. *Mp* partē *Np* 17 de *om. M* 23 sine- doche *M* synecdoches *v* 24 et ante ad diem *om. Npv* 26 praecesserit *M* subiectus *M* 28 sciantent *N*

longum est uniuersa memorare. sic enim dicente psalmo: 4
 quid est homo, quod memor es eius? a parte totum intel-
 legitur, dum uno homine nuncupato plenitudo humani generis
 demonstratur. sic etiam illud, ubi Achab peccauit, peccasse
 5 plebs dicitur, dum uniuersitate appellata a toto portio de-
 signatur. Iohannes quoque praecursor domini post me, inquit,
 uenit uir qui ante me factus est, quia prior me erat.
 quomodo igitur post se uenturum indicat quem ante se fuisse
 designat? si enim de homine hoc qui postea natus est intel-
 10 legitur, quomodo ante ipsum fuit? si de uerbo, quomodo post
 me uir uenit, nisi quod in uno domino Iesu Christo et poste-
 ritas hominis et uerbi antiquitas demonstratur? ac sic fit ut 5
 unus idemque dominus et ante illum fuerit et post illum uenerit,
 quia et secundum carnem est Iohanne posterior et secundum
 15 diuinitatem omnibus prior. et ideo ille uirum tantummodo
 nominans et hominem demonstraui et uerbum, quia, cum
 dominus Iesus Christus filius dei et homine consummatus
 fuerit et uerbo, unum de eo dicens omnia demonstraui. et
 quid plura? dies me, ut reor, deficiet, si omnia quae de hoc
 20 diei possunt colligere aut enarrare temptaui: et satis haec
 quae nunc diximus in hac negotii parte dumtaxat et ad sym-
 boli sunt expositionem et ad causae officium et ad libri modum.

LIBER SEPTIMUS.

I. Quod euenire his solet qui, cum pelagus iam euaserint,
 25 aut praetentas portubus syrtis aut uicina litoribus saxa formi-

2] Ps. 8, 5. 6] Ioh. 1, 30.

1 memorari *Mp* 2 intellig. *Mp* 3 nuncupato *p* 4 illud *om. p*
 Achab] a capacibus *M* peccasse *M* 6 quoque *om. Np* 9 intel-
 lig. *Mp* 10 quomod (*sic*) *M* uir post me *Mv* 13 deus *M*
 15 hominibus *M* 17 consummatus *M* 19 me] michi *p* deficit *Np*
 deficiat *v* 20 collegero aut narrare *M* 21 hac] ac *M* et *om. M* sim-
 boli *p* 22 ad ante causae *om. p* modum. Explicit liber VI de incarna-
 tionē xP1 *N* Explicit liber sextus (sextus liber *p*) *Mp* Incipit liber
 septimus (VII *Np*) *NMp*

25 sirtes *M*

dant, hoc mihi admodum accidit, ut reseruatis ad ultimum quibusdam haeticorum calumniis, cum iam ad exacti laboris terminum uenerim, eum ipsum finem incipiam metuere ad quem desiderauerim peruenire. sed, ut propheta ait: dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo, non timeamus praetentis haeticorum insidiantium foueas et obsaeptas spinis passim horrentibus uias, quae cum asperent magis itinera quam claudant, de emundatione nobis est potius labor quam de impossibilitate formido, quia, cum nobis agentibus rectum iter infirmiter se obiciant et horreant ambulantes magis quam obsint, plus habet officium et opus nostrum in purgatione quod agat quam ex difficultate quod timeat.

2 igitur ad monstruosum illud letiferi serpentis caput mittentes manum et pertractare omnia admodum colligata ingentibus spiris tortuosi corporis membra cupientes te, quem semper precati sumus, etiam atque etiam, domine Iesu, precamur, ut des nobis uerbum in apertione oris ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, ut captiuemus omnem intellectum in oboedientia tua,

3 quia ille uere liber fit qui coeperit tibi esse captiuus. adesto ergo tuo officio, tuo operi, tuis pro te supra mensuram uirium contendentibus. da hiantia noui serpentis ora et tumentia letalibus uenenis colla conterere, qui facis supra serpentes et scorpiones inlaesos credentium pedes ingredi ac super aspidem et basiliscum ambulare et conculcare leonem et draconem, tribuisque per intrepidam innocentiae constantis audaciam, ut de-

4] Ps. 117, 6. 17] Eph. 6, 19. II Cor. 10, 4—5. 24] cf. Luc. 10, 19. 25] cf. Ps. 90, 13. 27] Esai. 11, 8.

1 ammodum *N* ultimum dum *M* 3 eum] et *M* cum *p* metuere *om.* *M* 4 desideraueram *v* 6 praeteritas *M* romfeas *M* 7 obseptas *NMp* 8 itinera] *ī* (*id est iter*) *M* emendatione *Np* mundatione *M* pocius est *M* 9 possibilitate *v* 10 orreant *M* 11 et] atque *Mv* 13 luciferi *N* capnd *Mp* 14 ammodum *N* omnia admodum omnia *M* illigata *Mv* agentibus *M* 15 membra *p* 18 cogitationis *M* et *om.* *M* 23 connitentibus *Mv* nobis *M* hora *N^op* 24 contendere *p* 27 innocentis constantiē *M* delectur *M*

lectetur infans ab ubere super foramen aspidis, et in
 cauerna reguli qui ablactatus fuerit manum suam
 mittat. da ergo et nobis in cauernas huius inmanissimi ac 4
 scelestissimi reguli innocuas manus mittere, et si in fora-
 5 minibus iam quibusdam, id est in sensuum humanorum latebris
 aut cubile habuit aut oua posuit aut squamosi tractus semitam
 dereliquit, aufer ab uniuersis perniciosissimi anguis huius sor-
 didum et ferale contagium, extrahe illatas perfidiae inmunditias
 et obsessas redolenti caeno animas uentilabro sacrae purgationis
 10 emunda, ut speluncae latronum domus orationum sint, et in
 quibus nunc ut scriptum est diuersoriis hericii et onocentauri
 et pilosi et diuersorum prodigiorum monstra uersantur, in his
 sancti spiritus tui dona, id est fidei ac religionis decora re-
 splendeant. ac sicut eiectis quondam idolorum cultibus ex 5
 15 terminatisque simulacris fecisti ex fanis daemonum templa
 uirtutum, inserens in cauernas serpentium et scorpionum ful-
 gentes luminis tui radios, et ex cubilibus errorum ac turpi-
 tudinum domos ornamentorum ac pulchritudinum reddidisti,
 ita in omnibus, quorum oculos caligo haereticae peruersitatis
 20 obsedit, lucem misericordiae tuae ac ueritatis infunde, ut in-
 carnationis tuae magnum ac salutiferum sacramentum reserato
 tandem ac puro lumine contuentes ita te ex sacrosancto illo
 immaculatae uirginis utero editum in mundo uerum hominem
 esse intellegant, ut uerum tamen deum semper fuisse co-
 25 gnoscant.

II. Ac priusquam de his rebus loqui incipio quas necdum
 libris superioribus praelibauī, aequum arbitror ut ea nitar ex-

9] cf. Luc. 3, 17. 11] cf. Esai. 34, 13 sqq.

1 foramina *M* foramine *v* 2 cauernam *Mv* 3 mittit *M* et *om.* *M*
 cauernis *p* ac] et *p* 4 sceleratissimi *M* 5 quibusdam iam *Mv*
 latrebris *N¹* 6 aut et squamosi *M* 7 huius *om.* *M* 9 ceno *Mp*
 10 orationis *M* 11 ericii *Mv* 12 diuersorum *M* 13 respondeant et
 sicut *M* 14 condam *M* idolorum *p* 15 fecistis *p¹* 16 serpentur
 fulgentis *Mv* 17 ouilibus *M* 18 pulchritudinum *p* 20 uenit
 ut] et *Np* 21 reseruato *N* 22 puro] aperto *M* 24 in] amen *p*
 fuisse semper *M* 26 incipiam *Mp* 27 ut *om.* *M₁* intelligant *Mp*
 tar *M* enitar *av* exoluere *av* ea nitar] anni-

soluere quae iam ante promisi, ut expleta penitus sponsione
 liberius de intactis dicere ordiar cum de pollicitis satisfecero.
 ait ergo ad destruendam sacrae natiuitatis fidem sibilans in
 2 dei ecclesia nouus coluber: nemo anteriorem se parit. pri-
 mum ergo te non solum quid dicas, sed etiam unde dicas 5
 nescire arbitror. si enim scires aut intellegeres unde diceres,
 nequaquam unigeniti dei natiuitatem mortalis opiniunculae ratione
 censeris neque ei qui extra conceptum humanae originis natus
 est humanis definitiunculis praeiudicare temptares aut terrenas 10
 impossibilitates omnipotentiae diuinitatis obiceres, si deo in-
 possibile nihil esse cognosces. nemo ergo inquis anteriorem
 se parit. dic mihi, quaeso, de quibus te loqui cauis, de quo-
 rum animantium aestimas definire naturis? hominibus te an
 feris, auibus an pecudibus legem putas ponere? ista enim sunt
 3 et alia huiuscemodi de quibus haec dici possunt. nemo enim 15
 ex his anteriorem se gignere praeualet, quia quae orta iam
 fuerint redire in id rursus nequeunt ut noua creatione gene-
 rentur: et ideo nemo anteriorem se parere, quia nec anterio-
 rem gignere potest, quia non uenit causa pariendi nisi ex
 possibilitate generandi. tu ergo id in natiuitate omnipotentis 20
 dei quod in ortu terrenorum animalium considerandum putas,
 et ei naturam humanae condicionis obicis qui est auctor ipse
 naturae? uides ergo, ut supra dixi, nescire te unde aut de quo
 dicas, qui facturam factori comparas et ad aestimandam dei
 omnipotentiam earum rerum exemplo uteris, quae ipsae utique 25
 non essent, nisi id ipsum ex deo essent quod sunt. deus ergo
 4 ut uoluit, quando uoluit et ex qua uoluit aduenit. nec tempus
 ei nec persona nec consuetudo hominum nec exempla rerum
 praeiudicarunt, quia obsistere ei lex non potuit creaturarum

4 ecclesia *N* 6 intel'igeres *Mp* 9 definitiunculis *M* 10 diuinae
 omnipotentiae *Mv* impossi,bile] impossibilitate *M* 11 nichel *p* cogno-
 sceres *M* ergo] enim *M* 13 amantium extimas *M* definire *p* te
M 14 ante *N* fort. scrib. anne: cf. IIII, 13, 1 peccoribus *M*
 om. putas *Mv* 15 possint *M* 16 ualet *M* quia ea quae *Mv*
 ponere 17 non queunt *Mv* 18 se anteriorem *M* parere . . . ante-
 iam orta *p* 22 et] ut *p* conditiones *N*¹ conditionis *MN*² auctor *N*
 24 facturas *Mv* 25 om. *p* extimandam *M* 25 potenciam *M* 26 sunt
 om. *M* 27 et quando *Mv* et ex qua uoluit om. *p*

qui est creator ipse cunctorum, et posse ei quod uoluit prom-
 ptum fuit, quia potestas affuit uoluntati. uis scire aliquatenus
 quanta sit omnipotentia dei? ego id deum etiam de creaturis
 suis facere posse credo quod tu eum de se ipso facere potuisse
 5 non credis. omnia enim animantia quae posteriora se pariunt,
 si modo id deus iubeat, anteriora multo parere se facilius pos-
 sunt. nam et cibi ipsi et pocula, si ea diuinitatis uoluntas sit,
 in conceptus quosdam et progenies uerti possunt. aquae denique 5
 ipsae, quibus ab exordio rerum manantibus aequae admodum
 10 omnia animantia utuntur, corporari, si id deus iubeat, in ui-
 sceribus et gigni possunt. quis enim sacris operibus modum
 statuit aut diuinam potentiam circumscripsit, aut quis, ut
 scriptum est, dicet ei: quid fecisti? si negas omnia deum
 posse, nega anteriorem nasci ex Maria deo nascente potuisse.
 15 si autem impossibile deo nihil est, cur ei impossibilitatem in
 suo ipso aduentu obicis cui impossibile in omnibus nihil esse
 cognoscis?

III. Secunda autem peruersitatis tuae uel calumnia blas-
 phematrix uel blasphemia calumniatrix est qua ais: homousios
 20 parienti debet esse natiuitas, non dissimilis superiori:
 uerbis enim magis quam re et genere diuersa est. cum enim
 de natiuitate agitur dei, idem dicis, potentiorum ex Maria non
 potuisse nasci, quod superius, anteriorem non potuisse gene-
 rari. et ideo uel id quod supra dictum est etiam de hoc
 25 responsum puta, uel id quod nunc dicendum est etiam de
 illo responderi existima. ais ergo: homousios parienti 2

13] Esai. 45, 9. Rom. 9, 20.

1 coniunctorum *M* prumptum *N* 2 affluit *p* uiscire *N*¹ 3 id
 deum *scripsi*: in deum *N* idem *M* deum *p* id etiam dominum *av*
 6 se parere *Mpv* facilius *om. Mv* 7 et *post* nam *om. Np* ea est
 diuinitatis *M* (*om. sit*) uolūtas *p* 8 et in proienies *M* 9 manenti-
 bus *N* ammodum *N* 12 statuat *M* circumscribit *N* circum-
 scribat *M* 13 scribunt *N* dicit *Mv* posse deum omnia *M* 16 cui]
 cum *p* 18 secundum *NM* peruersitatē tuam *M* 19 blasphemia]
 calumnia *N* blasphema *av* blasphematrix uel blasphemia *om. p* qua *a*:
 qui *N* quia *Mp* omousios *p* omousius *M* 20 parienti *p* 22 dei
 agatur (agitur *p*) *Mpv* 23 nasci . . . non potuisse *om. M* 24 et 25 id]
 in *p* 26 omousios *Np* omousius *M*

debet esse natiuitas. si ad terrenas creationes respicis, uel maxime ita euenit: sin autem ad ortum dei, quid in natiuitate eius naturae exempla consideras, quia constitutiones constitutori sunt obnoxiae, non constitutionibus constitutor? uis autem plenius scire quam non solum impiae, sed etiam ineptae sint haec calumniae tuae et non uidentis penitus dei omnipotentiam cantilena? dic mihi, quaeso, tu, qui non nisi ex paribus paria nasci putas, unde inexplicabilis illa quondam in heremo coturnicum innumeritas ad pastum Israheliticae plebis repente nata sit. non enim eas ante in aliquo loco a genetricibus suis editas, sed subito aduentu legimus illatas. cibus denique ipse ille caelestis unde per quadraginta annos in Hebraeorum castra defluxit? numquid mannam manna generauit? sed haec de uetustis rerum miraculis. quid de nouis? paucis panibus ac pisciculis innumeras populorum sequentium turbas dominus Iesus Christus in heremo non semel pauit. satietatis ratio in cibis non fuit. quae esurientes causa inuisibilis et arcana saturauit, praesertim cum plus multo superfuerit satietati quam appositum fuerat esuritioni? qua ratione hoc totum, qua causa actum est, ut, cum satietatem edentes caperent, etiam augmentis ineffabilibus cibus ipse ditesceret? natum in Galilaea uinum de aquis legimus. dic mihi: quomodo disparem a sui qualitate substantiam dispar natura generauit, praesertim cum, id quod dominicae natiuitati maxime conuenit, uobilioris admodum rei ortus ex inferiore processerit? dic mihi ergo quo-

8] cf. Num. 11, 31. 13] cf. Ex. 16, 13. 14] cf. Matth. 14, 16 sqq. et 15, 32 sqq. 21] cf. Ioh. 2, 3 sqq.

2 uenit si *M* quid] qui *M* 3 constitutori] constituto *M* 4 obnoxiae *N*¹ 5 hec *M* 6 uidentes *Np* (*non a*) poenitus *N* potentiam *M* 7 cantilena *M* 8 condam *M* 9 israheliticae *M* 10 sint *N* a *om. M* genetricibus *Mp* 11 llatas *M* 12 haebreorum *N* 13 manna *Mp* 15 piscibus *M* dominus Iesus Christus *om. M* 16 Christus *om. p* 17 inuisibili *p* archana *NMp* 18 praesertim *om. M* multa superfuerit satis etiam fuerat esuritioni *M* saturitati *av* 19 qua causa *om. Mav* 20 factum *av, om. M* etiam *om. M* 21 cibis *N*¹, *om. M* ipsi discerent *M* natum *om. M* 22 unum *M* 24 id *om. p* nobiliores *N*¹ ammodum *N* 25 ergo *om. M*

modo ex illa aquae simplicitate egregior uini et admirabilis
 sapor natus sit? quomodo aliud sit haustum, aliud infusum?
 numquid cisterna illa uel puteus hanc naturam habuit, ut
 5 aquas ex se sumptas in optima uina mutaret? aut numquid
 uasorum id qualitas aut ministrorum egit industria? nihil utique
 ipsorum. et quomodo facti ratio cogitatione cordis non con-
 prehenditur, cum facti tamen ueritas conscientiae firmitate ser-
 uetur? caeco super oculos in euangelio lutum positum est et
 oculi abluto eo nati sunt. numquid aut aqua hanc naturam
 10 habuit ut oculos pareret, aut lutum ut lucem crearet? nihil
 utique horum, praesertim cum aqua caeco nihil conferat, lutum
 autem uidentibus etiam obesse possit. et quomodo res nocendi
 uim in se habens officium remedii ac salutis exhibuit, et quae
 obesse sanis solet, quasi ministra tunc sanitatis fuit? dicis
 15 itaque dei hoc tribuisse uirtutem, dei praestitisse medicinam,
 et omnia haec quae diximus omnipotentiam penitus effecisse
 diuinam, qui potens sit utique et ex insolitis noua condere
 et ex contrariis salubria constituere et ea, quae in impossibili-
 tatibus atque inefficientiis sita sint, in rerum possibilitates
 20 effectusque mutare.

III. Idem ergo de ortu ipsius domini quod de rebus omnibus
 confitere. crede deum natum ut uoluit, quem non negas po-
 tuisse quod uoluit: nisi forte uirtutem, quae ei ad alia omnia
 affuit, ad se ipsum aestimas defuisse, et ipsi ad natiuitatem
 25 suam omnipotentia sua defuit, quae ab eo procedens uniuersa
 penetrauit. tu mihi in natiuitate domini obicias: nemo ante-
 riorem se parit, et in partu quo omnipotens deus natus
 est dicas: homousios parienti debet esse natiuitas?
 quasi uero cum quolibet hominum humanis legibus agas, cui

8] cf. Ioh. 9, 1 sqq.

1 et regius *M* egregius *v* ammirabilis *N* 2 austum *NM* 3 uel]
 aut *M* 4 sumtas *a* 5 uasarum *M* 6 horum *Mv* cogitatio *N*
 7 constituencię *M* 9 ab luto *Mv* eo *om. Mv* abluti eo *N² cf.*
cap. 4, 5 10 ut ante lucem *om. Np* 12 noscendi *N* 13 hac *N*
 exhibuit *M* 14 tunc *om. M* 17 insolutis *N* utique et solitis *M*
 19 in efficientiis *pv* sitae *NM* 23 omnia alia *M* 24 affluit *p*
 extimas *M* 28 dicis *Mv* omousios *Np* homousius *M*

2 impossibilitatem suam obicias, quem terrena infirmitate con-
 cludas. communem omnium dicis condicionem esse nascendi,
 eandem legem esse generandi, non potuisse penitus in uni-
 versitate generis humani uni tantum homini contingere quod
 uetuerit deus omnibus prouenire. non intellegis de quo dicas, 5
 non uides de quo loquaris: quia auctor utique omnium con-
 dicionum cunctarum lex naturarum est, per quem est et quid-
 quid homo potest et quidquid non potest, quia ipse utriusque
 rei penitus modum statuit, et usque quo accederet facultas et
 3 quo ulterius non progrediretur infirmitas. quam insane ergo 10
 tu ei impossibilitatem humanam obicis, cui possibilitas ipsa
 debetur. si personam domini terrenis infirmitatibus aestimes
 et omnipotentiam dei humanis rationibus metiaris, nihil utique
 quod secundum corporeas ipsius passiones deo congruum ui-
 deatur inuenies. si enim ueri simile uideri potest ut Maria 15
 anteriorem se deum parere non quierit, quomodo ueri simile
 erit quod crucifixus ab hominibus deus fuerit? et tamen idem
 qui crucifixus est deus ipse praedixit: si affiget homo deum
 4 suum, quia uos affigitis me? si ideo natus ex uirgine 20
 dominus non putabitur, quia anterior parienti fuerit qui nasce-
 batur, quomodo deus sanguinem habuisse credatur? et tamen
 ad presbyteros Ephesiorum dicitur: regite ecclesiam dei,
 quam adquisiuit sanguine suo. postremo quomodo auctor
 uitae priuatus uita existimabitur? et tamen Petrus auctorem,
 inquit, uitae interfecistis. nemo in terris situs esse in caelo 25
 potest. et quomodo dominus ipse dicit: filius hominis qui
 est in caelo? si denique ideo natum ex uirgine deum non
 putas, quia homousios parienti debet esse natiuitas,

18] Mal. 3, 8. 22] Act. 20, 28. 24] Act. 3, 15. 26] Ioh. 3, 13.

1 quem] quae *N*¹*p* 2 conditionem *p* 3 poenitus. *N* in *om.* *M*
 5 puenire *M* intelligis *Mp* 6 conditionum *p* 7 et cunctarum *Mv*
 per quem . . . 8 non potest *om.* *M* 7 et 8 quicquid *pav* 8 utrius *M*
 10 quod *M* progreretur *p* 12 extimes *M* 17 quodquod *N* omni-
 bus *NM* 18 affigit *Np* 20 putauit *N*¹ putatur *N*² 21 credi-
 tur *Mv* credetur *p* 22 presbiteros *NMp*² presbeteros *p*¹ 24 exti-
 mabitur *M* 25 in celis esse *Mv* 26 et *om.* *M* 27 ideo] in eo *Np*
 28 omousios *Np* homousius *M*

quomodo res dissimiles ex dissimilibus crediturus es substitisse
 naturis? ergo apud te nec coturnices subito uentus intulit nec 5
 manna decidit nec unum ex aqua prodiit nec multa hominum
 milia exiguo cibo pasta sunt nec post lutum caeco lumen ap-
 5 paruit. quodsi haec omnia incredibilia utique et contra rati-
 onem uidentur nisi a deo facta credantur, cur in natiuitate
 eius denegas quod in operibus confiteris? aut numquid praestare
 ortui suo aduentuique non potuit, quod humanis remediis atque
 utilitatibus non negauit?

10 V: Longum est de hac re et prope fabulosum amplius dicere.
 sed tamen ad confutandam ineptiam atque insaniam tuam, qua
 ais quod homousios parienti natiuitas esse debet, id
 est quod dissimilem se quaelibet parere non possit, etiam
 terrenarum rerum exempla proferam, quo ex dissimilibus nasci
 15 multa conuincam: non quod in tali re comparatio ulla aut
 fieri possit aut esse debeat, sed ut non dubites in sacro ortu
 existere id potuisse quod etiam in terrenis his et caducis uideas
 prouenire. apes, sicut minima admodum, ita prudentissima ac
 sollertissima animalia, ex diuersissimis edi legimus atque exire
 20 naturis. cum enim sint miri ingenii animantia et non solum 2
 sensu, sed etiam prudentia abundant, excerptis quibusdam her-
 barum floribus procreantur. quod maius exemplum adhibendum
 aut assumendum putas? ex inanimis animalia, ex insensibilibus
 sensibilia nascuntur. qui opifex illic, qui fabricator est, qui for-
 25 mator corporum, qui inspirator animarum? sonum denique 3
 ipsum, quo inter se quasi loquuntur, quis dedit? concinnitatem 3
 pedum, ingenium orium elegantiamque pinnarum quis finxit

21] cf. Aristot. hist. anim. V, 21, p. 553^a, 19.

3 ex | ex *p* milia hominum *Mv* 4 aperuit *NMp* 7 nunquid *M*
 12 quod] quomodo *Np* omousios *Np* homousius *M* debeat *Mv*: cf.
 §. 5 13 dissimile *M* se] sibi res *av*: *om. M fort.* a se possint *M*
 14 quod *M* 17 caducis] catholicis *M* 18 ammodum *N* 19 solertis-
 sima *N* edi legimus] esse didicimus *M* 20 solo *p* 21 sensum *N*¹
 exceptis *N* ex certis *M* 23 ex animis *M* insensibili *M* ex insensi-
 bilibus sensibilia *om. p* 26 quo *pv*: quod *NM* locuntur *Mp* con-
 cinnitates *N*²*p* concinnitates has *av* 27 ingenium orium *scripsi*: genio-
 rium *N*¹ ingeniorium *N*² artem morum *M* geminorum *p* ingeniorum *a*
 artem orium *v*: cf. *Gell. I, 9, 2* de oris et uultus ingenio pennarum *N*²*pa*

atque composuit? ingenium, iram, prouisionem, motum, placiditatem, concordiam, dissensionem, bella, pacem, ordinationem, dispositionem, officia, principatus, omnia denique quae sunt illis quasi cum humano genere commuua, cuius doctrina aut cuius munere, quo imbuente atque instituyente sumpserunt? numquid 5 hoc a paterno semine indeptae sunt aut in genitali utero atque in materna carne didicerunt? nec uterum utique norunt nec semen sciunt: depasti tantummodo flores in aluearia congeruntur, ex quibus inaestimabili opificio apes exeunt. nihil illic genetricum uiscera prolibus conferunt neque apes ex 10 apibus eduntur: operariae tantum sunt, non procreatrices. ex herbarum flosculis animantia prodeunt: quid simile herbis et animantibus? quis fabricator igitur rerum istarum sit, credo, intellegis. i nunc et ambige, an potuerit natiuitati suae dominus id tribuere quod uides eum etiam facturis minimis praestitisse. 15 5 superfluum forte sit post haec et alia addi aliquid: sed tamen etiam non necessaria ad exemplum addantur ad cumulum. locustis repente subtexi aëra, impleri terras uidemus. prode earum semina, prode ortus, prode generatrices. inde enim, ut uides, exeunt, unde nascuntur. praescribe his rebus omnibus, 20 quod homousios parienti esse natiuitas sua debet, et tam inuenieris in praescriptionibus his ridiculus, quam nunc es in neganda domini natiuitate furiosus. et quid post haec? numquid progredi nos debere ultra uel tu ipse existimas? adhuc addimus tamen aliquid. ex ouis uolucrum, quas in Aegypto 25 hibes uocant, basiliscos serpentes gigni indubitabile est. quid cognatum et consentaneum aui atque serpenti? cur homousios 6 parienti natiuitas sua non est? et tamen haec omnia nec

18] cf. Basil. Hexaém. 9, 2, 15.

1 placita *p* 5 sumserunt *N* nunquid *M* 7 carne *om. p*
 9 inestimabili *M* 10 genetricum *M* generatricum *p* 11 tantummodo *M*
 12 producant *M* erbis *M* 14 intelligis *p* i *om. M*
 in hunc *p* natiuitatis *N¹p* 15 futuris *p* 16 haec talia *M*
 aliquid *N¹* 17 non *om. M* adduntur *M* 18 locustis *N²Mpv*
 subtegi *M* terra *M* 21 omousios *Np* debeat *Mv* tamen *N¹Mp*
 22 ridiculis *N¹p* quem *N¹* qui *p* 23 nunquid *M* 26 hibes
NMp: ibes v basiliscos *p* quod *M* 27 omousios *Np*

gignentibus agunt nec nascentes sciunt, sed fiunt latentibus causis et inexplicabili quadam atque multiplici gignentis lege naturae. et tu eius natiuitati terrenarum opinionum praescriptiunculas obicias, qui nec earum quidem natiuitatum rationem reddere potes, quae nutu ipsius ac praeceptione nascuntur, cuius arbitrium totum agit, cuius imperium totum efficit, cui nihil contra ire, nihil obsistere potuit et ad totum quod possibilitate agendum erat uelle sufficit.

VI. Sed tempus tandem est ut reliquas etiam occultiores et insidiosiores blasphemias tuas, quia, quod maluissemus, iam ignorare non possumus, saltem ne ignorantes capiant detegamus. posuisti in quodam pestifero tractatu tuo dicens: quoniam diuinae naturae imago est homo, hanc autem proiecit diabolus in corruptionem, doluit sic pro imagine sua deus, sicut pro statua sua imperator, et corruptam reparat imaginem: et sine semine formauit de uirgine naturam secundum illum qui sine semine natus est Adam, et per hominem humanam naturam suscitatur: quoniam enim per hominem mors, ideo et per hominem resurrectio mortuorum. ueneficorum quorundam, ut aiunt, haec consuetudo est, ut in poculis quae conficiunt uenenis mella permisceant, ut dulcibus nocitura celentur, et dum quis mellis dulcedine capitur ueneni peste perimatur. ita ergo et tu dicens: diuinae naturae imago est homo, hanc autem proiecit diabolus in corruptionem, doluit sic pro imagine sua deus, sicut pro statua sua imperator, oras quodammodo poculi pestilentis dulcedine quadam et quasi melle circumlinis, ut haurientes ingestum poculum homines, dum illecebrosa degustant, perniciose non sentiant. dei nomen

2 et om. M gignenti M gignentibus p 4 obicis Mv ne v
 7 nil Np 8 sufficit M 9 occultiores NM 10 et] atque Mv insi-
 diosiores M 11 saltem Np 14 deatū M sic] sicut Npv yma-
 gine p 15 sua post statua om. p 16 reparauit M imagine p for-
 mauit . . . 17 semine om. M 18 nascitur M fort. recte 19 enim v:
 om. NMp per unum hominem mors M ideo om. Np 20 quorum-
 dam p 25 dñs M corruptionem p sic] sicut Npv 26 yma-
 gine p 27 ora v pestilenti dulcediñ M quodam N 28 aurientes
 NM 29 perniciose Np

obiciis ut religionis nomine mentiaris, sancta praemittis ut per-
 uersa suadeas et confitendo deum id efficias, ut eum ipsum
 neges quem confiteris. quis enim non uidet quo eas, quid
 moliaris? dicis quippe: doluit sic pro imagine sua deus,
 sicut pro statua sua imperator, et corruptam reparat 5
 imaginem: et sine semine formauit de uirgine natu-
 ram secundum illum qui sine semine nascitur Adam,
 et per hominem humanam naturam suscitatur: quoniam
 enim per hominem mors, ideo et per hominem resur-
 4 rectio mortuorum. hoc ergo tanto studio, hoc tanto actu 10
 praelocutionibus blandis fallax insidiator egisti, ut deum in
 praecedentibus nominans ad hominem in consequentibus per-
 uenires, et eum ipsum solitarii hominis contumelia post affi-
 ceres cui subdolae humilitatis officio honorem dei antea detu-
 listi. dicis ergo quod imaginem dei, quam diabolus proiecerit 15
 in corruptionem, pietas diuina repararit: corruptam enim
 5 inquis reparat imaginem. iam hoc quam subdole quod ais
 corruptam reparat imaginem, scilicet ut persuadeas nihil
 plus fuisse in eo in quo imago reparabatur, quam in ea ipsa
 imagine fuerit cui reparatio praestabatur. ac per hoc idem 20
 tantummodo uis esse dominum quod Adam, nihil plus ima-
 ginis reparatorem quam ipsam imaginem corruentem. denique
 quid agas, quid moliaris, sequentibus probas dicens: sine
 semine formauit naturam secundum illum qui sine
 semine nascitur Adam, et per hominem humanam 25
 6 naturam suscitatur. similem in omnibus et parem Adae
 dominum Iesum fuisse asseris: illum utique sine semine et
 hunc sine semine, illum hominem solum et hunc hominem
 solitarium. ac per hoc uides te diligenter cauuisse ac prop-
 spexisse, ne dominus Iesus Christus aut maior in aliquo Adae 30
 aut forte melior putaretur; cum ita eos sibi mensuris paribus

1 praemittis *M*¹ 2 persuadeas *Mv* dñm *M* eum] cum *M* 4 sicut
Npv 5 corruptam *p* reparat *M* 8 humanam *om. M* 10 hactu *M*
 11 exegisti *M*¹ 14 subdole *NM* detulisses *Mv* 16 corruptionem *p*
 (*ita saepe*) 18 corruptam cui reparat *M* nil *M* 21 nil *M* 23 quod
 moliaris *N* 24 natura *N*² 25 humanam *om. Np* 26 aede *N*
 29 caruisse *p* 30 aede *M* Adamo *v*

conparaueris, ut derogaturum te quodammodo Adae aliquid crederes, si ei deum quippiam praetulisses.

VII. Quoniam enim inquis per hominem mors, ideo et per hominem resurrectio mortuorum. etiamne apostolico testimonio peruersitatem tuam ac scelus probare niteris et contagione impietatis tuae uas electionis infamas, uidelicet ut, quia a te auctor salutis tuae non intellegitur, idcirco etiam apostolus deum negasse uideatur? et tamen, si apostolicis testimoniis uti placebat, cur uno eius contentus cuncta siluisti et hoc non subdidisti statim: Paulus apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, aut illud: sapientiam loquimur inter perfectos, et post alia: quam nemo, inquit, principum saeculi huius cognouit. si enim cognouissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent, uel illud: quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, et: unus dominus Iesus Christus, per quem omnia? an in parte apostolum probans et in parte reprobans in eo tantum recipis in quo pro dispensatione hominem Christum nominat, in eo repudias in quo deum? Paulus enim hominem Iesum non negat, sed deum tamen eundem hominem confitetur et ita humano generi per hominem resurrectionem uenisse praedicat, ut in homine tamen ipso deum resurrexisse confirmet. uide enim, an eum qui resurrexit deum praedicet, qui eum qui crucifixus est deum maiestatis esse testatur.

VIII. Sed tamen ne dominum Iesum quasi unum de plebe redderes, dedisti ei aliquid dignitatis, tribuens ei honorem ut sancto homini, non diuinitatem ut uero homini ac uero deo. quid enim dicis? formauit deus dominicam incarna-

10] Gal. 1, 1. 12] I Cor. 2, 6. 13] I. e. 8. 15] Col. 2, 9.
17] I Cor. 8, 6.

1 aliquod *N* 2 eidem quidpiam *av* 4 etiam *M* 5 probarē *N*
6 concione *M* 7 intelligitur *Mp* etiam et *M* 13 inquit *M* prin-
cipium *N* eius *p* 14 nunquam *M* 17 dominus noster *Np* 18 pro-
bas *NMp* et *om.* *Mv* reprobas *Mp* tantum] autem *M* 19 eum
recipis *Mv* 23 nomine *M¹* confirmat *N¹* 28 ut utero *N¹* 29 *sqq.*
uerba nesth: *margo N*

tionem: theodochon formam honoremus cum deo sicut
 unam formam deitatis, sicut diuinae uoluntatis in-
 separabilem statuam, sicut imaginem latentis dei.
 superius imaginem dei Adam esse dixisti, hic Christum ima-
 2 ginem dicis: illum statuam et hunc statuam. sed gratiae uide- 5
 licet tibi pro honore dei agenda sunt, quod theodochon formam
 honorandam cum deo esse concedis. in quo non tam honor
 est quam iniuria: neque enim in hoc ipso tribuis domino Iesu
 Christo honorem diuinitatis, sed negas. subtili quippe impietatis
 arte honorandum cum deo dicis, ne deum esse fatearis, et hoc 10
 ipso, quo uideris eum fallaciter coniunxisse, disiungis. nam
 cum utique eum non ut deum colendum, sed quasi cum deo
 honorandum esse blasphemus, ideo ei tribuis diuinae uicinitatis
 3 coniunctionem, ut deitatis auferas ueritatem. impiissime et
 callidissime hostis dei, peragere uis scelus negantis sub nomine 15
 confitentis. honoremus, inquis, sicut diuinae uoluntatis
 inseparabilem statuam, sicut imaginem latentis dei.
 profecit uidelicet apud nos per beneficia sua honor creatoris
 ac redemptoris nostri domini Iesu Christi. si ideo ab eo de
 aeterno interitu redempti sumus, ut redemptorem nostrum 20
 statuam diceremus, digno uidelicet obsequio, digno cultu re-
 spondere benignitati ac pietati illius nitimur, si maiestatem,
 quam ille propter nos humiliare non rennuit, nos etiam au-
 ferre conemur.

VIII. Sed excusas uidelicet illatam domino contumeliam 25
 subditi honoris officio, dicens: tamquam imaginem latentis
 dei. in hoc quod imaginem dicis humanae eum comparas
 condicioni, in hoc quod latentis dei certissimae derogas digni-
 tati. deus enim inquit Dauid manifeste ueniet, deus
 noster, et non silebit. et uenit utique et non siluit, qui, 30

29] Ps. 49, 3.

1 theothocon *M* 6 et tibi *Np* theothocon *M* 9 quippe] inquis *p*
 11 quod *M* coniungisse *N* disiungas *Mv* 13 eis *M* uinitatis *M*¹
 15 quasi sub *M* 18 aput *N* creaturis *N*¹ creatoris sui *M* 19 nri
 dñi nri *p* 23 renuit *p* 26 ymaginem *p* 28 conditioni *M* certis-
 sine *NMp* 29 ueniet e deus *p*

priusquam ipse quippiam post ortum suum diceret, aduentum
 suum et terrenis pariter et diuinis testibus declarauit, dum
 stella indicat, dum magi adorant, dum angeli annuntiant. quid
 quaeris amplius? adhuc uox illius silebat in terris et honor
 5 illius iam clamabat in caelo. latuisse ergo in eo ac latere tu 2
 deum dicis? at non hoc prophetae, non patriarchae, non deni-
 que lex uniuersa praedixit. non dicebant enim latitaturum,
 qui uenturum omnibus praedicebant. erras, infelix caecitas,
 causas blasphemandi quaerens et non inueniens. tu eum la-
 10 tuisse etiam post aduentum suum dicis: ego eum nec prius
 quidem latuisse comprobo quam ueniret. numquid enim patri-
 archam illum eximium, cui uocabulum uisio dei praesentis im-
 posuit, qui ex subplantatoris nomine in Israhelis nomen ascendit,
 numquid sacramentum nascituri ex uirgine dei latuit? qui cum
 15 mysterium futurae incarnationis ex concertatione luctantis se-
 cum hominis agnouisset, uidi, inquit, deum facie ad fa-
 ciem, et salua facta est anima mea. quid, quaeso, uiderat,
 ut uidisse se deum crederet? numquid inter fulgura se ei et 3
 tonitrua deus protulit aut reserato intrinsecus caelo coruscans
 20 se ei facies diuinitatis ostendit? nihil utique eorum, sed e di-
 uerso magis uidit hominem et agnouit deum. o uere dignus
 indepto nomine et qui interioribus magis quam exterioribus
 oculis uocabuli a deo dati meruit dignitatem. luctantem secum
 humanam speciem uidebat et uidere se deum protestabatur.
 25 sciebat utique, quod illa hominis species dei ueritas erat, quia,
 in qua tunc erat specie deus uisus, in ea erat speciei ipsius
 postea ueritate uenturus. quamquam quid miremur, si tantus 4
 patriarcha indubitanter credidit quod ei ipse per se deus tam

16] Gen. 32, 30.

1 post ortum] pastor tamen (tñ) *M* 2 et ante terrenis *om. M* 4 si-
 lebit *p*¹ 6 at] an *M* 7 latitaturum *M* 8 quia *M* praedicabant *M*
 10 ergo *N* 11 cum probo *p* approbo *Mv* patriarcha *N* 13 sub-
 plantatoris *M* ufrhf *M* israelis *p* 14 nunquid *M* 15 misterium *NMp*
 ex] et *N* 16 dñm *M* 18 se ante deum *om. M* fulgura *N*¹ 19 re-
 separato *N* 22 indēpto *M* 23 uocabulū . . . datū *M* dignitante *M*
 luctante *M* 26 speciei] specie *Mp* 27 quod *N* 28 per se *om. p*

euidenter ostendit, dicente ipso: uidi deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea? quid ei tantum deus praesentis diuinitatis ostenderat, ut demonstratam sibi faciem dei diceret? homo enim ei, ut uidebatur, tantummodo apparuerat, quem etiam in concertatione superauerat. sed hoc utique per
5
praecurrentia rerum indicia deus agebat, ut nemo esset qui deum natum ex homine non crederet, cum in humana specie deum iam patriarcha ante uidisset.

X. Sed quid ego in uno exemplo tamdiu commoror, quasi multa desint? numquid enim latere homines iam tum poterat
10
in carne uenturus deus, cum de eo quasi ad omne humanum genus palam propheta diceret: ecce deus uester, et alibi: hic est deus noster, et illud: deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis: et regni eius non erit finis? sed et cum iam uenisset, numquid latebat eos quod uenerat,
15
2 qui uenisse eum palam confitebantur? numquid ignorabat dei aduentum Petrus dicens: tu es Christus filius dei uiui? numquid Martha quid loqueretur aut quem crederet nesciebat, utique, inquiring, domine, ego credidi quia tu es Christus filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti?
20
omnes denique, qui ab eo uel morborum remedia uel membrorum restitutiones uel mortuorum uitam petebant, ab hominis id infirmitate an a dei omnipotentia postulabant?

XI. Diabolus denique ipse cum eum omni illecebrarum ambitu, omni nequitiae suae arte temptaret, quid aut nesciens
25
suspicabatur aut quid temptans scire cupiebat? aut quid tantopere eum mouerat, quod deum in hominis humilitate quaerebat? numquid documentis prioribus id didicerat aut umquam

12] Esai. 40, 9. 13] Esai. 25, 9 et 9, 6—7. 17] Matth. 16, 16.
19] Ioh. 11, 27.

1 ipso quia nidi *M* 5 quem] que *M* etiam *om.* *M* supererat *M*
hoc *om.* *M* 9 quit *N* 10 desinit *M* 14' seculi *Mp* 16 quia *M*
18 num maria *Np* 21 membrorum *p* remedia uel membrorum *om.* *Na*
23 omnipotentia *M* 24 cum eum *om.* *Np* ille celebrarum *N* illebra-
rum *p* 26 aut temptans *Mv* aut quid . . . 27 quaerebat *om.* *M* 27 no-
uerat *Np* 28 unquam] quem *Mv*

uere in humano corpore deum uenisse cognouerat? non utique: 2
 sed magnis signorum indicibus, magnis rerum experimentis et
 ueritatis ipsius uocibus ad suspicionem et inquisitionem rei
 huius conpellebatur, utpote et qui semel iam ab Iohanne au-
 5 dierat: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi,
 et iterum ab eodem: ego a te debeo baptizari, et tu
 uenis ad me? descendens quoque de caelo et stans supra
 caput domini columba euidenter se ac manifestam declarati
 dei indicem dederat. uox quoque eum non per aenigmata nec 3
 10 per figuras a deo missa permouerat dicens: tu es filius meus
 dilectus: in te conplacui. et ideo, licet hominem extrin-
 secus in Iesu uideret, filium dei inuestigabat dicens: si filius
 dei es, dic ut lapides isti panes fiant. numquid diabolo
 contemplatio hominis suspicionem diuinitatis eripuit, ut per
 15 hoc, quod hominem uidebat, crederet deum esse non posse?
 non utique: sed quid ait? si filius dei es, dic ut lapides
 isti panes fiant. non ambigebat utique esse posse quod an
 esset perscrutabatur: de ueritate ei erat sollicitudo, non de
 impossibilitate securitas.

20 XII. Atqui sciebat utique dominum Iesum Christum ex
 Maria natum esse, sciebat pannis obuolutum in praesepio
 positum, pauperem eius inter humana exordia paruitatem fuisse
 et egenam etiam legitimis incunabulorum ministeriis infantiam:
 non dubitabat quoque eum ueram carnem habere, uere hominem
 25 natum esse. et cur ei hoc ad securitatem parum uisum est?
 cur eum, quem uere hominem esse nouerat, deum posse esse
 credebat? disce ergo, infelix furor, disce, insana et crudelis
 impietas, disce tandem uel a diabolo minoris esse perfidiae.
 ille dixit: si filius dei es, tu dicis: filius dei non es. quod

5] Ioh. 1, 29. 6] Matth. 3, 14. 10] Luc. 3, 22. 12] Matth. 4, 3.

2 sed magis *Np* magis *bis a* 3 inquisitionem *N* 4 utpote *om. M*
 a *Mv* 5 peccata *Mp* 6 iterum] item *M* 7 super *M* 8 capud *M*
 columbam *N¹* coluba *M* euidenter *M* claritati *M* 12 ihm *p*
 16 qui ait *N¹* 20 ut qui *Np* atquin *M* 21 inuolutum *M* 23 ege-
 num *Np* legitimis] legimus *N²* 24 dubitat *M* 28 diabulo *N¹*
 29 non est *M*

ille interrogauit, tu negas. nemo adhuc inuentus est praeter te qui diabolicam impietatem fuerit supergressus. quod ille in domino confessus est esse posse, tu non credis esse potuisse.

XIII. Sed cessauit postea forsitan et conqueuit cassatisque temptationibus suis deposuit suspicionem, quia non inueniebat effectum? mansit quin immo in eo semper et usque ad ipsam domini crucem suspicio in eo per formidines proprias cumulata peruenit. quid plura? ne tunc quidem opinari de eo filium dei desiit, postquam tantum in eum persecutoribus suis licere
 2 cognouit. sed callidus utique hostis inter ipsas quoque corporeas
 10 passiones signa diuinitatis aspiciens, etiamsi esse eum malebat hominem, suspicari tamen conpellebatur deum, quia, licet hoc mallet credere quod uolebat, cogeatur tamen ad id certis rerum indiciis quod timebat. nec mirum. quamuis enim eum et consputatum et flagellatum et contumeliis affectum et
 15 in crucem actum uideret, cernebat tamen inter ipsas iniuriarum indignitates diuinas exabundare uirtutes, dum uelum templi scinditur, dum sol refugit, dum dies obscuratur, dum passionis uirtutem omnia sentiunt et cuncta etiam quae deum nesciunt
 3 opus diuinitatis agnoscunt. et ideo hoc uidens diabolus ac
 20 tremens omni modo peruenire ad dei agnitionem etiam in ipsa hominis consummatione temptauit, dicens per eos qui crucifixi erant: si filius dei est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. sensit utique dominum deum nostrum passione corporis redemptionem humanae salutis operari, simulque per
 25 eam et se destrui ac subiugari et nos redimi atque saluari, et ideo hostis generis humani omni modo et omni dolo cassari
 4 ea uoluit quae agi pro omnium redemptione cognouit. si filius

23] Matth. 27, 42.

4 et] ac *Mv* coqueuit *p* et cassatis (quass. *M*) *Mv* 5 temptationibus *N* 6 et *om.* *Np* 7 supplicio *p* in eum *v* cum multa *p* 8 quidam *M* filio *M* 11 suspiciens *M* eum *om.* *M* 13 cogitabatur *N*¹ 15 eum et] eum *M* consputum *Mv* 16 cruce mactatum *M* 17 exabundare *p* 19 deum] domini *p* 20 uidens hoc *Mpv* 22 consummationẽ *M* consumatione *p* qui eum cruciferant *M* 24 sentit *p* nostrum *om.* *Np* 25 redemptione *N*¹*M* per eam] ea *v*, *om.* *M* 27 cassare *M*

dei, inquit, est, descendat nunc de cruce, et credimus
 ei, scilicet ut motus uerborum contumelia dominus desereret
 sacramentum, dum ulcisceretur iniuriam. uides ergo dominum
 etiam in cruce positum filium dei appellari, uides eos hoc quod
 5 nominant suspicari. disce itaque, ut superius dixi, uel a per-
 secutoribus ipsis uel a diabolo filium dei credere. quis um-
 quam aequauit daemonicam infidelitatem? quis supergressus
 est? ille eum filium dei esse suspicatus est etiam cum mortem
 pertulit, tu negas etiam cum resurrexit: ille enim deum su-
 10 spicatus est cui se occultuit, tu negas cui probauit.

XIII. Uteris ergo aduersus deum scripturis sacris et suos
 ipsos in ipsum testes agere conaris. sed quomodo? uere, ut
 non solum dei, sed etiam testimoniorum ipsorum praeuaricator
 sis. nec mirum utique si, quia id quod uis non potes, id facis
 15 solum quod potes: quia uertere in deum testimonia sacra non
 uales, quod uales, ipsa peruertis. dicis enim: ergo et Paulus
 mentitur de Christo dicens: sine matre, sine genea-
 logia. interrogo te de quo hoc uelis dixisse Paulum? de filio 2
 et uerbo dei an de Christo, quem tu a filio dei separas et
 20 hominem tantum esse blasphemias? si de Christo, utique quem
 hominem solitarium dicis, quomodo nasci homo sine matre,
 sine genealogia maternae originis potuit? sin autem de dei
 uerbo ac dei filio, quid facimus quod idem apostolus, ut tu,
 sacrilege, aestimas, testis tuus, eodem loco atque eodem testi-
 25 monio eum, quem tu sine matre asseris, etiam sine patre esse
 testatur dicens: sine patre, sine matre, sine genealogia?
 ergo superest ut apostoli testimonio utens, quia filium dei sine
 matre asseris, etiam sine patre esse blasphemias. uides ergo 3
 peruersitatis ac nequitiae tuae studio in quod te impietatis

17] Hebr. 7, 3.

1 inquit *om. M* 2 dissereret *M* 3 irascetur in iniuria *M* 4 hoc
 scripsi: hic *Np* id *Mv* 5 nominat *M* 7 daemonicam *N*: scrib.
 fort. daemonicam, cum forma daemonicus nusquam nisi hoc loco occur-
 rat 8 morte *M* 10 occultauit *M* 12 ipsos *om. Mv* 14 si] sed *M*
 facias *M* 16 peruertes *N*¹ 17 mentitus *N* 21 matre et sine *Mv*
 22 si autem *M* 24 extimas *M* 26 sine patre *om. p* sine matre *om. M*
 27 ut *om. M* 28 blasphemias *M*

praeruptum ieceris, ut, quod nemo adhuc a saeculis nisi in-
 sanus fortasse dixit, dum filium dei matrem non habuisse
 dicis, etiam patrem ipsius denegares. et hoc tamen nescio
 impietate maiore an ineptia, quia quid stultius, quid ineptius
 quam filii nomen ponere et patris nomen uelle reticere? sed
 dicis: non reticeo nec nego. et quis ergo te furor compulit
 testimonium illud ponere, ubi, dum matrem eum non habuisse
 4 dicis, etiam patrem eius negasse uidearis? nam cum in eodem
 testimonio sicut sine matre, ita etiam sine patre esse dicatur,
 necesse est ut, si sine matre ibi intellegi potest, eodem modo,
 quo sine matre esse ibi intellegitur, etiam sine patre esse
 credatur. sed hoc praerupta illa ad negandum deum insania
 non intellexit, quae, cum id truncum poneret quod integrum
 scriptum esset, non uidit reserata sacri uoluminis serie redar-
 5 gui impudens atque apertum posse mendacium. o stulta
 blasphemiae amentia, quae, dum ipsa non uidet quid sequi
 debeat, etiam illud non sapuit quid legi possit: quasi uero,
 quia auferebat sibi intellegentiam, auferre posset omnibus lec-
 tionem, aut ideo perdituri omnes ad legendum oculos capitis
 sui essent, quia ipse iam mentis oculos perdidisset. audi ergo,
 haeretice, quod furatus es: audi plena et integra, quae debilia
 ac truncata posuisti. apostolus duplicem dei natiuitatem in-
 sinuare omnibus cupiens, ut et in deitate natum dominum et
 6 in carne monstraret, ait: sine patre, sine matre. alterum
 enim proprium est diuinitatis natiuitati, alterum carnis, et
 sicut in deitate est sine matre, ita in corpore est sine patre
 generatus. ac sic, cum nec sine patre nec sine matre sit, et
 sine patre tamen et sine matre credendus est, quia, si dum
 ex patre nascitur respicis, sine matre est, si dum ex matre,
 sine patre. ac sic in singulis natiuitatibus alterum habens
 30

1 iaceris *M* saeculis *M* schis *p* 2 forte *M* 5 nomen *post* patris
om. *M* reticeri *M* 7 ponere illud *p* eum] illum *M* 8 in *om.* *M*
 10 si *om.* *p* intellegi *Mp* 11 intelligitur *Mp* 13 truncum] erunt
 cum *N* 14 scribtum *N* esse *M* 16 blasphemia *M* mentia *N* men-
 tio *p* amenciaq; *M* blasphemia et amentia *v* quae *om.* *M* 17 quod
 legi *N*² 18 intelligenciam *M* possit *M* 21 hereticae *N* 22 truo-
 cata *N*¹ et trunca *M* duplicem *p* 23 deum *M* 25 et] quia *Mv*
 27 generatus *om.* *M*

alterum in utraque non habuit, quia nec diuinitatis natiuitas matre eguit et ad natiuitatem corporis sibi ipse suffecit. sine patre ergo inquit apostolus, sine matre, sine genealogia.

XV. Quomodo sine genealogia dominum fuisse dicit, cum euangelium Matthaei a genealogia coeperit saluatoris dicens: liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abraham? ergo et iuxta euangelistam habet genealogiam et iuxta apostolum non habet, quia iuxta euangelium ex matre habet, iuxta apostolum ex patre non habet. et ideo bene apostolus
 10 dicens sine patre, sine matre, sine genealogia ubi eum sine matre genitum esse posuit, ibi etiam sine genealogia esse memorauit. ac per hoc in utraque domini natiuitate et euangelica sibi et apostolica simul scripta conueniunt, quia et iuxta euangelistam habet genealogiam sine patre incarnatus,
 15 et iuxta apostolum non habet sine matre dominus in deitate generatus, Esaias dicente: generationem autem eius quis enarrabit?

XVI. Cur ergo, haeretice, non hoc modo quae legeras integra et incorrupta posuisti? uides itaque apostolum hac ratione,
 20 qua natum dominum sine patre posuit, hac etiam sine matre posuisse, ut et qua ratione intellexeretur esse sine patre, hac nosceretur esse sine matre, et sicut non posset utique sine patre credi, ita sine matre quoque non posset intelligi. cur 2
 ergo, haeretice, non hoc modo quae in apostolo legeras in-
 25 colomia et inuiolata posuisti, sed partem ingeris, partem subtrahis, et ut astruere falsitatem per scelus possis, ueritatis uerba furaris? uideo a quo ductus. illius enim habere cre-

6] Matth. 1, 1. 16] Esai. 53, 8.

1 utraque *Np*: utroque *Mv* 3 sine alogia *M* 5 euangelium *Np*
 mathei *Np* matthaei euangelistae *M(v)* 6 habraam *N* abraam *p*
 7 euangelistam *Np* euangl̄ *M* 8 euangl̄ *M* euuangelium *p* 10 dicit *p*
 patre] matre *p* eum] enim *p* 11 ubi *M* 12 euuangelica *Np*
 13 scribta *N* 14 euuangelistam *Np* euangl̄ *M* genealogia *N¹* in
 carne natus *v* 16 ysaia *p* autem *om.* *Mp* 17 emarrabit *M* 18 here-
 ticae *N* 21 et *om.* *Np* intellegetur *N¹* hac nosceretur] agnoscere-
 tur *M* 22 posset scripsi: possit *NMpv* 23 possit *Mv* intelligi *Mp*
 24 hereticae *N* incolomia *M* 27 ductus es *M*

dendus es institutionem cuius sequeris exemplum. sic enim
 diabolus in euangelio temptans dominum si filius, inquit,
 dei es, mitte te deorsum. scriptum est enim: quia
 angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in om-
 nibus uis tuis. et cum hoc dixisset, cohaerentia et subiecta
 subtrahit, id est: super aspidem et basiliscum ambu-
 3 labis et conculcabis leonem et draconem. callide uti-
 que superiora posuit, inferiora subtrahit: illud enim posuit ut
 circumscriberet, hoc reticuit ne se ipse damnaret. sciebat
 enim se aspidem et basiliscum, se leonem et draconem pro- 10
 phetica uoce signari. ita ergo et tu partem obiciens, partem
 subtrahens illud scilicet ponis ut circumuenias, hoc subtrahis,
 ne, si totum utique posueris, circumscriptionem tuam ipse
 condemnes. sed tempus tandem est ad ulteriora transire.
 nimis enim diu in singulis commorantes, dum affectu copiosae 15
 responsionis ducimur, modum libri etiam longioris excedimus.

XVII. Ais ergo in alia disputatione, immo in alia blas-
 phemia tua: et spiritum de diuina natura separauit,
 qui humanitatem eius creauit. ait enim quia, quod 20
 ex Maria natum est, de spiritu sancto est. qui et
 iustitia repleuit quod creatum est. ait enim: apparuit
 in carne, iustificatus est in spiritu. item qui eum
 fecit et daemoneis metuendum. ego enim, ait, in spi-
 ritu dei eicio daemones. qui et carnem eius fecit
 templum: uidi enim spiritum descendentem quasi 25
 columbam et manentem super eum. item qui ei do-
 nauit eleuationem in caelum. ait enim: dans man-
 datum apostolis, quos elegit, per spiritum sanctum
 eleuatus est. hunc denique qui tantam gloriam Christo

2] Luc. 4, 9—10. 3] Ps. 90, 11. 6] Ps. 90, 13. 19] Matth. 1, 20.
 21] I Tim. 3, 16. 23] Matth. 12, 28. 25] Ioh. 1, 32. 27] Act. 1, 2.

1 es] est *N* exempla *M* 2 euangelio *Np* deum *Mv* 4 man-
 dabit *scripsi*: mandauit *NMp* *cf. Conl. I, 20, 4* 9 dampnaret *NMp*
 11 et] ut *p*¹ 13 si *om. M* 14 condempnes *NMp* 18 separauit (*scil.*
scriptura) *p*: separant *N* separas *M* separans *v* 19 qui] quia *M*
 ei *p* 24 ecio *p* 26 et *om. N*

donauit omnis ergo in his blasphemia tua haec est, 2
 ut nihil Christus per se habuerit, sed nec ipse, ut tu ais,
 solitarius homo aliquid a uerbo, id est a filio dei ceperit, sed
 totum in eo donum spiritus fuerit. si ergo omne id, quod tu
 5 ad spiritum refers, esse ipsius demonstrabimus, quid reliquum
 est nisi ut, quem tu ideo hominem uis intellegi, quia ut ais
 totum habuerit alienum, nos ideo probemus deum, quia habuerit
 totum suum? et quidem hoc non disputationibus tantum aut
 argumentis, sed uoce ipsius diuinitatis probabimus, quia nulla
 10 de deo rectius quam diuina testantur: et quia nulla se melius
 quam ipsa maiestas dei nouit, nullis de deo dignius creditur
 quam his, in quibus deus ipse est testis suus. primum ergo 3
 quod ais quia humanitatem eius spiritus sanctus creauit, posse-
 mus id nos simpliciter intellegere, si agnosceremus te id non
 15 infideliter protulisse. neque enim nos conceptam ex spiritu
 sancto domini carnem negamus, sed ita tamen conceptum
 corpus cooperante spiritu dicimus, ut creatum tamen sibi a
 filio dei hominem suum esse dicamus, dicente ipso in scriptis
 20 sacris spiritu sancto atque testante: sapientia aedificauit
 sibi domum. uides ergo quod id, quod conceptum est a 4
 spiritu sancto, aedificatum a filio dei atque perfectum est:
 non quia aliud opus filii dei, aliud spiritus sancti sit, sed quia
 per unitatem diuinitatis ac maiestatis et operatio spiritus aedi-
 25 ficatio filii dei sit et aedificatio filii dei cooperatio spiritus
 sancti. et ideo non solum spiritus sanctus in uirginem super-
 uenisse, sed etiam uirtus altissimi obumbrasse uirginem legitur,
 ut, quia sapientia ipsa plenitudo diuinitatis est, sapientia
 sibi domum aedificante omnem diuinitatis plenitudinem nemo

19] Prou. 9, 1.

1 *complura intercidisse patet: cf. cap. 23, 1* 2 tua ais *M* 3 aliquid *N*^r
 coeperit *N* 5 demonstrauius *N*¹*p* 6 intellegi *M**p* ait *M*^r 7 qui *p*
 8 aut] ut *M* 9 id ipsius *M* probauius *N*¹*p* 11 nullus *N*¹*p*
 nulli *M* dignis *M* 12 hii *p* deus *om. M* suis *N*^r 13 sanctus
om. M possimus nos id *M* 14 intellegere *M**p* 16 dominicam *M*
 temen *N*^r 18 scripturis *M**p* 20 ergo id quod conceptum est de
 spiritu *M*

5 ambigat affuisse. sed infelix blasphemandi amentia dum separare
Christum a filio dei nititur, non uidet se ipsam a se diuinitatis
penitus separare naturam: nisi forte credit quod ideo aedificata
ei a sancto spiritu domus sit, quia idoneus ac potens ad aedi-
ficandum sibi domum ipse non fuerit. sed hoc quam insanum 5
est tam ridiculum, ut, qui nutu suo omnem caelestium ac
terrestrium uniuersitatem creasse creditur, aedificare sibi corpus
non potuisse credatur, praesertim cum uirtus sancti spiritus
uirtus eius sit et ita unita sibi atque inseparabilis diuinitas
sit trinitatis atque maiestas, ut nihil omnino in una deitatis 10
persona possit intellegi quod a plenitudine diuinitatis ualeat
6 separari. ergo hoc posito et intellecto, quod iuxta fidem scrip-
turae sacrae spiritu sancto superueniente et uirtute altissimi
obumbrante sapientia sibi domum aedificauerit, reliquae calum-
niarum blasphemiae nihil sunt. neque enim dubium est quod 15
ipse per se atque in se uniuersa fecerit, in cuius nomine ac
fide etiam credentium fides nulla non potuit: neque enim ille
auxilio alterius eguit, cum ne illi quidem eguerint, qui in uir-
7 tute ipsius crediderunt. atque ideo et illud, quod ais quia
spiritu iustificatus sit, et quod metuendum eum daemonibus 20
spiritus sanctus fecerit, et quod caro eius a spiritu facta sit
templum, et quod a spiritu sit eleuatus in caelum, sacrilega
et furiosa sunt omnia: non quia in his omnibus quae ipse
fecit unitas et cooperatio spiritus defuisse credenda sit, utpote
cum numquam deitas a se desit et in operibus saluatoris 25
semper uirtus fuerit trinitatis, sed quia tu domino Iesu Christo
quasi inopi et inbecillo opitulatum uis spiritum sanctum, qui
ea utique illi tribuerit quae praestare sibi ipse non quiuerit.
disce itaque ex sacris testimoniis deum credere et falsitatem

1 ambigeret *Mv* blasphemantis *N*² 4 s̄p̄u sancto *p* ydoneus *p*
aedificandam *M*: cf. *II*, 3, 6. *III*, 2, 1 5 quam] tam *M* 6 tam]
iam *N*¹ quam *Mp* suo *om.* *Mv* 8 spiritus sancti *p* 9 diuinitatis
sit trinitatisque magestas *M* 11 intellegi *Mp* 12 hoc] hoc^{si} *M*, sed
si *deletum* intellectu *M* 14 edificauit *p* 15 est *om.* *M* 18 auxiliũ *M*
eguit] eguisse credendus est *M* ille *p* 19 ait *p* 20 a spiritu *v*
21 sanctus *om.* *Mv* 22 eleuatus sit *Mv* 25 nunquam *M* 28 illi
utique *Mpv* nequiuerit *M* 29 deum] dñi *p*

ueritati non admiscere, quia res non recipit et ratio perhorrescit, ut diuinis testimoniis daemonici spiritus intelligentia misceatur.

XVIII. Iam primum enim hoc, quod ais quia iustitia repleuerit quod creatum est, et hoc apostolico uis testimonio conprobare quo dicit: apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, utrumque insano sensu et furioso spiritu loqueris, quia et hoc, quod a spiritu uis eum repletum esse iustitia, ideo ponis, ut ostendas eius uacuitatem cui praestitam esse asseparas iustitiae adimpletionem, et hoc, quod super hac re apostolico testimonio uteris, diuini testimonii ordinem rationemque furaris. non enim ita ab apostolo positum est ut tu id truncum uitiatumque posuisti. quid enim apostolus ait? et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu. uides ergo quod mysterium pietatis uel sacramentum iustificatum apostolus praedicauit. non enim tam inmemor ipse dictorum suorum ac doctrinae erat, ut eum iustitia egnisse diceret quem ipse semper iustitiam praedicaerat dicens: qui factus est nobis iustitia et sanctificatio et redemptio. alibi quoque sed abluti, inquit, estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. quam longe ergo ab eo est ut adimptione iustitiae indiguerit qui iustitia uniuersa compleuit, et ut maiestas eius iustitiam non habuerit cuius etiam nomen cuncta iustificet. uides ergo uel quam inepta blasphemia tua uel quam insana sit, quia id auferre domino deo nostro niteris, quod ita ab eo in omnes credentes large semper effunditur, ut numquam in ipso tamen iugi largitate minuat.

6] I Tim. 3, 16. 13] l. c. 19] I Cor. 1, 30. 21] I Cor. 6, 11.

1 ammiscere *N* perorrescit *M* 2 demoniaci *p(v)* intelligencia *M*
 5 hoc *om. M* 6 quod dicat *Mv* 8 a^b spū *M* 14 est pietatis est *p¹*
 16 misterium *NMp* est pietatis *p* 18 doctrinae suae *Mv* 20 ac
 redemptio *M* alii *N* 21 inquit *M* sed iustificati estis *om. M*
 22 nostri *om. M* 23 abimptione *N* 24 et *om. M* 25 iustificat *v*
 26 quia id] quod *M* 27 deo *om. Mav* 28 nunquam *M*

XVIII. Dicis quoque quod spiritus eum fecerit daemonibus metuendum. ad quod quidem respuendum ac refutandum etiamsi ipsa dicti execrabilitas satis sufficit, tamen adhibemus exempla. dic mihi, quaeso, tu, qui hoc quod eum daemones metuerint non suum dicis, sed alienum, nec potestatis hoc uis 5 fuisse, sed muneris, quomodo etiam nomen eius potestatem habuit qua ipse, ut tu ais, indigens fuit? quomodo in nomine eius daemones eiecti, debiles curati, mortui suscitati sunt? Petrus enim apostolus claudo illi, qui sedebat ad speciosam portam templi, in nomine, inquit, Iesu Christi surge et 10 2 ambula. et iterum in ciuitate Ioppe ad eum, qui ab annis octo paralyticus iacebat in lectulo, Aeneas, sanat te, inquit, Iesus Christus: surge et sterne tibi. Paulus quoque praecipio, inquit, tibi, ad spiritum Pythonis, in nomine Iesu Christi exi ab ea: et exiit ab ea daemonium. sed 15 quam longe haec inbecillitas a domino nostro fuerit, hinc intellege, quod ego ne illos quidem imbecillos fuisse dico quos ille per nomen suum potentes fecerit, siquidem nulli umquam apostolorum post domini resurrectionem uel daemonem uel 3 ullam infirmitatem obstitisse cognouimus. quomodo ergo me- 20 tuendum eum spiritus reddidit qui alios fecit esse metuendos, aut in se ipso infirmus fuit cuius fides etiam per alios super uniuersa regnauit? postremo hi qui potestatem a deo acceperunt numquam potestate ipsa ut sua usi sunt, sed potestatem ipsam ad eum a quo acceperant retulerunt, quia nec potestas ipsa 25 uim ullam umquam habere potuit nisi per nomen ipsius qui dedit. ideoque et apostoli et omnes ministri dei nihil in suo umquam, sed in Christi nomine atque inuocatione fecerunt,

10] Act. 3, 6. 12] Act. 9, 34. 14] Act. 16, 18.

1 quoque ergo quod *M* 3 execrabilitas *M* 5 timuerint *M* nec] ñ *p* potestates *M* hoc uis . . . 6 potestatem *om.* *M* 7 qua] quia *M* tu *om.* *M* 9 enim] inquit *M* 12 paralyticus *Mp* lecto *Mv* aenea *N²M*: cf. *Satanas Conl. XXII, 10, 2* sanet *N²pv* 14 tibi inquit *M* phithonis *N* phitonis *p* fitonis *M* pythonem *av* 15 exire *Mv* et *Uulg.* 17 intellige *Mp* ne in illis quidem imbecillis *M* quo *M* 24 nunquam *M* 25 ad eum] a deo *N* ad deum *p* acceperunt *M* 26 umquam *om.* *p* 27 ministeri *N*

quia potestas ipsa inde accipiebat uirtutem unde habebat ex-
 ordium, et dari per ministros nequaquam poterat nisi ab auctore uenisset. tu ergo, qui idem uis dominum fuisse quod 4
 unum ex seruis suis (quia, sicut apostoli nihil utique habuerant
 nisi a domino suo accepissent, ita tu nihil uis dominum ipsum
 habuisse nisi quod a spiritu acceperit, ac per hoc et ipsum
 quod habuit non ut dominum uis habuisse sed ut seruum ac-
 cepisse), dic mihi ergo quomodo ille potestate ipsa ut sua, non
 ut accepta utebatur? quid enim de eo legimus? surge, inquit
 10 paralytico, tolle grabatum tuum et uade in domum
 tuam. et iterum supplicanti pro filio patri uade, inquit,
 filius tuus uiuit. et illud ubi unicus matris ad sepulchrum
 deferebatur, adulescens, inquit, tibi dico, surge. num- 5
 quid ergo, ut mos eorum erat qui potestatem a deo accipiebant,
 15 potestatem quoque ille dari sibi ad efficiendum inuocatione
 diuini nominis postulabat? cur non, sicut apostoli in nomine
 ipsius, ita quoque ipse in nomine spiritus operabatur? denique
 quid de ipso euangelium protestatur? erat, inquit, docens
 eos sicut potestatem habens, non sicut scribae eorum
 20 et Pharisaei. aut superbum et arrogantem forsitan uis fuisse,
 qui potestatem, quam a deo ut ais accepisset, suae potentiae
 deputaret? sed quid facimus quod potestas numquam est ob-
 secuta famulis nisi per nomen auctoris nec habere efficientiam
 potuit, si aliquid sibi ex ea faciens deputauit.

25 XX. Sed quid tamdiu eidentibus quidem, sed tamen mino-
 ribus argumentis contra furentem blasphemiam agimus? au-
 diamus ipsum ad discipulos loquentem deum: infirmos
 curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dae-

9] Matth. 9, 6. 11] Ioh. 4, 50. 13] Luc. 7, 14. 18] Matth. 7, 29.
 27] Matth. 10, 8.

2 actore *M* 3 uis *om.* *Npa* dominum fuisse dicis *av* 6 ab *M*
 et *om.* *p* 7 quod et *Np* deum *M* 9 legitimus *N* 10 para-
 litico *NMp* tolle inquit *M* tuum et ambula et *p* 12 sepul-
 crum *p* 13 adolescens *Mp* 17 illius *M* ipse quoque *Mv* 18 euuan-
 gelio *N* euuangelium *p* inquit *N* 20 aut *N* 22 nunquam *M*
 24 aliquid *M* 25 qui tанди *M* si tamen *p*¹

mones eicite. et iterum in nomine, inquit, meo daemonia eicietis. numquid ad potestatem exercendam alterius nomine eguit qui ipsum nomen suum potestatem esse fecit? sed quid adhuc additur? ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem inimici. ipse certe mitem, ut uere
 2 erat, et humilem corde se esse dicit. et quomodo pro summa utique potestate in nomine suo operari alios praecepit, si ipse in nomine operabatur alieno, aut aliis dabat quasi suum, quod ipse, ut tu uis, non habuerat, nisi accepisset alienum? dic
 10 mihi autem: qui sanctorum potestatem a deo accipientes sic operati sunt? aut numquid non insanus Petrus creditus fuerat aut furiosus Iohannes aut amens Paulus, si quibuscumque aut aegris dixissent 'in nomine nostro surgite' aut claudis 'in nomine
 15 nostro ambulate' aut mortuis 'in nomine nostro uiuite' aut illud ad aliquos 'damus uobis potestatem calcandi super serpentes
 3 et scorpiones et super omnem potestatem inimici?' intellege ergo ex hoc ipso insaniam tuam, quia, sicut haec uerba insana sunt si sint humanae praesumptionis, ita tu insanissimus qui diuinae haec non intellegis potestatis. ex duobus enim
 20 alterum confitearis necesse est, aut posse hominem diuinam potestatem et habere et dare, aut certe, si nullus omnino hominum id potest, deum fuisse qui potuit. nemo enim diuinam uirtutem potest tribuere in munificentia, nisi qui habuerit in natura.

XXI. Sequitur autem in blasphemia tua quod caro eius templum a spiritu facta sit, ideo quia Iohannes dixerit: uidi enim spiritum descendentem de caelo et manentem super eum. quia furiosam assertionem tuam etiam diuinis testimoniis confirmare conaris, uideamus quam ob causam hoc
 30 quod tu ais testimonium sacrum dixerit. uidi enim inquit

1] Marc. 16, 17. 4] Luc. 10, 19. 6] cf. Matth. 11, 29. 27] Ioh. 1, 32.

6 item *Np* 8 post alios *p* repetit in suo nomine 10 ais *Mv*
 13 quibuscumque *M* 17 intellige *Mp* 20 intelligis *Mp* 24 munificentiam *M* 27 sit] est *Np* 28 manente *N* 29 etiam *om.* *Np*
 30 causam *N* 31 inquit *M*

spiritum descendentem sicut columbam et manentem
 super eum. discerne hic, si potes, quis maior sit, quis hono- 2
 rator? is qui descendebat an is ad quem descendebatur? is
 qui deferebat honorem an is cui honor deferebatur? ubi hic
 5 in testimonio sonat quod carnem eius templum spiritus fecerit,
 aut in quo honorem dei minuit, si ad demonstrandum humano
 generi deum deus ipse descendit, cum utique non minor intel-
 legi debeat is cuius indicata sit dignitas, quam is qui index
 fuerit dignitatis? sed absit ullam credere aut fieri in diuinitate 3
 10 distantiam, quia eadem una deitas et aequalis potestas opi-
 nionem penitus impiae inaequalitatis excludit. et ideo in hoc
 negotio, cum et patris persona et filii et spiritus sancti sit, et
 cum filius dei sit ad quem descenditur, spiritus qui descendit,
 pater qui testimonium dicit, nullus plus habuit honoris, nullus
 15 quicquam accepit iniuriae, sed aequaliter ad plenitudinem dei-
 tatis totum redundat, quia quaeuis in trinitate persona honorem
 in se totius continet trinitatis. et ideo dici hinc amplius non 4
 necesse est nisi ad manifestandam tantum impietatis tuae
 causam atque originem, quia spinæ utique ac tribuli ex radi-
 20 cibus emergentes qualitate sui stirpem suam produunt et ex eo
 ipso quod sunt indicant unde nascantur. ita ergo et tu, Pela-
 gianæ hæreseos spinosa suboles, idem ostendis in germine
 quod pater tuus habuisse traditur in radice. ille enim, ut
 Leporius discipulus suus dixit, dominum nostrum asserebat
 25 Christum factum esse per baptismum, tu in baptismo templum
 dei dicis factum esse per spiritum. non quidem ad plenum
 eadem uerba sunt, sed ad plenum una peruersitas.

XXII. Addis autem etiam hoc prædictis impietatibus tuis
 quod eleuationem domino in caelum spiritus condonarit, osten-
 30 dens scilicet sacrilego sensu tuo, quod tam inbecillum ac tam

2 onorator *N* 3 is qui . . . descendebatur *om. M* descendebat *N*
 his qui deferebat *M* 7 intelligi *Mp* 8 quam his *M* 9 ci | credere *p*
 10 eadem *om. Np* 11 poenitus *N* 12 sc̄s *N* 13 cum *om. M*
 19 tribuli *N*¹ 20 qualitatis sua *M* produunt *Np* 22 hereos *p*
 subules *M* soboles *N*²*pa* 23 radice. Leporius ille *Mv* 24 nostrum]
 non *M* 26 dei *om. M* spiritum] x̄pm *Np* 27 eandem *p*¹ 28 autem
om. Np suis *N*

egenum dominum Iesum Christum fuisse credis, quod, nisi eum spiritus eleuasset in caelum, adhuc hodie forsitan futurum aestimares in terra. ad probationem autem dicti etiam testimonium sacrum adhibens ait, inquis, enim: dans mandata apostolis, quos elegit, per spiritum sanctum eleuatus 5
 2 est. quid te appellem, quid te aestinem, qui corrupendo diuinas litteras id agis, ne testimonia sacra habeant uim testimoniorum? nouum audaciae genus, quae id efficere argumentis nequitiae suae nititur, ut falsitatem ueritas confirmare uideatur. non enim ita in apostolicis actibus dictum est, ut tu ais. quid 10
 3 enim scriptura dicit? quae coepit Iesus facere et docere usque in diem qua praecipiens apostolis, per spiritum
 3 sanctum quos elegit, assumptus est. quod utique hyperbaton est et ita intellegendum: quae coepit Iesus facere et docere usque in diem qua assumptus est, prae- 15
 3 cipiens apostolis, quos elegit per spiritum sanctum, ut responderi tibi forsitan amplius quam testimonio ipso in hac parte non habeat, quia sufficere utique ad plenum ueritati debet integritas testimonii, si falsitati poterat satis esse corruptio. sed tamen tu, qui putas dominum Iesum Christum 20
 4 non potuisse caelum ascendere nisi eleuatus esset a spiritu, dic mihi quomodo ipse ait: nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in
 4 caelo? agnosce ergo quam ridicule et stulte putes non potuisse eum caelum ascendere, qui, cum descendisset in terris, num- 25
 4 quam afuisse dicatur e caelo, et an possibile ei fuerit linquenti inferos caelum ascendere, cui promptum fuerit etiam in terris

4] Act. 1, 2. 11] Act. 1, 1—2. 22] Ioh. 3, 13.

3 extimares *M* 4 ais *M* enim *om.* *Np* 6 te ante estimem *om.* *p*
 extimem *N* existimem *Mv* 7 literas *M* ais *M* 8 quę *M*: que *p*
 quę (*i. e.* quidem) *N*¹ quod *N*^{2v} fort. quae quidem 10 actis *M* 11 di-
 cis *M*¹ 13 hiperbaton *p* 15 et docere *om.* *M* assumptus *N* 17 re-
 sponderẽ *N*¹ respondere *M* 18 habeat *Np*: cf. Rõnsch, *It. u. Uulg.*
p. 449 adnot. 13 debeat *Mv* 19 debeat *Mv* correpcio *Mv* cor-
 ruptio *p ut solet* 24 ridicula et stulta *M* 25 cum] de cęlo *M* de-
 scendisset *M* terras *p* nunquam *M* 26 affuisse *p* dicatur *om.* *M*
 e] ae *N* 27 scandere *Mp* proptum *N* fuerat *M*

sito semper in caelestibus permanere. quid autem illud quod ipse ait: ascendo ad patrem meum? numquid in ascensione hae intercessuram opem indicauit alterius, qui in hoc ipso quod ascensurum se esse dixit uirtutem propriae potestatis ostendit? Daudid quoque de ipsa domini ascensione ascendit, inquit, deus in iubilatione, dominus in uoce tubae: euidenter maiestatem ascendentis per potestatem ascensionis explicuit.

XXIII. Sed uideamus tamen qua tandem praecedentes blasphemias tuas adiectione concludas: qui tantam, inquis, gloriam Christo donauit. gloriam nominas ut contumeliam facias. nam in eo quod donatum dominum gloria asseris, dum accepisse dicis, indignuisse blasphemias. hoc enim agit impius sensus tuus, ut largitas munerantis indigentiam accipientis ostendat. et — o infelicem impietatem tuam — et ubi illud est quod de ascendente in caelum domino Iesu Christo ipsa olim diuinitas praenuntiauit, tollite, inquires, portas, principes, uestras, et introibit rex gloriae? cumque ipse tibi, ut solet sermo diuinus, quasi sub inquirentis nomine respondisset: quis est iste rex gloriae? statim subdidit: dominus fortis et potens, dominus potens in proelio, sub proelii utique gesti nomine uictoriam domini triumphantis ostendens. deinde cum ad complendam rei expositionem textum supra dicti sermonis iterasset, hac maiestatem domini caelum introeuntis conclusione monstrauit dicens: dominus uirtutum, ipse est rex gloriae. scilicet ne susceptio corporis honorem summae inminueret diuinitatis, eundem hic dominum uirtutum et regem caelestis gloriae esse docuit, quem superius uictorem inferni proelii indicauit. i nunc et donatam domino gloriam

2] Ioh. 20, 17. 5] Ps. 46, 6. 17] Ps. 23, 7. 20] l. c. 8.
21] l. c. 25] l. c. 10.

1 posito *M* 3 indicat *M* quin in *p* 4 quo *v* 6 iubilo et *M*
et *Uulg.* 7 euidentem *Np* 8 expleuit *M* 10 quis *N* tantum *N*¹
12 gloriam *N* glorię *M* 14 numerantis *N*¹ 15 o *om.* *M* 17 atol-
lite *M(v)* 18 introiuit *N*¹ 20 subdit *p* 24 hanc *p* 27 minueret *p*
29 praedicauit *Mp* i nunc *scripsi*: In hunc *Np* iam nunc *M* nunc *v*
et *om.* *M*: cf. III, 15, 4. VII, 5, 4

esse dicito, cum et propheta eum regem gloriae esse dixerit et ipse de se ita testificatus sit: cum uenerit filius hominis in gloria sua. repugna, si potes, et contradicito, ut, cum ille se habere testetur gloriam suam, tu accepisse eum dicas alienam: quamuis nos ita dicamus eum gloriam habere 5
propriam, ut non negemus tamen hanc ipsam gloriae proprietatem ei cum spiritu ac patre esse communem, quia, quidquid deus possidet, deitatis est, et regnum gloriae ita est filio dei proprium, quod non est tamen a totius deitatis proprietate diuisum. 10

XXIII. Sed tempus tandem est finem libro, immo uniuerso operi inponere, si pauca tamen sanctorum uirorum atque illustrium sacerdotum dicta subdidero, ut id, quod auctoritate testimoniorum sacrorum iam approbauimus, etiam fide prae- 15
sentis temporis robaremus. Hilarius, uir uirtutum omnium atque ornamentorum et sicut uita, ita etiam eloquentia insignis, qui et magister ecclesiarum et sacerdos non per sua tantum merita, sed etiam per profectus creuit aliorum et inter procellas persecutionum ita immobilis perstitit, ut per inuictae fidei fortitudinem etiam confessoris ceperit dignitatem, in libro fidei 20
primo deum uerum ex deo uero dominum Iesum Christum et ante saecula natum et postea hominem genitum esse testatur. 3
item in secundo libro: unus unigenitus deus in corpuseculi humani formam sanctae uirginis utero insertus accrescit. qui omnia continet et intra quem cuncta 25
sunt, humani partus lege profertur. item in eodem libro: angelus testis est, deus nobiscum est, ille qui nascitur. item in libro decimo: nati quoque in hominem ex partu uirginis dei sacramentum docuimus. item in eodem: namque cum in homine deus natus sit, non id- 30

2] Matth. 25, 31. 23] II, 25. 27] II, 27. 28] X, 7. 30] l. c.

3 gloriam suã *M* 4 se ille *M* 5 nos ita dicamus nos *M* 7 quicquid *p* 9 proprietatẽ *M* 12 paucorum *Mv* 14 iam *om. M* fide] exemplis *M* 15 hylarius *p* uir *om. M* 17 per *om. N* 20 coeperit *N* 23 in *post* deus] ipse *p* 24 forma *M* 25 accepit *p* intra quem] intra quem et per quem *Hilar.* 28 nati . . . 29 item *om. M* 30 in *om. Np* in homine] in hominem (*uar. lectio* in homine) *Hilar.*

circo natus est, ne deus non maneret. item eiusdem in prooemio expositionis euangelii secundum Matthaëum: erat namque primum necessarium nobis, ut unigenitus deus nostri causa homo natus cognosceretur. item in
 5 consequentibus: ad id quod deus erat, homo, id quod tum non erat, gigneretur. item in eodem: tertium deinceps illud congruum fuit, ut, quia deus homo genitus in mundo, et cetera. haec quidem pauca sunt de satis
 10 multis, sed tamen uides etiam ex his quae diximus, quod palam et euidenter natum ex Maria deum praedicat. et ubi illud tuum: non potuit creatura parere creatorem, et: quod natum est ex carne, caro est? longum est de singulis personis conuenientia dicere: enumeratio magis quam
 15 ipse sufficiunt.

XXV. Ambrosius, eximius dei sacerdos, qui a manu domini non recedens in dei semper digito quasi gemma rutilauit, in libro qui est ad uirgines ita memorat: fraternus meus candidus et rubeus, candidus quia patris splendor est,
 20 rubeus quia partus est uirginis. memento tamen in eo antiquiora diuinitatis insignia quam corporis sacramenta. non enim coepit ex uirgine, sed qui erat, uenit in uirginem. item ipsius in natale domini: uidete
 25 miraculum matris dominicae: uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo cum parturiit, uirgo grauida, uirgo post partum, sicut in Ezechiele dicitur: et porta erat

2] hoc prooemium hodie non extat: cf. Migne, Patrol. Lat. VIII, p. 912. 18] I, 46. Cant. 5, 10 (LXX). 23] ?? 26] Ezech. 44, 2.

1 ne non deus *Hilar.* in eiusdem in *M* 2 p̄mio *M* prooemio *p* euuangelii *p* matheum *N* math̄m *p* 6 tercio *M* 7 congru|gruum *p* 8 haec quidem] equidem *M* 11 et *om.* *M* 12 est ante ex *om.* *Np* 13 conuenientiã *M* 14 execucio *p* exsecusationem *M* executionem *p* 16 dei *om.* *M* domini] dei *M* 18 fratruelis *N*² frater *Mv* 19 et 20 robeus *N*¹ 19 est *om.* *Ambros.* 20 antiquiora in eo *Mv* 22 quia non coepit a *Ambros.* cepit *NM* cepit *p* 23 natele *N* natali *v* 25 cum *N*: *om.* *M* dum *p* parturit *Mpv* 26 hiezechiele *N* iezechiele *p* et *om.* *p*

clausa et non est aperta, quia dominus transiuit per eam. gloriosa uirginitas et praeclara fecunditas. dominus mundi nascitur, et nullus est gemitus parturientis: uacuatur uterus, infans excipitur, nec tamen uirginitas niolatur. fas erat ut deo nascente meritum 5 cresceret castitatis, nec per eius egressum uiolarentur integra, qui uenerat sanare corrupta. item in expositione euangelii secundum Lucam: quod ea potissimum lecta est ut deum pareret, quae erat desponsata uiro. 3 natum certe ex uirgine deum praedicat, matrem Mariam dei 10 nominat. et ubi illa est prodigiosa atque execrabilis uox tua qua ais: quomodo mater potest esse alieni a natura sua? si autem mater ab ipsis uocatur, humanitas est quod natum est, non deus. ecce eximius fidei magister et hominem dicit eam esse quae genuit et deum docet esse qui 15 natus est, et tamen hoc non infidelitatis causam, sed fidei esse miraculum.

XXVI. Hieronymus, catholicorum magister, cuius scripta per uniuersum mundum quasi diuinae lampades rutilant, in libro ad Eustochium dei, inquit, filius pro nostra salute 20 hominis factus est filius. decem mensibus in utero ut nascatur expectat, et ille, cuius pugillo mundus includitur, praesepis continetur angustiis. item ipsius in commento Esaiiae: dominus enim uirtutum, qui est rex gloriae, ipse descendit in uterum uirginalem et 25 ingressus est et egressus orientalem portam, quae semper clausa est, de qua Gabrihel dicit ad uirginem: spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi

8] II, 1. 20] epist. 22, 39. 24] lib. III, cap. 7, u. 14 (haud paucis mutatis). 26] cf. Ezech. 44, 1. 28] Luc. 1, 35.

2 uirginitas] diuinitas *N* 3 parturientis *M* 4 euacuatur *p* 8 euangelii *p* 9 electa *p* et *Ambros.* dominum *Ambros.* uirgo *N* 10 dei mariam *p* 12 aliena *Mp* 13 ipsa *M* 14 magister fidei *Mv* et *om.* *M* 15 eum esse quem *Np* 16 et *om.* *M* causa *M* 18 hieronimus *N* iheronimus *M* ieronimus *p* scribita *N* 20 eustochiam *N* 23 praesepii *Mv* 24 commentario *Mv* ysaię *p* 25 utero *N* 27 quo *Mv* gabriel *p*

obumbrabit tibi. propterea, quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei, et in Prouerbiis: sapientia aedificauit sibi domum. compara hoc, si placet, doctrinae 2
 tuae, immo blasphemiae qua ais: deus enim mensum crea-
 5 tor est et non mensum partus. ecce enim Hieronymus, uir sicut maximae scientiae, ita probatissimae purissimaeque doctrinae, isdem prope uerbis, quibus tu dei filium mensum partum negas, ille partum mensum esse testatur. decem enim
 10 inquit mensibus in utero ut nascatur expectat. sed parua tibi forsitan uiri huius uideatur auctoritas: idem omnes atque isdem uerbis putato dicere, quia, quicumque dei filium partum esse uirginis non negat, partum esse mensum confitetur.

XXVII. Rufinus quoque, Christianae philosophiae uir, haud contemnenda ecclesiasticorum doctorum portio, ita in expositione
 15 symboli de domini natiuitate testatur: filius enim, inquit, dei nascitur ex uirgine, non principaliter soli carni sociatus, sed anima inter carnem deumque mediante generatus. numquid obscure deum ex homine natum testificatus est? Augustinus Hipponae Regiensis oppidi sacerdos
 20 ut autem homines, inquit, nascerentur ex deo, primum ex ipsis natus est deus: Christus enim deus. et Christus natus ex hominibus non quaesiuit nisi matrem in terra, quia iam patrem habebat in caelo, natus ex deo per quem efficimur, et natus ex femina per quem
 25 reficeremur. item illic: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis. quid ergo miraris, quia homines ex deo nascuntur? attende ipsum deum natum ex

2] Prou. 9, 1. 15] cap. 13. 20] in enang. Ioh. tractat. II, 15.
 25] l. c. Ioh. 1, 14.

1 obumbrat *N* nascitur in te *M* 4 blasphemiae qua . . . cap. 31, 1
 etsi nunc praesentia non *desunt in M* 5 est *om. p* mensium *p*¹ ;
 hieronimus *N* ieronimus *p* 6 puraeque *v* 7 hisdem *Np* 8 esse
om. p 10 uidetur *v* 11 hisdem *Np* 13 ruffinus *p* haut *p* 15 ergo
Rufin. inquit *N* 17 media *Rufin.* 19 hippone *Np* magnus sacer-
 dos *v* 20 primo *Aug.* 21 ipsius *p*¹ et *om. p* 22 quaesiuit
 quidem nisi *Aug.* 24 efficeremur *Aug.* 25 reficeremur *N*¹

hominibus. item eiusdem in epistula ad Uolusianum: sed et ipse Moyses et ceteri prophetae ueracissime dominum Iesum prophetauerunt et ei gloriam magnam dederunt. hunc non tamquam parem sibi nec in eadem miraculorum potentia superiorem, sed plene dominum deum omnium et hominem propter homines factum uenturum pronuntiauerunt. qui propterea et ipse talia facere uoluit, ne esset absurdum, quae per illos fecerat, si ipse non faceret. sed tamen et aliquid proprium facere debuit, nasci de uirgine, a mortuis resurgere, in caelum ascendere. hoc deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro.

XXVIII. Sed forte, quia hi quos enumerauimus uiri in diuersis mundi partibus fuerunt, minus probabiles tibi auctoritate uideantur: ridiculum id quidem, quia loco fides non imminuitur, et quid sit quis, non ubi sit, considerandum, praesertim cum religio omnes uniat et hi qui in fide una sunt in corpore quoque uno esse noscantur. sed tamen aliquos tibi, quos non despicias, etiam de orientalibus proferemus. Gregorius, splendidissimum scientiae ac doctrinae iubar, qui, cum olim iam uita functus sit, etiam nunc tamen auctoritate ac fide uiuit, et cum olim iam corpore absit ab ecclesiis, uoce tamen ac magisterio non recedit, cum ergo, inquit, processisset ex uirgine deus in ea quam adsumpserat humana natura, unum e duobus sibi inuicem contrariis existens, carne ac spiritu, aliud in deum adsumitur, aliud in deitatis

1] Epist. CXXXVII, cap. 4 (13). 23] Gregor. Nazianz. opera ed. Iac. Billius (Parisiis 1630), tom. I, p. 620 (oratio XXXVIII): προελθὼν δὲ θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως ἔν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ πνεύματος· ὧν τὸ μὲν ἐθέωσε, τὸ δὲ ἐθεώθη. ᾧ τῆς καινῆς μίξεως, ᾧ τῆς παραδόξου κράσεως! ὁ ὧν γίνεται καὶ ὁ ἄκτιστος κτίζεται καὶ ὁ ἀχώρητος χωρεῖται διὰ μέσης ψυχῆς νοεραῖς μεσιτεούσης θεότητι καὶ σαρκὸς παχύτητι, καὶ ὁ πλουτίζων πτωχεύει.

1 epistola *N* ep̄la *p* 2 moyses *N*¹ ueracissimi *Aug.* 3 ihm̄ *p* Christum *Aug.* magnam] mean. *N* gloriam magnam ei *Aug.* 4 tanquam *p* 5 plene *Npa*: plane *v Aug.* 8 quae] qui *Np* 9 si] sibi *N*¹*p* si sibi *N*² 13 hii *p* diuersi *p* 22 tamen] taēm̄ *N* 25 inuice *N* carnem *N*¹*p* 26 spiritum *p* in ante deitatis *om.* *v*

gratiam praestat. o noua et inaudita permixtio, o mira
 et inexquisita conpago. qui erat, fit, et creator creatur,
 et qui inmensus est, capitur, mediante anima deo et
 carni, et ille qui omnes diuites facit pauper efficitur.
 5 item rursus de epiphania: sed quid fit? quid de nobis 3
 agitur uel pro nobis? noua quaedam et inaudita ef-
 ficitur permutatio naturarum, et deus homo fit. item
 illio: et dei filius coepit esse etiam hominis filius, non
 conuersus ex eo quod erat, inconuertibilis namque
 10 est, sed adsumens quod non erat, misericors enim
 est, ut capi posset qui capi non poterat. uides quam 4
 praeclare atque magnifice ita maiestatem deitatis praedicat, ut
 dignationem incarnationis insinuet, sciens utique admirabilis
 fidei doctor, ex his omnibus, quae nobis in mundum ueniens
 15 deus tribuit, beneficiorum esse cumulum, non honoris inminu-
 tionem, quia, quidquid homini deus praestitit, augere eius in
 nobis debet affectum, non inminuere dignitatem.

XXVIII. Athanasius, Alexandrinae urbis sacerdos, eximium
 constantiae ac uirtutis exemplum, quem haereticae persecutionis
 20 procella non conterruit sed probauit quique similem semper
 splendenti speculo uitam habens prius paene indeptus est mar-
 tyrii meritum quam confessoris caperet dignitatem, uideamus
 quid de domino Iesu Christo uel de domini matre senserit.
 haec ergo, inquit, intentio est et character sanctae 2

5] *ibid.* p. 631 (oratio XXXVIII): τί γίνεται καὶ τί τὸ μέγα περὶ
 ἡμᾶς μυστήριον; καινοτομοῦνται φύσεις καὶ θεὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ὁ
 υἱὸς τοῦ θεοῦ δέχεται καὶ υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι, οὐχ ὃ ἦν με-
 ταβαλὼν, ἀτρεπτον γάρ, ἀλλ' ὃ οὐκ ἦν προσλαβὼν, φιλόανθρωπος γάρ, ἵνα χωρηθῆ
 ὁ ἀχώρητος. 24] Athanas. contra Arianos or. III (Uol. I, pag. 273 ed.
 Commelin. a. 1600): σκοπὸς τοίνυν οὗτος καὶ χαρακτήρ τῆς γραφῆς, ὡς πολ-
 λάκις εἴπομεν, διπλὴν εἶναι τὴν περὶ τοῦ σωτῆρος ἀπαγγελίαν ἐν αὐτῇ, ὅτι τε αἰεὶ
 θεὸς ἦν καὶ ἔστιν ὁ υἱός, λόγος ὢν καὶ ἀπαύασμα καὶ σοφία τοῦ πατρὸς, καὶ ὅτι
 ὕστερον δι' ἡμᾶς σάρκα λαβὼν ἐκ παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας ἄνθρωπος γέγονεν.

1 gratia *v* 2 creatus *N* 4 carne *v* 5 quod de *Npa* 10 assum-
 mens *p* 11 possit *v* 12 maiestate *N* 13 indignationem *p*¹ am-
 mirabilis *Np* 16 quicquid *p* 19 persecutionis *om. p* 20 conteruit *N*
 contriuit *v* semper *spl.*] persplendenti *p* 21 indemptus *p* martirii *p*
 martyris *v cf. 30, 1* 23 quod *N*¹*p* 24 character *Np*

scripturae, quod saepe diximus, duplicem esse in eadem saluatoris significationem, quod et semper deus fuit et est filius, uerbum et lumen et sapientia patris, et quod postea propter nos carnem sumpsit ex Maria uirgine theotoco et homo factus est. item post alia: 5 multi ergo sancti fuerunt et mundi a peccato: Hieremias uero ab utero sanctificatus est et Iohannes, cum esset in utero, exultauit in gaudio uoce Mariae 3 theotoci. deum utique, dei filium, qui, ut uerbis ipsius fidem uniuersorum loquar, uerbum est et lumen et sapientia 10 patris, propter nos carnem sumpsisse dicit, et ideo theotocou uirginem Mariam, quia sit dei mater, appellat.

XXX. Iohannes, Constantinopolitanorum antistitum decus, cuius sanctitas absque ulla gentilitiae persecutionis procella ad martyrii merita peruenit, quid de filii dei incarnatione senserit 15 ac praedicarit auscultat. et illum, inquit, quem, si nuda deitate uenisset, non caelum, non terra, non maria, non ulla creatura sustinere potuisset, inlaesa uirginis 2 uiscera portauerunt. huius ergo fidem atque doctrinam, si aliorum ignorabas, sequi ac tenere debueras, cuius utique amore 20 ac desiderio te antistitem sibi plebs religiosa delegit, quia, cum de Antiochena ecclesia te sibi sumeret sacerdotem, ex qua illum ante praelegerat, recepturam se in te credidit, quidquid in illo habere desisset. nonne, quaeso, hi omnes quasi prophético olim spiritu ad confutandas blasphemias tuas cuncta 25 dixerunt? tu enim dominum saluatoremque nostrum Christum esse clauitatis non deum, illi autem Christum dominum uerum deum: tu Mariam Christotocon, non theotocon esse blasphemias, illi

6] l. c. p. 275: πολλοὶ γοῦν ἅγιοι γεγονάσι καὶ καθαροὶ πάσης ἁμαρτίας· Ἱερεμίας δὲ καὶ ἐκ κοιλίας ἠγάσθη καὶ Ἰωάννης ἔτι κροσοφορούμενος ἐσαύρησεν ἐν ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῇ φωνῇ τῆς θεοτόκου Μαρίας. 16] ? ?

1 duplicem *p* 2 eadem *N*: eodem *pv* saluatoris *scripsi*: saluatore *Npv* 4 sumpsit *N* 6 ieremias *p* 9 theotocae (-e) *Np* uerbis] uerbum *N* 11 sumpsisse *N* 13 antisticum *N* 15 martirii *Np* 16 auscultat *p* 19 etiamsi *v* 21 religiosi *N*¹ 22 se tibi *Np* 23 quicquid *p* 24 desistet *N* dixisset *p* desiisset *v* 25 confutandas *a*: confutendas *N* confundendas *pv* 28 maria *N*¹ illi ita] illud *a p*

ita Christotocon non negant ut theotocon esse cognoscant. non 3
 res tantum blasphemias tuis sunt oppositae, sed et uerba rerum,
 ut aperte intellegamus olim aduersus blasphemias tuas munimen
 a deo inexpugnabile praeparatum, quod uenturam quandoque
 5 uim haereticae impugnationis parato iam muro frangeret uerita-
 tatis. et tu, o impiissime atque inpudentissime praeclarae urbis
 contaminator et catholicae ac sanctae plebis grauis et exitiosa
 contagio, stare in ecclesia dei ac loqui audes, et blasphemias ac
 10 furiosis uocibus tuis sacerdotes semper in laesae fidei et catholicae
 confessionis infamas, dicens magistrorum priorum uitio plebem
 Constantinopolitanae urbis errare? tu ergo emendator priorum 4
 antistitum, condemnator ueterum sacerdotum, tu Gregorio ex-
 cellentior, tu Nectario probatior, tu Iohanne praestantior om-
 nibusque aliis orientalium urbium sacerdotibus, qui, etsi non
 15 eiusdem nominis cuius hi quos nominaui, eiusdem tamen fidei
 fuerunt? quod quidem, quantum ad hanc causam pertinet, suf-
 ficit, quia, cum de fide agitur, omnes in eo idem sunt quod
 optimi, in quo consortes sunt optimorum.

XXXI. Unde ego quoque ipse, humilis atque obscurus nomine
 20 sicut merito, licet mihi inter eximios Constantinopolitanae urbis
 antistites locum magistri usurpare non possim, studium tamen
 discipuli affectumque praesumo. adoptatus enim a beatissimae
 memoriae Iohanne episcopo in ministerium sacrum atque ob-
 latus deo, etsi corpore absum, affectu illic sum, et illi dilectis-
 25 simo mihi ac uenerandissimo dei populo, etsi nunc praesentia
 non admisceor, tamen mente coniungor. et hinc est quod con- 2
 dolens ei atque conpatiens in uocem nunc quasi communis
 tristitiae ac doloris erupi, et, quod unum potui, per opusculorum
 nostrorum flebilem querimoniam quasi pro membrorum atque
 30 artuum meorum infirmitate clamaui. etenim si iuxta apostolum
 dolente quidem minore corporis parte condolet maior atque
 conpatitur, quanto magis dolente maiorem minorem conpati oportet.

30] cf. I Cor. 12, 26.

2 et *om. p* 8 blasphemias *v* 12 tu condemnator *v* 15 hii *p*
 16 quod] quomodo *p* 19 ergo *N*¹ 20 mihi sicut inter *Np* 24 af-
 fectum *N*¹ 27 uoce *N* 29 per *M* membrorum *p* 31 quidem]
 quod *N*¹ quid *p* *fort. recte*

tet. inhumanissimum quippe est ut in uno atque eodem corpore maiorum infirmitatem minora non sentiant, cum minorum
 3 maiora patiantur. unde obsecro ac deprecor omnes uos, qui
 intra Constantinopolitanae urbis ambitum siti et per affectum
 patriae ciues mei et per unitatem fidei fratres estis, ut separetis 5
 uos ab illo, ut scriptum est, lupo rapaci, qui deuorat dei
 populum sicut cibum panis. ne tetigeritis neque gusta-
 ueritis quicquam illius, quia sunt omnia in interitum.
 exite de medio eius ac separamini, et inmundum ne
 4 tetigeritis. mementote magistrorum ueterum sacerdotumque 10
 uestrorum, Gregorii per orbem nobilis, Nectarii sanctimonia in-
 signis, Iohannis fide ac puritate mirabilis, Iohannis, inquam,
 Iohannis illius, qui uere ad similitudinem Iohannis euangelistae
 et discipulus Iesu et apostolus quasi super pectus domini semper
 affectumque discubuit. illius, inquam, mementote, illum sequi 15
 mini, illius puritatem, illius fidem, illius doctrinam ac sancti-
 moniam cogitate. illius mementote semper doctoris uestri ac
 nutritoris, in cuius quasi gremio quodammodo amplexuque
 creuistis, qui communis mihi ac uobis magister fuit, cuius
 5 discipuli atque institutio sumus. illius scripta legite, illius in- 20
 formationem tenete, illius fidem ac meritum amplexamini. quod
 etsi adsequi grande est ac difficile, sequi tamen pulchrum atque
 sublime, quoniam summarum rerum non adeptio tantum, sed
 etiam imitatio ipsa laudanda est, quia numquam fere aliquis
 eius rei portione ad plenum caret, ad quam scandere ac per- 25
 6 uenire contendit. ille ergo uobis in sensu semper et quasi in
 conspectu sit, ille in animo atque in cogitatione uersetur, ille
 denique ipse uobis etiam haec quae a me sunt scripta com-
 mendet, quia haec quae ego scripsi ille me docuit. ac per hoc

6] Ps. 52, 5. 7] Col. 2, 21—22. 9] II Cor. 6, 17.

1 in *om.* *M* 3 atque *M* et *p* 4 effectum *N* 5 hunitatem *M*
 6 scribturn *N* deuoret *p* 8 quidquam *M* 9 existe *p*¹ eius *om.* *M*
 separemini *M* 10 ueterum] uestrorum *M* 13 euangelistae *p* 14 di-
 scipuli *M* semper domini *M* 19 cummunis *N* 20 scribta legimus *N*
 informatione *N* 21 illius fidem *om.* *M* merita *M* 22 pulcrum *p*
 24 nunquam *M* 25 eiusdem *p* 26 contenderit *Mv* 28 scribta et
 29 scribsi *N*

non tam mea haec quam illius esse credite, quia riuus ex fonte constat, et quidquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri conuenit magistri. te autem praeter omnia ac super omnia, deus pater domini nostri Iesu Christi, aequae uoce ac mente supplicii obsecro, ut haec, quae ex largitate tui muneris scripsimus, tu dono tui amoris insinues. et quia, ut ipse nos dominus deus noster unigenitus tuus docuit, ita dilexisti hunc mundum, ut pro salute mundi unigenitum tuum mitteres, dones hoc plebi tuae quam redemisti, ut de incarnatione unigeniti filii tui et tuum donum et affectum illius sapiat, et hoc, quod pro nobis unigenitus tuus dominus deus noster et natus et passus est et resurrexit, ita omnes et intellegant et ament, ut dignatio sacrae maiestatis profectus sit nostri amoris, nec in animis uniuersorum humilitas illius imminutionem habeat honoris, sed augmentum semper pariat caritatis, ac beneficia sacrae misericordiae ita omnes pie ac sapienter intellegamus, ut tanto plus debere nouerimus nos deo nostro, quanto humilior propter nos factus est a se deus.

7] cf. Ioh. 3, 16.

2 quicquid *p* putatus *N* potatus *M* 3 referre *M* 6 scripsimus *N*
 tuo dono *M* 9 ut incarnationem *M* 10 tuo dono *M* 12 intellegant *Mp*
 13 sacrae] suae *Mv* 16 intellegamus *Mp* 17 nostro deo *M* 18 deus.
 Explicit liber VII cassiani de incarnatione dñi (dñi *om. p*) contra nestorium *Np* Amen *M*



I. INDEX SCRIPTORUM.

(asteriscis notantur loci secundum translationem LXX citati.)

I = Inst. C = Conlat. N = contra Nestor.

Ambrosius ad uirgines		Gen. 3, 5 I XII, 4, 3. C V, 6, 1 et 7.
I, 46	N VII, 25	VIII, 25, 4
— in natale domini . .	— —	— 3, 15 I VI, 13, 1. 21. 23
— expos. euang. sec. Lucam II, 1	— —	— 3, 17—19 C XXIII, 11, 2
Athanasius or. IIII in Arian.	N VII, 29	— 3, 22 C XIII, 12, 1
Augustinus in euang. Ioh. II, 15	N VII, 27	— 3, 24 I III, 3, 6
— epist. ad Uolusianum 4 (13)	— —	— 4, 4 C VIII, 23, 2
Basilii sententiae . . .	I VI, 19. VII, 19	— *4, 7 C XXI, 22, 3
Cic. in Uerr. act. II, lib. I, 15 (40)	N VI, 10, 5	— 4, 17—21 C VIII, 21, 2
Gregorius Naz. or. 38 et 39	N VII, 28	— 5, 4—30 C VIII, 21, 2
Hermæ pastor II, 6 . .	C VIII, 17, 1. XIII, 12, 7	— 5, 22 C VIII, 23, 3
Hieronimus comment. Esaiæ III, cap. 7, u. 14	N VII, 26	— *5, 24 C III, 7, 4
— ep. 22, 39	— —	— 6, 2 C VIII, 20
Hilarius de trinitate I. II, 25. 27. X, 7 . . .	N VII, 24	— *6, 3 C III, 10, 1 et 3
— prooem. expos. euang. sec. Matthæum . . .	N VII, 24	— 6, 4 C VIII, 21, 8
Iohannes (Chrysostomus)	N VII, 30	— 7, 2 C VIII, 23, 2
Leporii fragmentum . .	N I, 5, 2—8	— *8, 21 C XXIII, 1, 3
Nestorii fragmenta . .	N II, 2, 1. III, 2, 2. V, 1, 3. VII, 2, 2. 4, 1. — VI, 9, 3. 10, 4. 13, 1. VII, 3, 1—2. 4, 1 et 4. 5, 1. — VII, 6, 7. 8. 9, 1. — VII, 14, 1. 17, 1. 22, 1. 23, 1. 24, 4. 25, 3. 26, 2	— 9, 23 C VIII, 23, 3
Persius III, 117—118 . .	N VI, 9, 2	— 11. C III, 12, 7
Rufinus expos. symb. c. 13	N VII, 27	— 12, 1 C III, 4, 1. 6, 2. 10, 4—6. 12, 1
symbolus Antiochenus .	N VI, 3, 2	— 14, 20 C VIII, 23, 3
loci incerti: C I, 20, 1. II, 16, 1. XIII, 5, 3—4. XXI, 32, 2		— *14, 22 C VIII, 23, 3
Gen. 1, 26	C X, 3, 2. 5, 2	— *14, 22—23 C XXI, 4, 1
— 1, 28	C XVII, 19, 1	— *15, 13 N VI, 23, 1
— *1, 31	C VIII, 6. XXIII, 3, 2	— 15, 18—21 C V, 22
— 2, 18	C XXI, 9, 5	— 18 et 19 C VIII, 23, 3
— *3, 1	C VIII, 10, 1	— 19, 2 C XVII, 25, 8
		— *19, 3 C XVII, 25, 8
		— 20, 6 C XIII, 11, 2
		— *22, 1 C XIII, 14, 4
		— *22, 12 C XIII, 14, 4
		— 27, 36 praeef. Conl. p. I, §. 5
		— 32, 28 praeef. Conl. p. I, §. 5
		— 32, 30 N VII, 9, 2 et 4
		— *37, 4 C XVI, 14, 2. XVIII, 16, 11
		— 37, 11 C XVIII, 15, 2
		— 37, 28 C XIII, 11, 2
		— 38. C V, 11, 4
		— *40, 7—8 C XVII, 4
		— *42, 9 C XVII, 25, 2
		— *42, 16 C XVII, 25, 2
		— *42, 21 C XVII, 25, 3
		— 45, 5 C XIII, 11, 3
		— 45, 7—8 C XIII, 11, 3

Gen. 50, 19—20.	C XIII, 11, 3	Deut. 7, 1—2.	C V, 16, 1
Ex. 3, 2 C X, 6, 3. XII, 11, 5. N II,		— 7, 1—3.	C III, 19, 2
4, 2		— 7, 3.	C VIII, 21, 9
— 3, 5	I I, 9, 2	— 7, 21—23.	C V, 14, 5
— 3, 14	N V, 8, 3	— 8, 2.	C VI, 11, 1
— *4, 13	N III, 3, 3	— 8, 3.	C XXII, 10
— 5	C II, 11, 2	— 8, 12—15.	C V, 15, 1
— 5, 2	I XII, 8, 2	— 9, 4—5.	C V, 15, 2—3
— *5, 8—9	C XXI, 28, 4	— 13, 1—3 C XIII, 14, 5. XV, 1, 6	
— 7, 1	N III, 2, 1	— 16, 9 sqq.	C XXI, 20, 2
— 14	C III, 4, 3	— 20, 8	I VII, 15, 1
— 16, 3	C III, 7, 5	— *23, 7	C V, 19, 3
— 16, 13	N VII, 3, 3	— 23, 10—11 C XII, 2, 3. XXII,	
— 18, 21	C VII, 5, 2	5, 5	
— 18, 25	I III, 7	— 27, 26	C XXI, 5, 3
— 20, 4	C VIII, 23, 4	— 28, 23	C XIII, 3, 4
— 20, 12—17	C VIII, 23, 5	— 29, 5	C XXI, 28, 2
— 20, 14	C XIII, 11, 2	— 32, 7	C II, 15, 3
— 21, 24 C XXI, 4, 2. 32, 4. 33, 6		— 32, 12	N V, 9, 2
— 22, 21 et 27	C VIII, 34, 3	— 32, 17	C XVI, 19, 2
— 22, 29 . C XXI, 7, 2. 25, 2. 32, 3		— *32, 21	C XVIII, 16, 14
— 23, 7	C XVII, 19, 2	— 32, 24	C VI, 11, 4
— 32, 31—32	C VIII, 18, 4	— *32, 31	C VII, 18
— *32, 31—33	C XVII, 25, 17	— *32, 32	C VIII, 5, 3—4
— *33, 13	N V, 13, 1—2	— *32, 33	C VIII, 5, 3
— 33, 20	C I, 15, 3	Ios. 2 et 6	C XVII, 17, 1
— 34, 16	C VIII, 21, 9	— 5, 16	I I, 9, 2
— 34, 28	C XXI, 28, 1	— 6	C XVII, 20, 12
— 38, 25	C III, 7, 6	— 7	C I, 20, 3
Leu. *7, 19—20 I VI, 8. C XXII, 5, 5		Iud. 2, 22	C XIII, 14, 8
— *7, 20	C XII, 2, 2	— 3, 1—2 C III, 6, 4. XIII, 14, 8	
— 18, 5	C XXI, 5, 2	— 3, 4	C III, 6, 4
— 18, 7	C VIII, 23, 3	— 3, 9 et 15 C III, 4, 5. N III, 12, 2	
— 19, 17.	I VIII, 15	— 3, 15	C VI, 10, 1
— 19, 18 I VIII, 15. C XVIII, 14, 5		— 16	C XVII, 17, 2. 20, 12
— 19, 36.	C XXI, 22, 5	I Reg. 2, 6—7	C II, 13, 11
— 21, 12.	C XIII, 10, 3	— *2, 9	C III, 15, 3
Num. 5, 9—10	C XXI, 3	— *2, 30	C XXIII, 19, 2
— 11, 5	C III, 7, 5	— 3	C II, 14
— 11, 18	C III, 7, 5	— 10	C XVII, 25, 15
— 11, 31	N VII, 3, 2	— 15	C II, 3, 1
— 14, 38	C III, 7, 6	— 15, 11	C XVII, 25, 15
— 15, 32 sqq.	C VI, 11, 11	— 15, 35 . C VIII, 29, 3. XVII,	
— 18, 26	C XXI, 3	25, 15	
— 19, 22	C XII, 2, 2	— 17	C XXIII, 8, 2
— 22, 5 sqq.	C XIII, 11, 2	— 21, 1—2.	C XVII, 18, 1
— 24	C XXIII, 17, 3	— 21, 8	C XVII, 18, 1
— 28, 4	I III, 3, 9	— 21, 13	C XVII, 18, 1
Deut. 4, 26.	C XXI, 5, 4	— 22, 7—10.	C XVII, 20, 11
— 6, 4 C VIII, 3, 4. 23, 4. XIII,		— 24	C XXI, 4, 2
8, 7		— 24, 7.	C XVII, 19, 3
— 6, 5.	C VIII, 3, 4	— 25, 22	C XVII, 25, 5
— 6, 7.	C X, 10, 15	— 25, 34	C XVII, 25, 6
— 6, 16.	C XXII, 10, 2	II Reg. 1	C XXI, 4, 2
— 7, 1.	C V, 18, 1	— *5, 1.	C III, 10, 2

- II Reg. 12, 13 I XII, 11, 1. C XIII, 13, 2
 — 14, 14. C XIII, 7, 1
 — 16, 10—12. I VIII, 8, 3
 — 17, 14. C XVII, 19, 5
 — 17, 20. C XVII, 19, 6
 — 20, 31—32. C XXIII, 17
 — 20, 42. C XXIII, 17
 — 23, 17. I VIII, 8, 2
 III Reg. 3, 13. I pr. §. 1
 — 3, 24—25. C XVII, 25, 4
 — 3, 27. C XVII, 25, 4
 — 4, 29 I pr. §. 1. C XVI, 27, 6
 — 7, 13—14. I pr. §. 1
 — 8, 17—19. C XIII, 12, 5
 — 8, 58. C XIII, 10, 1
 — 11, 2. C VIII, 21, 9
 — 13, 22. C VI, 11, 9
 — 13, 26. C VII, 26, 1
 — 19, 8. C XXI, 28, 1
 — 19, 9 sqq. C X, 6, 3
 — 20. C II, 3, 2
 — 20, 31—32. C XXIII, 17, 4
 — 20, 42. C XXIII, 17, 5
 — 21, 21—24. C VI, 11, 9
 — 22, 22 C I, 19, 4. VII, 32, 3.
 XXIII, 17, 5
 — 31, 21—24. C VI, 11, 9
 III Reg. 1, 8. I I, 1, 3
 — 4, 29. I I, 8
 — 5, 27. I VII, 14, 2. 26
 — 6, 30. I I, 2, 4
 — 18, 1 sqq. I XI, 10, 1
 — 19, 15 et 35. I XI, 10, 1
 — *20, 1—3. C XVII, 25, 10
 — 20, 1—5. I XI, 10, 1
 — *20, 5—6. C XVII, 25, 10
 — 20, 9—11. I XI, 10, 1
 — 23—24. C V, 12, 4
 II Paral. 6, 30. C VII, 13, 3
 — 24, 17—18. I XII, 21, 1
 — 24, 23—25. I XII, 21, 2
 — 26, 15—16. I XI, 11
 — 32, 24—26. I XI, 10, 2
 Esth. 6, 1 sqq. C I, 19, 1
 Iob 1, 5. C VI, 10, 5
 — 1, 6. C XVIII, 16, 6
 — *1, 9—10. C III, 6, 2
 — *1, 9—11. C XIII, 14, 1
 — 1, 20. C VI, 10, 8
 — 1, 21. C VI, 10, 6 et 8
 — *2, 6. C VII, 12, 3
 — 2, 8. C VI, 10, 6
 — 2, 10. C VI, 10, 8
 — *3, 23. C VI, 6, 4
 — 5, 2. I V, 22
 Iob 5, 7. C VII, 6, 3
 — *5, 18. C II, 13, 11
 — *5, 23. I VIII, 8
 — 9, 30—31. C XII, 6, 8
 — *10, 10—11. C VIII, 25, 2
 — *15, 15. C XXIII, 8, 2
 — 15, 14—15. C VI, 14, 2
 — 25, 5. C XXIII, 8, 2
 — 29, 15. C VI, 10, 5
 — *29, 17. C XXIII, 5, 1
 — 31, 20. C VI, 10, 5
 — *38, 7. C VIII, 7, 2
 — *39, 5—8. C XVIII, 6, 3
 — *40, 8. C VI, 11, 1
 — *40, 11. C V, 4, 2
 Ps. 1, 2. C XI, 15
 — 2, 11. C XI, 12, 4
 — 4, 5. I VIII, 8, 1. 9
 — 5, 7. C XVII, 15. 19, 2
 — 5, 9. C III, 13. XIII, 9, 3
 — 6, 2. I VIII, 2
 — 6, 5. C XX, 6
 — 6, 6. C I, 14, 2
 — *6, 7. C VIII, 29, 1. XX, 6, 1.
 8, 2
 — 6, 9. C XX, 8, 2
 — 7, 17. C VII, 21, 3
 — 8, 5. N VI, 23, 4
 — 9, 9. C VII, 21, 4
 — 11, 7. C XIII, 17, 5
 — 12, 4. C XIII, 9, 4
 — 12, 4—5. C VII, 21, 4
 — 14, 5. C XIII, 17, 4
 — 15, 8. C XII, 5, 4
 — 15, 10. I III, 3, 5
 — 16, 4 I III, 15, 2. C XXIII, 22
 — 16, 5. C III, 12, 2. XIII, 9, 3
 — 17, 2—4. I XII, 17, 6
 — 17, 19—20. I XII, 17, 2
 — 17, 29—30. I XII, 17, 2
 — 17, 33—35. I XII, 17, 2
 — 17, 35—36. I XII, 17, 5
 — 17, 36—39. I XII, 17, 3
 — 17, 38—39 I XII, 17, 3. CVII, 21, 6
 — 17, 40—41. I XII, 17, 4
 — 17, 43. I XII, 17, 6
 — 18, 6. N I, 5, 8
 — 18, 11. C XIII, 14, 3
 — 18, 13. C XXIII, 17, 1
 — 18, 13—14. C XX, 12, 2
 — 19, 4. I III, 19, 2
 — 21, 2. C VIII, 17, 1
 — 21, 11. N V, 5, 1
 — 23, 7—10. N VII, 23, 1—2
 — 24, 4. C III, 14

Ps. 24, 5	C III, 13	Ps. 43, 4	I XII, 17, 5
— 24, 15	C XII, 5, 5	— 43, 6—8	I XII, 17, 4
— 24, 18	C XX, 6, 2, 8, 3	— 43, 22	C VII, 13, 3
— 25, 2	C VI, 11, 3. XVIII, 14, 4	— 43, 23	I VIII, 3
— 25, 8	C XXIII, 6, 3	— 43, 25	I XII, 8, 1
— 29, 7	C XII, 6, 8	— 44, 3	C XXII, 9, 4
— 29, 8	C XII, 6, 8	— 44, 11	C III, 6, 3
— 30, 10	I VIII, 1, 1	— 44, 12	C III, 8, 2
— *31, 5	C XX, 7, 3, 8, 3 et 7	— 44, 17	N VI, 8, 3
— *31, 5—6	C XX, 6, 1	— 45, 7	N V, 5, 4
— 31, 10	C VI, 11, 4	— 45, 9—10	C XII, 12, 4
— 32, 5	C XXI, 22, 4	— 45, 10	C XII, 6, 3
— 32, 9	N II, 2, 5	— 46, 6	N VII, 22, 4
— 32, 15	C VII, 13, 3	— 48, 8	N V, 12, 3
— 32, 17	C III, 15, 3	— 49, 3	N V, 15, 1. VII, 9, 1
— 33, 7	C III, 9, 1	— 49, 15	C XIII, 11, 5
— 33, 8	C VIII, 17, 1	— 49, 16	C XIII, 16, 5
— 33, 9	C XXIII, 16, 1. XXIII, 25, 4	— 49, 23	C VIII, 36, 1
— 33, 10	C XI, 11, 13, 2	— 50, 5	C XX, 7, 1
— 33, 11	C III, 9, 1	— 50, 5—6	C XX, 8, 8
— 33, 14	C XIII, 10, 2	— 50, 9	C XIII, 9, 4
— 33, 20	C VI, 11, 2	— 50, 12	C XIII, 9, 4
— 33, 22	C VI, 3, 5	— 50, 19	C VIII, 36, 1
— 33, 23	C XI, 6, 1	— 50, 21	C VIII, 36, 1
— 34, 1—3	C VII, 21, 6	— 51, 6	I XII, 4, 3
— 34, 2—3	I XII, 17, 5	— 51, 7	C XVII, 20, 11
— 34, 4	C VII, 21, 5	— 51, 7—9	I XII, 4, 3
— 34, 8	C VII, 21, 3	— 52, 5	N VII, 31, 3
— 34, 10	C XXIII, 5, 1	— 52, 6	I XI, 12, 19, 1
— 34, 16—17	C VII, 21, 4	— 53, 8	I III, 2
— 34, 24—25	C VII, 21, 4	— 54, 13—15	C XVI, 18, 6
— 34, 26	C VII, 21, 5	— 54, 22	C XVI, 18, 5
— 35, 7	C VIII, 3, 6	— 55, 7	I III, 37
— 35, 12	I XII, 6, 2. C X, 10, 11	— 58, 11	C XIII, 8, 3, 12, 10
— 36, 11	C XII, 6, 2—4	— 61, 5	I I, 9, 1
— 36, 16	C XXIII, 13, 4	— 61, 10	C XXI, 22, 5
— 36, 23—24	C III, 12, 5. XXII, 13, 5	— 62, 2	I III, 3, 10
— 36, 29	C XII, 6, 2	— 62, 7	I III, 3, 10
— 36, 34	C XII, 6, 2	— 62, 9	I V, 18, 1. C VII, 6, 1
— 37, 4	C XII, 6, 6	— 65, 12	I V, 2, 3
— 37, 6	C III, 8, 2	— 65, 15	C VIII, 36, 1
— 37, 7—8	C XII, 6, 6	— 67, 7	C XVI, 3, 4
— 37, 14—15	I III, 41, 1	— 67, 29	I XII, 14, 3. C III, 15, 2. XII, 12, 6. XIII, 11, 2
— 37, 19	C XX, 7, 1	— 68, 4	C XIII, 12, 12
— 38, 2—3	I III, 41, 2. C XVI, 26, 2	— 68, 29	C XVII, 25, 17
— 38, 13	C III, 7, 2	— 69, 2	C X, 10, 2—15
— 39, 2	C XIII, 12, 11	— 71, 18	C XII, 12, 5
— 39, 2—3	C XII, 6, 9	— *72, 2—5	C VII, 31, 2
— 39, 3	C III, 12, 2	— 72, 5	C VI, 11, 5
— 39, 9	C VIII, 34, 11	— 72, 28	C VII, 6, 1. XXIII, 5, 2
— 39, 15	C VII, 21, 5	— *73, 19	I I, 8. C V, 15, 2
— *39, 18	C X, 11, 2	— 73, 21	C III, 9, 1. X, 11, 1
— 41, 3—4	C VIII, 29, 2	— 75, 2	C XII, 11, 2
— 41, 4	C XX, 7, 3	— 75, 3	C XII, 11, 3

- Ps. 76, 5 C XVI, 26, 2
 — *76, 6—7 C I, 19, 4
 — 76, 11 C XII, 12, 5
 — 77, 34—35 C III, 4, 6
 — 77, 65 I VIII, 3
 — 79, 2 N V, 15, 1
 — 80, 8 C VI, 11, 1
 — 80, 10 N V, 9, 4
 — 80, 12 C III, 21, 22, 1
 — 80, 12—13 C III, 20, 2
 — 80, 14 . . . C III, 21, 22, 1 et 2
 — 80, 14—15 C III, 22, 2
 — 80, 15 C III, 22, 1
 — 81, 6 N III, 2, 1
 — 81, 6—7 C VIII, 21, 4
 — 81, 7 C VIII, 8, 4
 — 82, 19 N V, 5, 4
 — *83, 6 C VII, 4, 3
 — 83, 8 C XI, 12, 5
 — 84, 9 C I, 19, 2
 — 84, 12 N V, 5, 1
 — 86, 2 C XII, 11, 4
 — 87, 10 C XIII, 12, 11
 — 87, 14 C XIII, 12, 10. XXI, 26, 3
 — 88, 20 I XII, 14, 1
 — 89, 17 I XII, 14, 3. C XIII, 11, 2
 — 90, 5—6 C VII, 32, 4
 — 90, 6 I X, 1
 — 90, 7 C V, 16, 6
 — 90, 10 C XII, 6, 4
 — 90, 11 N VII, 16, 2
 — 90, 11—12 C I, 20, 4
 — 90, 13 C VII, 32, 4. N VII, 1, 3, 16, 2
 — 93, 10 . . . C III, 14. XIII, 9, 4
 — 93, 11 C I, 19, 4
 — 93, 17 . . . C III, 12, 4. XI, 9, 2
 — 93, 17—19 I XII, 17, 1
 — 93, 18 C III, 12, 3
 — 93, 19 C III, 12, 4
 — 98, 4 C XXI, 22, 2
 — 100, 1—2 C XIII, 9, 2
 — 100, 7 I XII, 6, 2
 — 100, 8 I VI, 13, 2
 — 101, 1 C VIII, 29, 4
 — 101, 7—8 I XII, 8, 3. C XVIII,
 6, 4. XVIII, 8, 4
 — 101, 10 C VIII, 29, 4. XX, 8, 6
 — 101, 27—28 C XXIII, 3, 4
 — 101, 28 C VI, 14, 3
 — 103, 10 C III, 14
 — 103, 14 C VIII, 3, 6
 — 103, 15 . . . C II, 4, 1. XIII, 17, 3.
 XXIII, 11, 3
 — 103, 18 C X, 11, 2
 — 103, 21 C VII, 21, 4
 Ps. 104, 16—17 C XIII, 11, 4
 — 105, 40 I VIII, 2
 — 106, 2 C XVIII, 6, 3
 — 106, 4—6 C XVIII, 6, 3
 — 106, 19 C III, 4, 6
 — 106, 20 N III, 4, 2
 — 106, 33—34 C XI, 3, 1
 — 108, 6 C VIII, 17, 2
 — 108, 24 C XX, 8, 6
 — 110, 10 C XI, 13, 3
 — 111, 2—3 C III, 9, 2
 — 113, 15 C XIII, 17
 — 113, 17—18 C I, 14, 2
 — 115, 14 C VIII, 12, 1
 — 115, 15 C VI, 3, 5
 — 115, 16—17 C XI, 9, 2. XIII, 10, 2.
 XX, 7, 3
 — 117, 6 N VII, 1, 1
 — 117, 13 C III, 12, 3
 — 117, 13—14 I XII, 17, 1
 — 117, 14 C III, 15, 4
 — 117, 27 N III, 13, 4
 — 118, 1—2 C XIII, 16, 3
 — 118, 8 C III, 6, 1
 — 118, 11 C XIII, 17, 2
 — 118, 12 C XI, 11
 — 118, 18 C III, 14
 — 118, 19 C III, 7, 2
 — 118, 28 I X, 4
 — 118, 31 C VII, 6, 1
 — 118, 32 C XVI, 27, 5
 — 118, 36 C XIII, 10, 1
 — 118, 60 C XVIII, 14, 4
 — 118, 71 C III, 6, 2
 — 118, 73 C VIII, 25, 2
 — 118, 83 I I, 11, 3
 — 118, 104 C XIII, 9, 2
 — 118, 106 . . . C XVII, 27 t. 27, 28, 2
 — 118, 108 I III, 2
 — 118, 112 . . . C XI, 11. XIII, 10, 1
 — 118, 120 I III, 34
 — 118, 125 C III, 15, 1
 — 118, 147 I III, 3, 10. C XIII, 12,
 10. XXI, 26, 3
 — 118, 148 I III, 3, 10. C XIII, 12,
 10. XXI, 26, 3
 — 118, 164 I III, 4, 3
 — 118, 165 . . . I VIII, 8. C VI, 9, 3.
 XII, 6, 5
 — 118, 166 C XIII, 12, 11
 — 119, 1 C VIII, 34, 3
 — 119, 5—6 C VIII, 29, 2
 — 120, 4 I VIII, 3
 — *126, 1 I XII, 9. C XII, 15, 3. XIII,
 10, 4

Ps. *126, 2 I XII, 9	Prou. *13, 17 C XI, 10
— 127, 1 C XI, 12, 3	— *14, 6 C VII, 18
— 128, 8 C XX, 9, 3	— *14, 7 C VI, 9, 4
— 130, 1—2 I I, 3. XII, 6, 2	— *14, 17 VIII, 1, 3
— 132, 1 C XII, 11, 1. XVI, 3, 4	— *14, 23 C VII, 6, 2. XIII, 17, 4.
— 132, 2 I VIII, 3. C XIII, 14, 3	XXIII, 26, 12
— 134, 5 C XII, 12, 4	— *14, 29 C XVI, 27, 6. XVIII,
— 136, 9 I VI, 13, 2	13, 2
